ζαι δὲ ἔχειν προενοῦ· τῇ γυναικὶ ὁ ἀνὴρ τὴν ὀφειλομένην εὔνοιαν ἀποδιδότω, ὁμοίως δὲ καὶ ἡ γυνὴ τῷ ἀνδρί. ὅπερ δὲ εἰκὸς ἦν, ἢ τὸν ἄνδρα, ἢ τὴν γυναῖκα, τὴν σωφρείας τιμὴν ἐγκρατείαν προτιμήσαν, τοῦτον ἢ συμφώνως γινομένου, εἰς πορνείαν συνέβαινεν ἐκπεσεῖν τὸν χαρτερεῖν οὐ δυνάμενον, ἀπαγορεύσῃ τὴν δίχα συμφωνίας ἐγκράτειαν, καὶ φησιν· ἡ γυνὴ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἀλλ' ὁ ἀνὴρ, ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ἀνὴρ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἀλλ' ἡ γυνή. στέρεσθε τὴν ἀλλήλων φησὶν ἐξουσίαν τελεῖτε. οὐ δύνασαι δρᾶν ὃ βούλει, δίχα τοῦ συνέλκοντος τὸν ζυγὸν· καὶ κρατιῶν τὸν νόμον, ἐπήγαγε· μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, εἰ μήτι ἂν ἐκ συμφώνου πρὸς καιρὸν, ἵνα σχολάσητε τῇ νηστείᾳ καὶ τῇ προσευχῇ, καὶ πάλιν ὅπου ἦν αὐτὸ συνέρχεσθε. στέρησιν δὲ κέκληκε, τὴν προσκαίρου γινομένην παύλαν τῆς ὁμιλίας. ἀποστέρησιν γὰρ ἐγκρατευομένου ἀπόστερον νομίζει μέρος ἀποστερεῖσθαι τῆς κοινωνίας. διδάσκει δὲ καὶ τίνος ἕνεκα μετὰ τὴν προσευχὴν καὶ τὴν νηστείαν συνελθεῖν πάλιν ἐκέλευσεν. ἐπήγαγε γάρ· ἵνα μὴ πειράζῃ ὑμᾶς ὁ Σατανᾶς. καὶ δηλονότι ὡς ἐξ ἡμῶν ἐκεῖνος τὴν πολέμου λαμβάνει τὰς ἀφορμὰς, αἰσχρῶς προστέθηκε, διὰ τὴν ἀκρασίαν ὑμῶν. ὑμῶν γὰρ φησιν ἀγωνιζομένων, οὐδαμῶς ἐκεῖνος ἰσχύσει. εἶτα προστέτακται ὅπερ τὰ κρείττονα, φησὶ· τοῦτο δὲ λέγω κατὰ συγγνώμην, οὐ κατ' ἐπιταγήν. θέλω γὰρ πάντας αὐθέντους εἶναι, ὡς καὶ ἐμαυτὸν, ἀλλ' ἕκαστος ἴδιον χάρισμα ἔχει ἐκ τοῦ θεοῦ, ὃς μὲν οὕτως, ὃς δὲ οὕτως. εἰ δὲ ὁ θεσπέσιος Παῦλος θεοῦ χάρισμα τὸν μετὰ σωφροσύνης ὠνόμασε γάμον, δῆλοι τὴν δυσωνύμων αἱρετικῶν οἱ βεβήλοις νόμοι. καὶ τὰ ἑξῆς δὲ τῆς αὐτῆς ἔχεται διανοίας. τοῖς δὲ γεγαμηκόσι φησὶ παραγγέλλω οὐκ ἐγὼ, ἀλλ' ὁ κύριος, γυναῖκα ἀπὸ ἀνδρὸς μὴ χωρισθῆναι· ἐὰν δὲ καὶ χωρισθῇ, μενέτω ἄγαμος, ἢ τῷ ἀνδρὶ καταλλαγήτω· καὶ ἄνδρα γυναῖκα μὴ ἀφιέναι. τοσοῦτον ἀπέχει τοῦ κωλύσαι τὸν γάμον, ὅτι καὶ τὸν διαλυθέντα διαστικοῖς νόμοις συνέχει. οὐ γὰρ ἐγὼ φησι τοῦτον τὸν νόμον γράφω, ἀλλ' ὁ δεσπότης θεὸς, ὃς ἐν τοῖς εὐαγγελίοις προστέθηκε τοῖς θείοις, καὶ τὴν χωρισθεῖσαν δὲ μένειν ἄγαμον διηγόρευσε, ταύτῃ βιαζόμενος

A lentiam habere præcepit: *Vir vxori debitam benevolentiam reddat, similiter & vxor viro.* Et quia verisimile erat futurum, vt vel maritus vel vxor continentiam coniunctioni præferrent, quod nisi ex mutuo consensu fieret, eueniebat vt in scortationem is laberetur, qui continere non poterat, continentiam prohibet, quæ fiat absque consensu, & dicit, *Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir, & vir corporis sui potestatem non habet, sed mulier.* Estis, inquit, alter in alterius potestate. Non potes facere quod vis, absque eo qui iugum tecum vnà trahit. Et confirmans legem subiunxit, *Nolite fraudare inuicem, nisi fortè ex consensu ad tempus, vt vacetis ieiunio & orationi, & iterùm reuertimini in idipsum.* Fraudationem autem appellauit cessationem à coniunctione, quæ fiat præter voluntatem. Dum enim pars vna se continet, altera putat se coniunctione priuatam. Docet autem & qua de causa post orationem & ieiunium iusserit iterùm conuenire. Subiunxit enim, *Ne tentet vos Satanas.* Et ostendens illum ex nobis belli occasiones sumere, appositè addidit, *propter incontinentiam vestram.* Vobis enim certantibus, inquit, nihil ille virium habebit. Deinde ad præstãtiora inuitans ait, *Hoc autem dico secundùm indulgentiam, non secundùm imperium. Volo enim omnes vos esse sicut meipsum in continentia: sed vnusquisque proprium donum habet à Deo, alius quidem sic, alius verò sic.* Si autem beatissimus Paulus donum Dei vocauit matrimonium cum temperantia coniunctum, clarum est iniquas esse infandorum hæreticorum leges latas aduersus matrimonium. Et quæ deinceps sequuntur eiusdem sunt sententiæ. *Iis autem qui matrimonio iuncti sunt præcipio non ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere: quòd si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari. & vir vxorem suam non dimittat.* Tantum abest vt prohibeat matrimonium, vt etiam eum qui dissoluit, dominicis legibus cohibeat. Non enim ego, inquit, hanc legem scribo, sed dominus Deus, qui in Euangeliis diuinis adiecit, & eam quæ separata fuerit innuptam manere iussit, hac ratione cogens

redire ad virum. Quinetiam iis quæ infideles habent viros, & iis qui infidelibus iuncti sunt vxoribus, præcipit non soluere matrimonium. *Si quis frater vxorem habet infidelem, & illa consentit habitare cum eo, non dimittat illam, & si qua mulier habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat illam.* Quòd si non soluit coniugium, quod fidei concordiam non habet, clarum est quòd matrimonium legitimum esse nouit, non legi contrarium.

ἀνελθεῖν πρὸς τὸν ἄνδρα. Καὶ μὴν καὶ τὰς ἀπίστους ἐχούσας ἄνδρας, καὶ τοὺς ἀπίστοις γυναιξὶ συνημμένους, οὐδαμοῦ κελεύει μὴ λύειν τὸν γάμον. εἴ τις γάρ φησιν ἀδελφὸς γυναῖκα ἔχει ἄπιστον, καὶ αὕτη συνευδοκεῖ οἰκεῖν μετ' αὐτοῦ, μὴ ἀφιέτω αὐτὴν, καὶ γυνὴ, εἴτις ἔχει ἄνδρα ἄπιστον, καὶ οὗτος συνευδοκεῖ οἰκεῖν μετ' αὐτῆς, μὴ ἀφιέτω αὐτόν. εἰ δὲ τὸν οὐκ ἔχοντα τὴν τῆς πίστεως συμφωνίαν οὐ διέλυσε γάμον, δῆλον ὅτι τὸν γάμον ἔννομον, ἀλλ' οὐ παράνομον οἶδεν.

DE SECVNDIS NVPTIIS. XXVI.

ΠΕΡΙ ΔΕΥΤΕΡΟΥ ΓΑΜΟΥ. κϛ'.

ET quid dico primum matrimonium? etiam secundam decreuit coniunctionem. *Dico enim*, ait, *non nuptis & viduis: bonum est illis si sic permaneant sicut & ego. Quòd si non se continent, nubant. Melius est enim nubere, quàm vri.* Vstionem autem vocat, non cupiditatis vexationem, sed ab ea vinci. Et paulo pòst legem confirmat, sic dicens: *Mulier alligata est legi, quanto tempore vir eius viuit. Quòd si dormierit vir eius, libera est, cui vult nubat, tantùm in Domino*, hoc est modestè & legitimè, pio viro & fideli. Consulit autem etiam continentiam. *Beatior autem erit, si sic permanserit secundùm meum consilium.* Et inductione ostendit legem fide dignam esse: *Puto autem quòd & ego spiritum Dei habeam.* Non humanis rationibus hæc decerno, sed vt diuini spiritus instrumentum. Notandum est autem, quòd non beatam sed beatiorem eam dicat quæ se continet: ita docens, quòd non omnino beatitudine sit destituta, quæ secundum etiam matrimonium amplectitur, si iuxta positam hîc legem iugum subeat. Et ad Romanos scribens, legisq; & gratiæ discrimen docens, secundi matrimonij vsus est exemplo. *An ignoratis fratres*, inquit, *scientibus enim legem loquor, quia lex in homine dominatur quanto tempore viuit?* Deinde exemplum, *Nam quæ sub viro est mulier, viuente viro alligata est legi. Si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est à lege viri. Igitur viuente viro vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro: si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est à lege viri, vt non sit adultera si fuerit cum alio viro.* Et hîc ergo

1.Cor 7.

Rom.7.1.

ΚΑΙ τί λέγω τὸν πρῶτον γάμον; Καὶ δευτέραν νομοθετήσε συνάφειαν. λέγω γὰρ ἔφη τοῖς ἀγάμοις, καὶ ταῖς χήραις, καλὸν αὐτοῖς ἐστιν ἐὰν μείνωσιν ὡς κἀγώ, εἰ δὲ οὐκ ἐγκρατεύονται, γαμησάτωσαν. κρεῖσσον γάρ ἐστι γαμῆσαι, ἢ πυροῦσθαι. πύρωσιν δέ, οὐ τὴν ἀνάχλησιν δὲ τῆς ἐπιθυμίας, ἀλλὰ τὴν ἧτταν ὠνόμασε. Καὶ μετ' ὀλίγα δὲ βεβαιοῖ τὸν νόμον, λέγει δὲ οὕτως· γυνὴ δέδεται νόμῳ ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς· ἐὰν δὲ κοιμηθῇ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, ἐλευθέρα ἐστὶν ᾧ θέλει γαμηθῆναι, μόνον ἐν κυρίῳ· τουτέστι σωφρόνως τε καὶ ἐννόμως, δίκαιος ἀνὴρ καὶ πιστός. Καὶ πρὸς ἐγκρατείας συμβουλεύει· μακαριωτέρα δέ ἐστιν, ἐὰν οὕτως μείνῃ κατὰ τὴν ἐμὴν γνώμην. καὶ τῇ ἀποφάσει δείκνυσι τὸν νόμου ὄντα ἀξιόπιστον. δοκῶ γὰρ ἔφη κἀγὼ πνεῦμα θεοῦ ἔχειν· ὃ τοῖς λογισμοῖς ἀνθρωπίνοις κεχρημένος νομοθετῶ, ἀλλ' ὄργανον τοῦ θείου γινόμενος πνεύματος. ὑποσημήνασθαι δὲ χρὴ, ὡς οὐ μακαρίαν ἀλλὰ μακαριωτέραν εἶπε τὴν ἐγκρατευομένην. ταῦτα διδάσκων, ὡς καὶ τὸ δεύτερον γάμον ἀποδεχομένη, ὃ πρωτάπασι τὸ μακαριότητος ἔρημος, εἴπερ ἄρα κατὰ τὸν κείμενον νόμον δέξαιτο τὸ ζυγόν. καὶ Ρωμαίοις δὲ γράφων, καὶ νόμου καὶ χάριτος διδάσκων διαφοράν, τοῦ δευτέρου γάμου τέθηκε τὸ παράδειγμα. Ἢ ἀγνοεῖτε γάρ φησιν ἀδελφοὶ, γινώσκουσι γὰρ νόμον λαλῶ, ὅτι ὁ νόμος κυριεύει τοῦ ἀνθρώπου ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ. εἶτα, ὃ παράδειγμα. ἡ γὰρ ὑπανδρος γυνὴ τῷ ζῶντι ἀνδρὶ δέδεται νόμῳ. ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ ὁ ἀνὴρ, κατήργηται ἀπὸ τοῦ νόμου τοῦ ἀνδρός. ἄρα οὖν ζῶντος τοῦ ἀνδρὸς, μοιχαλὶς χρηματίσῃ ἐὰν γένηται ἀνδρὶ ἑτέρῳ, ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ ὁ ἀνὴρ, ἐλευθέρα ἐστὶν ἀπὸ τοῦ νόμου, τοῦ μὴ εἶναι αὐτὴν μοιχαλίδα γινομένην ἀνδρὶ ἑτέρῳ. κρίνω τοίνυν

καταστάζων ἕτερον, ἔδειξε τὸ δεύτερον οὐκ ἀποβλητον γάμον. καὶ τῷ μακαρίῳ Τιμοθέῳ γράφων, καὶ περὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν παγμάτων νομοθετῶν, πολλὰ περὶ τῶν χηρῶν καταλόγου διεξελθών, ἐπήγαγε· νεωτέρας δὲ χήρας παραιτοῦ. Ἐφ' οἷς αἰτίας δὲ εἰπὼν, ἐπήγαγε· βούλομαι οὖν νεωτέρας γαμεῖν, τεκνογονεῖν, οἰκοδεσποτεῖν, μηδεμίαν ἀφορμὴν διδόναι τῷ ἀντικειμένῳ λοιδορίας χάριν. ἀλλὰ Παύλου λέγοντος βούλομαι, Ναυάτος τολμᾷ λέγειν, οὐ βούλομαι. ἀλλ' ἡμεῖς τοῖς Παύλου νόμοις ἀκολουθῶμεν, Ναυάτου δὲ τὴν ἀλαζονείαν οἰμῴζειν ἐάσωμεν. A aliud adstruens, secundas nuptias ostendit non esse reiiciendas. Beato quoque Timotheo scribens, & de Ecclesiasticis ordinibus leges tradens, cùm de viduarum ordine multa disseruisset, subiunxit, *Adolescentiores autem viduas deuita.* Et cùm causas dixisset, adiecit: *Volo ergo iuniores nubere, filios procreare, matres familiâs esse, nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia.* Sed Paulo dicente *Volo*, Nauatus audet dicere *Nolo.* At nos Pauli leges sequamur, & Nauati arrogantiam valere iubeamus. 1. Tim. 5.

B

ΠΕΡΙ ΠΟΡΝΕΙΑΣ. κζ'.

DE FORNICATIONE. XXVII.

Τὴν δὲ πορνείαν, καὶ πᾶσαν ἀκολασίαν, ὡς παρανόμους ἀπαγορεύομεν πράξεις. ἀκούομεν γὰρ τοῦ θεσπεσίου Παύλου βοῶντος· πορνεία δὲ, καὶ ἀκαθαρσία, μηδὲ ὀνομαζέσθω ἐν ὑμῖν, καθὼς πρέπει ἁγίοις. καὶ πάλιν, μή τις πόρνος, ἢ βέβηλος ὡς Ἡσαῦ. καὶ, τίμιος ὁ γάμος ἐν πᾶσι, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος· πόρνους δὲ καὶ μοιχοὺς κρινεῖ ὁ θεός, καὶ ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ· ἐάν τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος ἢ πόρνος, ἢ πλεονέκτης, ἢ εἰδωλολάτρης, ἢ λοίδορος, ἢ μέθυσος, ἢ ἅρπαξ, τῷ τοιούτῳ μηδὲ συνεσθίειν. Διὰ τοῦτο δὲ τὴν ἀκολασίαν, καὶ τὸν πεπορνευκότα παρέδωκε τῷ Σατανᾷ. καὶ Διαρρήδην βοᾷ· εἴ τις τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ φθείρει, φθερεῖ τοῦτον ὁ θεός. ὁ γὰρ ναὸς τοῦ θεοῦ ἅγιός ἐστιν, οἵτινές ἐστε ὑμεῖς. Τοιούτοις καὶ πρὸ ἐπαύλου ἀποδιδράσκειν τὴν ἀκολασίαν κελεύει. Οὐκ οἴδατε γὰρ φησιν, ὅτι ὁ κολλώμενος τῇ πόρνῃ, ἓν σῶμα ἐστίν; ἔσονται γάρ φησιν οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. ὁ δὲ κολλώμενος τῷ κυρίῳ, ἓν πνεῦμα ἐστί. Φεύγετε τὴν πορνείαν. πᾶν ἁμάρτημα, ὃ ἐὰν ποιήσῃ ἄνθρωπος, ἐκτὸς τοῦ σώματός ἐστιν· ὁ δὲ πορνεύων εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἁμαρτάνει. καὶ Γαλάταις δὲ τὴν αὐτὴν διδασκαλίαν προσήνεγκε. Φανερὰ γάρ ἐστι τὰ ἔργα τῆς σαρκός, ἅ τινά ἐστι, μοιχεία, πορνεία, ἀκαθαρσία, ἀσέλγεια, εἰδωλολατρεία, φαρμακεία, ἔχθραι, ἔρεις, ζῆλοι, θυμοὶ, ἐρίθειαι, διχοστασίαι, αἱρέσεις, φόνοι, μέθαι, κῶμοι, καὶ τὰ ὅμοια τούτοις. ἃ προλέγω ὑμῖν, καθὼς καὶ προεῖπον, ὅτι οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες, βασιλείαν θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι. Ταῦτα δὲ Fornicationem autem, & omnem intemperantiam, tanquam illegitimas actiones prohibemus. Audimus enim diuinissimum Paulum clamantem, *Fornicatio autem, & immunditia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos.* Et rursus, *Ne quis fornicator aut profanus vt Esau.* & *Honorabile connubium in omnibus, & cubile immaculatum. Fornicatores enim & adulteros iudicabit Deus.* Et in Epistola ad Corinthios. *Si is qui frater nominatur est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum eiusmodi nec cibum sumere.* Propter hanc intemperantiam & libidinem, eum etiam qui fornicatus est tradidit Satanæ, & clamat apertè, *Si quis templum Dei violauerit, disperdet illum Deus. Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos.* Hoc modo omnem intemperantiam penitùs vitare iubet. *An nescitis*, inquit, *quoniam qui adhæret meretrici, vnum est corpus? Erunt enim*, inquit, *duo in carne vna. Qui autem adhæret Domino, vnus spiritus est. Fugite fornicationem. Omne peccatum quodcumque fecerit homo extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat.* Scribens etiam ad Galatas eandem doctrinam attulit. *Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt adulterium, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, venesicia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, secta, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia. Quæ prædico vobis, sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.* Hæc verò Ba- Ephes. 5. Heb. 12. 1. Cor. 5. 1. Cor. 3. 1. Cor 6. Gal. 5.

silides, & Carpocrates, & Epiphanes, & Prodicus, & reliqui intemperantiæ & iniquitatis magistri, legerunt quidem, sed contrariam eis legem introduxerunt, legibus spiritus manifestè repugnantes. Consona etiam his scripsit ad Ephesios. *Dico* enim, inquit, *& testificor in Domino, vt iam non ambuletis, sicut & reliquæ gentes in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati à vita Dei per ignorantiam quæ est in illis propter cæcitatem cordis ipsorum, qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis in auaritiam. Vos autem non ita didicistis Christum, si tamen illum audistis, & in ipso edocti estis, sicut est veritas in Iesu, deponere vos secundùm pristinam conuersationem veterem hominem, qui corrumpitur secundùm desideria erroris*, & quæ sequuntur. Et paulò pòst, *Hoc enim scitote intelligentes quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hæreditatem in regno Christi, & Dei.* Ad Philippenses quoque hæc scripsit, *De cætero fratres quæcumque sunt vera, quæcumque pudica, quæcumque bona, quæcumque iusta, quæcumque casta, quæcumque amabilia, quæcumque bonæ famæ, si qua virtus, & si qua laus, hæc cogitate, quæ & didicistis, & vidistis in me, hæc agite.* Similiter autem scribit etiam ad Colossenses. *Mortificate ergo membra vestra quæ sunt supra terram, fornicationem, immunditiam, passionem, cupiditatem malam, & auaritiam quæ est idolorum seruitus, propter quæ venit ira Dei super filios diffidentiæ.* Vetus quoque Testamentum ea statuit quæ nouo consentiunt. Dicit enim Deus ipse, *Sancti estote, sicut & ego sanctus sum.* &, *Ne attendas male mulieri. Mel enim distillat à labiis meretricis, quod ad tempus quidem delinit guttur tuum, postea inuenies felle amarius.* Possunt & alia innumerabilia inueniri, quæ intemperantiam istam accusant. Impuri autem illi & infandi etiam mysticam communionem impudicitiam appellarunt.

Ephes. 4.

Ephes. 5.

Philip. 4.

Coloss. 3.

Leuit 11.

Prou. 5.

σιλίδης, & Καρποκράτης, ὴ Ἐπιφάνης, & Πρόδικος, & οἱ λοιποὶ τ ἀσελγείας ὴ τ ἀθεμονίας διδάσκαλοι, ἀνέγνωσαν μὲ, ἀναντίαν ὃ νομοθεσίαν εἰσήνεγκαν, ἀναφανδὸν ἀντιπαράμενοι τοῖς νόμοις τ πνεύματος· σαφῶς δὲ ὃ καὶ Ἐφεσίοις ἐπέστειλε· λέγω γὰρ ἔφη, καὶ διαμαρτύρομαι ἐν κυρίῳ, μηκέτι ὑμᾶς περιπατεῖν, καθὼς & τὰ λοιπὰ ἔθνη περιπατεῖ ἐν ματαιότητι τ νοὸς αὐτῶν, ἐσκοτισμένοι τ διάνοιαν ὄντες, ἀπηλλοτριωμένοι τ ζωῆς τ θεοῦ, διὰ τ ἄγνοιαν τ οὔσαν ἐν αὐτοῖς, διὰ τ πώρωσιν τ καρδίας αὐτῶν. οἵτινες ἀπηλγηκότες, ἑαυτοὺς παρέδωκαν τῇ ἀσελγείᾳ εἰς ἐργασίαν ἀκαθαρσίας ἐν πλεονεξίᾳ. ὑμεῖς ὃ οὐχ οὕτως ἐμάθετε τ Χριστόν, εἴγε αὐτὸν ἠκούσατε, & ἐν αὐτῷ ἐδιδάχθητε καθώς ἐστιν ἀλήθεια ἐν τῷ Ἰησοῦ, ἀποθέσθαι ὑμᾶς κατὰ τ προτέραν ἀναστροφὴν τ παλαιὸν ἄνθρωπον, τ φθειρόμενον κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης· & τὰ τούτων ἀκόλουθα. & μετ' ὀλίγα· τοῦτο γὰρ ἔστε γινώσκοντες, ὅτι πᾶς πόρνος, ἢ ἀκάθαρτος, ἢ πλεονέκτης, ὅς ἐστιν εἰδωλολάτρης, οὐκ ἔχει κληρονομίαν ἐν τῇ βασιλείᾳ τ Χριστοῦ ὴ θεοῦ. ταῦτα ὴ Φιλιππησίοις ἐπέστειλε. Τὸ λοιπὸν ἀδελφοί, ὅσα ἐστὶν ἀληθῆ, ὅσα σεμνά, ὅσα ἁγνά, ὅσα δίκαια, ὅσα ἁγνά, ὅσα προσφιλῆ, ὅσα εὔφημα, εἴτις ἀρετὴ, ὴ εἴτις ἔπαινος, ταῦτα λογίζεσθε, ἃ ὴ ἐμάθετε, ὴ παρελάβετε, ὴ εἴδετε ἐν ἐμοί· ὡσαύτως ὃ ὴ Κολασσαεῦσι γράφει· νεκρώσατε οὖν τὰ μέλη ὑμῶν τὰ ὄντα τ γῆς, πορνείαν, ἀκαθαρσίαν, πάθος, ἐπιθυμίαν κακὴν, ὴ τ πλεονεξίαν, ἥτις ἐστὶν εἰδωλολατρεία, δι' ἃ ἔρχεται ἡ ὀργὴ τ θεοῦ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τ ἀπειθείας. & ἡ παλαιὰ ὃ γραφὴ σαφῶς νενομοθέτηκε τὴ καινὴ. ὴ γὰρ αὐτὸς φησιν ὁ θεὸς, ἅγιοι γίνεσθε καθὼς κἀγὼ ἅγιός εἰμι. ὴ, μὴ προσέχε φαύλῃ γυναικί. μέλι γὰρ ἀποστάζει ἀπὸ χειλέων γυναικὸς πόρνης, ἡ πρὸς καιρὸν μὲν γλυκαίνει τ σὸν φάρυγα, ὕστερον δὲ πικρότερον χολῆς εὑρήσεις. & ἄλλα ὃ μύρια ἔστιν εὑρεῖν ταύτης τ ἀκολασίας κατηγορούντα. οἱ δὲ παμμίαροι & δυσώνυμοι, & μυστικὴν κοινωνίαν ὠνόμασαν τὴν ἀσέλγειαν.

Ephes. 4. Ἐφεσ. δ'.

Ephes. 5. Ἐφεσ. ε'.

Philip. 4. Φιλιπ. δ'.

Coloss. 3. Κολασσ. γ'.

Leuit 11. Λευιτ. ια'.

Prou. 5. Παροιμ. ε'.

DE POENITENTIA. XXVIII.

ΠΕΡΙ ΜΕΤΑΝΟΙΑΣ. κή.

DIVINA verò Scriptura non solùm iniquitates prohibet, sed iis etiam medetur, qui vulnus acce-

Ἡ δὲ θεία γραφὴ οὐ μόνον ἀπαγορεύει ἀθεμονίας, ἀλλὰ καὶ θεραπεύει τοὺς τὰ τούτων τραύματα δεξαμένους.

μένους. τὸν γὰρ Ναυᾶτου θηριωδίαν βδελύττε), καὶ κατηγορῆς τῶν ποιμένων, ὅσοι ἑαυτὴν οὐκ ἐποιήσαντο τῶν προβάτων τὴν ἐπιμέλειαν. καὶ φησιν αὐτὸς ὁ θεός· ὦ οἱ ποιμένες, τὸ ἀσθενὲς οὐκ ἐνισχύσατε, καὶ τὸ ἄῤῥωστον οὐκ ἰάσασθε, καὶ τὸ κακῶς ἔχον οὐκ ἐφαλοποιήσατε, καὶ τὸ πλανώμενον οὐκ ἐπεστρέψατε, καὶ τὸ ἀπολωλὸς οὐκ ἐπεζητήσατε. ὃ δὲ ἑαυτὴν μὴ πεποιμένων τὴν προμέριμναν καλῶς ἔρρωσο, δῆλον ὅτι βουλεται θεραπείας ἀξιοῦν τὰ ἀσθενῆ τῶν προβάτων. διόπερ τοῦτο πρὸς τὸν αὐτὸν ἔφη προφήτην· σκοπὸν δέδωκά σε τῷ οἴκῳ Ισραὴλ· καὶ ἀκούσῃ ἐκ τοῦ στόματός μου λόγον, καὶ προφυλάξεις αὐτὸν παρ' ἐμοῦ, ἐὰν εἰπὼν εἴπω τῷ ἁμαρτωλῷ, θανάτῳ ἀποθανῇ, καὶ μὴ διαστείλῃ τοῦ ἁμαρτωλοῦ τοῦ φυλάξασθαι τὴν ἀσεβῆ, τὴν ἀποστροφὴν αὐτῆς ἀπὸ τῆς ὁδοῦ αὐτῆς τῆς πονηρᾶς τοῦ ζῆσαι αὐτὸν, αὐτὸς ὁ ἄνομος ἐν τῇ ἀνομίᾳ αὐτοῦ ἀποθανεῖται, τὸ δὲ αἷμα αὐτοῦ ἐκ τῆς χειρός σου ἐκζητήσω. καὶ μετ' ὀλίγα· ζῶ ἐγὼ, λέγει Αδωναὶ κύριος, ὅτι οὐ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς ὅταν ἐπιστρέψας αὐτὸς ἀπὸ τῆς ὁδοῦ αὐτοῦ πονηρᾶς, καὶ ζῇ αὐτός. εἶτα παραινετικῶς, ἐπιστροφὴν ἐπιστρέψατε ἀπὸ τῆς ὁδοῦ ὑμῶν τῆς πονηρᾶς, καὶ ἵνα τί ἀποθνήσκετε οἶκος Ισραὴλ· ἔπειτα κελεύει τῷ προφήτῃ, καὶ τοῦτον πρὸς αὐτοὺς διαπορθμεῦσαι τὸν λόγον· καὶ σὺ υἱὲ ἀνθρώπου, εἰπὲ πρὸς τοὺς υἱοὺς τοῦ λαοῦ σου, δικαιοσύνη δικαίου οὐ μὴ ῥύσηται αὐτὸν ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ πλημμελήσῃ, καὶ ἀνομία ἀνόμου οὐ μὴ ἀποκλείσῃ αὐτὸν ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ ἀποστρέψῃ ἀπὸ τῆς ἀνομίας αὐτοῦ, καὶ ποιήσῃ κρίμα, καὶ δικαιοσύνην, καὶ ἐνεχυριασμὸν ὀφείλοντος ἀποδῷ, καὶ ἅρπαγμα ἀποτίσῃ. εἰ ὁ ἄνομος ἐν τοῖς προστάγμασι τῆς ζωῆς διεπορεύθη τοῦ μὴ ποιῆσαι ἄδικον, ζωῇ ζήσεται, καὶ οὐ μὴ ἀποθάνῃ. πᾶσαν τὴν ἁμαρτίαν αὐτοῦ ἃς ἥμαρτεν οὐ μὴ μνησθήσονται αὐτοῦ, ὅτι κρίμα καὶ δικαιοσύνην ἐποίησεν, ἐν αὐτοῖς ζήσεται. καὶ ὦ Ναβουχοδονόσορ ὁ μακάριος Δανιὴλ τὰς μετανοίας προσενήνοχε φάρμακα. καὶ νῦν γάρ φησι βασιλεῦ, ἡ βουλή μου ἀρεσάτω σοι· καὶ ἐν ἐλεημοσύνῃ ἀπόλυσαι τὰς ἀνομίας σου, καὶ τὰς ἀδικίας σου ἐν οἰκτιρμοῖς πενήτων. ἡ δὲ τοῦ υἱοῦ Ιερεμίου πλουσία ἑαυτῇ τὴν διδασκαλίας ἀπλεονάσατο. νῦν μὲν γάρ φησιν· ἐπιστράφητε υἱοὶ ἀφεστηκότες, καὶ ἐπιστραφήσομαι πρὸς ὑμᾶς, λέγει κύριος ὁ θεός. νῦν δὲ ἀπόπλυνε ἀπὸ κακίας τὴν καρδίαν σου Ισραὴλ ἵνα σωθῇς, μήποτε εὑρεθῶσιν ἐν σοὶ διαλογισμοὶ πόνων σου. καὶ πάλιν· μὴ ὁ πίπτων οὐκ ἀνίστα), ἢ ὁ ἀποστρέφων οὐκ ἐπιστρέφει; καὶ ἄλλας ὅσας πλείστας ἔστιν εὑρεῖν τοιαύτας πρὸς αὐτοῦ νουθεσίας. καὶ ὁ

A perunt. Nauati enim atrocitatem abhorret, paſtoréſque reprehendit, qui hanc ouium curam non geſſerint, & dicit ipſe Deus. *O paſtores, quod infirmum fuit non confirmaſtis, & quod ægrum non curaſtis, & quod malè habebat non refeciſtis, & quod aberrabat non reduxiſtis, & quod perierat non requiſiſtis.* Qui autem eos accuſat, qui hanc curam non geſſerunt, clarum eſt eum velle infirmas oues curari. Propterèà dicit eidem prophetæ. *Speculatorem dedi te domui Iſrael, & audies ex ore meo verbum, & præmunies illum ex me. Cùm dixero peccatori, Morte morieris, & non annunciaueris peccatori vt caueat, impio vt ſe auertat à via ſua mala, vt ipſe viuat: ipſe quidem impius morietur in iniquitate ſua, ſanguinem autem eius ex manu tua requiram.* Et paulò pòſt, *Viuo ego, dicit Adonai dominus, Nolo mortem peccatoris, ſed vt ſe conuertat à via ſua mala, & viuat.* Deinde ſuaſoriè, *Conuerſione conuertimini à via veſtra mala, & cur morimini domus Iſrael?* Deinde iubet prophetæ, vt hæc quoque ad illos verba perferat: *Et tu fili hominis, dic filiis populi tui, Iuſtitia iuſti non eximet ipſum in die quo errauerit: & iniuſtitia iniuſti non interficiet ipſum in die quo conuerſus fuerit à ſua iniquitate, & fecerit iudicium & iuſtitiam, & pignus debitori reddiderit, & quod raptum fuerat reſtituerit. Si iuſtus in præceptis vitæ ambulauerit, vt non faciat id quod iniuſtum eſt, vita viuet, & non morietur, & omnia peccata eius quæ peccauit obliuioni mandabuntur, quia iudicium & iuſtitiam fecit, in eis viuet.* Et Nabuchodonoſori beatus Daniel pœnitentiæ medicamenta ſuggeſſit, *Et nunc*, inquit, *ô Rex, conſilium meum tibi placeat. & in eleemoſyna elue iniquitates tuas, & iniuſtitias tuas in miſerationibus pauperum.* Hieremiæ autem prophetia hac doctrina plena eſt. Nunc enim dicit, *Conuertimini filij qui defeciſtis, & conuertar ad vos, dicit Dominus Deus. Nunc autem ablue à vitio cor tuum, Iſrael, vt ſalueris, ne fortè inueniantur in te diſputationes laborum tuorum.* Et rurſus, *Num qui cadit non reſurgit, vel qui auertitur non conuertitur?* Et alias huiuſmodi plurimas admonitiones apud illum reperire eſt. Sapien-

Ezech. 34.

Ezech. 3. 17.

Ezec. 33. 11.

Dan. 4.

Hier. 8.

tissimus verò Esaias clamat, *Quando auersus ingemueris, tunc saluaberis, & cognoscetes vbi eras quando confidebas in vanis.* Quin & in exordio, cùm plurimas populi iniquitates commemorasset, & morbum curatu difficilem ostendisset, *Non est*, inquit, *imponere malagma, nec oleum, nec ligamenta*, post pauca pœnitentiæ illis remedium adhibuit dicens: *Lauamini, mundi estote, auferte iniquitates vestras ab animabus vestris coram oculis meis: cessate à malis vestris, discite bonum facere. quærite iudicium, liberate eum qui iniuria afficitur à manu eius qui iniuria afficit.* Deinde pollicetur se eos lanæ albæ & niui similes redditurum, etiamsi coccineum & purpureum colorem habuerint. Hoc verò præstare solus Deus potest. Infectores enim in alios quidem colores album mutant: in album verò mutare alios colores non possunt. Creatori autem facilia sunt omnia. Sed orationem extra modum extendemus, si omnes prophetarum adhortationes collegerimus. Plena enim his sunt & prophetica cantica, & aliorum prophetarum oracula. Sed qui Nauati fastum hauserunt, post baptisma dicunt non oportere medicinam peccantibus præbere. Considerare autem illos conueniebat, quòd etiam veteres sacrorum mysteriorum typum habuere, aspersiones & diuina sacrificia. Vt autem ex abundanti amentiam illam conuincamus, Aaron in medium producamus. Hic enim vnctus & primus Pontifex creatus cùm esset, diuiníque Spiritus gratiam percepisset, impiis quidem iniqui populi postulationibus cessit, & vituli effigiem erexit, atque hostias cum aliis Leuitis obtulit. At tamen veniam consecutus est, & in pontificatu ad mortem vsque permansit. Et magnus Dauid, propheta cùm esset, diuiníque Spiritus gratiam inhabitantem haberet, duo grauia peccata commisit, sed vulnera per pœnitentiam curauit, nec Spiritus gratia priuatus est, sed etiam post peccatum multa futura vaticinatus est. De eo autem, qui Corinthi fornicatus est, quid dicent? qui non solùm diuinis sacramentis dignus est habitus, sed docendi quoque gratiam assecutus est? Quare cùm tanquam de viro docto & sa-

Esa. 1.

Exod. 31.

1. Reg. 11.

1. Cor. 5.

A πάνσοφος ὁ Ἡσαΐας βοᾷ· ὅταν ἀποστραφεὶς στενάξῃς, τότε σωθήσῃ, καὶ γνώσῃ τίνα ἦλθα ὅτε ἐπεποίθεις ἐπὶ τοῖς ματαίοις. καὶ τὰ μὲν θεομισῆ δὲ παμπόλλας τοῦ λαοῦ παρανομίας διεξελθών, καὶ δείξας ὃ τῆς νόσου δυσίατον, οὐκ ἔστι γάρ ἔφη μάλαγμα ἐπιθεῖναι, οὔτε ἔλαιον, οὔτε καταδέσμους, μετ' ὀλίγα πάλιν τῆς μετανοίας αὐτοῖς προσήγαγε θεραπείαν, πρὸς λόγον ἔλεγε· λούσασθε, καθαροὶ γένεσθε, ἀφέλετε τὰς πονηρίας ὑμῶν ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν μου. παύσασθε ἀπὸ τῶν πονηριῶν

B ὑμῶν, μάθετε καλὸν ποιεῖν, ἐκζητήσατε κρίσιν, ῥύσασθε ἀδικούμενον ἐκ χειρὸς ἀδικούντος αὐτόν. εἶτα ὑπισχνεῖται ἐρίῳ λευκῷ καὶ χιόνι παραπλησίους αὐτοὺς ἀποφαίνειν, εἰ καὶ κόκκινον καὶ φοινικοῦν εἶχον χροιάν. τοῦτο δὲ μόνῳ τῷ θεῷ δυνατόν. οἱ γὰρ βυσσοποιοὶ, εἰς μὲν ἄλλα χρώματα τὸ λευκὸν μεταβάλλουσιν, ἄλλο δέ τι τῶν χρωμάτων μεταβαλεῖν εἰς λευκὸν οὐκ ἰσχύουσι. τῷ δὲ ποιητῇ πάντα ῥάδια. ἀλλὰ γὰρ ὥρα τοῦ μέτρου μηκυνόμενον τὸν λόγον, εἰ πάσας ταύτας τῶν προφητῶν παραινέσεις συλλέξαιμεν. πλήρης γὰρ τούτων καὶ ἡ προφητικὴ βίβλος, καὶ τῶν ἄλλων προφητῶν τὰ θεσπίσματα. ἀλλ'

C οἱ τὸν Ναυάτου ἀφροδεξάμενοι τύφον, μετὰ τὸ βάπτισμα φασὶ μὴ χρῆναι τοῖς ἁμαρτάνουσι θεραπείαν προσφέρειν. ἔδει δὲ αὐτοὺς σκοπεῖν, ὡς καὶ οἱ παλαιοὶ τύπον εἶχον τῶν ἱερῶν μυστηρίων τὰ περιῤῥαντήρια, καὶ τὰς θείας ἱερουργίας. ἵνα δὲ μὴ πολλοὺς τοῦ προκειμένου τὴν αἰτίαν αὐτὴν διελέγξωμεν, τὸν Ἀαρὼν εἰς μέσον ἀγάγωμεν. οὗτος γὰρ χρισθεὶς, καὶ πρῶτος ἀρχιερεὺς χειροτονηθεὶς, καὶ τοῦ θείου πνεύματος τὴν χάριν δεξάμενος, εἶξε μὲν ταῖς δυσσεβέσι αἰτήσεσι τοῦ παρανόμου λαοῦ, κατεσκεύασε δὲ τὴν εἰκόνα τοῦ μόσχου, καὶ θυσίας μετὰ τῶν ἄλλων

D προσενήνοχε Λευιτῶν. ἀλλ' ὅμως συγγνώμης τετύχηκε, καὶ ἀρχιερατεύων μέχρι τελευτῆς διετέλεσε. καὶ ὁ μέγας ὁ Δαβὶδ, προφήτης ὤν, καὶ τοῦ θείου πνεύματος τὴν χάριν ἔνοικον κεκτημένος, δύο χαλεπὰς παρανομίας εἰργάσατο, ἀλλὰ τὰ τραύματα διὰ μετανοίας ἰάσατο, καὶ οὐκ ἐγυμνώθη τῆς πνεύματος χάριτος, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν πολλὰ τῶν ἐσομένων ἐθέσπισε. περὶ τοῦ ἐν Κορίνθῳ πεπορνευκότος τί ἂν εἴποιεν; ὃς οὐ μόνον θείων μυστηρίων ἠξίωτο, ἀλλὰ καὶ διδασκάλικοῦ ἐτέτυχηκε χαρίσματος. οὐ δὴ χάριν ὡς ὅτι σοφῷ καὶ πεπαι-

δύμβῳ μέγα φρονοῦντων τῶν ἐν ἐκείνῳ τε- A piente se iactarent qui sub eo erant,
λειώτων, ὁ θεῖος ἀπόστολος κατηγόρησεν εἰπών· diuinus Apostolus illos reprehendit,
καὶ ὑμεῖς πεφυσιωμένοι ἐστέ, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐπεν- dicens, *Et vos inflati estis, & non po-* 2. Cor. 2.
θήσατε, ἵνα ἀρθῇ ἐκ μέσου ὑμῶν ὁ τὸ ἔργον *tiùs luctum habuistis, vt tollatur de me-*
τοῦτο ποιήσας. ἀλλ' ὅμως καὶ διδάσκαλον ὄντα, καὶ *dio vestrûm qui hoc fecit.* Sed tamen,
μεγίστην ἀθεμιτουργίαν τετολμηκότα ἀθεμίτοις cùm eum qui doctor erat, & maxi-
ταῖς Σατανᾶ, πάλιν αὐτὸν ἐξήρπασε τοῦ ἐκείνου mum flagitium patrare ausus fue-
χειρῶν, καὶ τῇ τοῦ ἐκκλησίας ἀπεδέδωκε σώματι. rat, Satanæ tradidisset, rursus illum
γράφει δὲ οὕτως ἐν τῇ δευτέρᾳ ἐπιστολῇ· ᾧ δέ τι ex eius manibus eripuit, & corpori
χαρίζεσθε, καὶ ἐγώ. καὶ γὰρ ἐγὼ εἴ τι κεχάρισμαι, ᾧ Ecclesiæ reddidit. Ita autem scribit
κεχάρισμαι, δι' ὑμᾶς. καὶ ἵνα μή τις αὐτὸν ὑπολάβῃ in secunda Epistola: *Cui autem ali-*
παρὸς χάριν τινὰ θεάτρων τοῦτο πεποιηκέναι, τοῦς- B *quid donatis, & ego. Nam & ego quod*
τέθεικεν, ἐν προσώπῳ Χριστοῦ τοῦτέστιν ὡς ὁρῶν- *donaui, si quid donaui, propter vos.* Et
τος τὸ δεσπότου τῶν ὅλων, ὡς ἐπισάμενος ὅτι καὶ αὐτῷ ne quis existimaret illum in gratiam
ἀρέσκῃ τοῦτο γινόμενον. ὅθεν καὶ τὴν αἰτίαν ἐπά- hominum id fecisse, subiunxit, *In*
γει· ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ· *persona Christi.* hoc est, tanquam vi-
οὐ γὰρ αὐτοῦ τὰ νοήματα ἀγνοοῦμεν· ὥστε ὑμᾶς dente vniuersorum Domino, vt qui
μᾶλλον χαρίσασθαι, καὶ παρακαλέσαι, μήπως scirem illi placere quod fiebat. Vnde
τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῇ ὁ τοιοῦτος. τοι- & causam addit, *Vt non circumue-*
αὐτῶν εἶχον δι' ἀπολαγχίαν οἱ τῆς ἐκκλησίας *niamur à Satana: non enim ignoramus*
διδάσκαλοι. ἰατροὶ γὰρ ὄντες πνευματικοὶ, τὴν μὲν *cogitationes eius. Vt ex contrario magis*
ἐρρωμένων τὴν ὑγείαν φυλάττοντες, τὴν δὲ κακῶς *donetis, & consolemini: ne fortè abun-*
διακειμένων τὰς νόσους ἐλαύνοντες. τοῦτο πραγ- *dantiori tristitia absorbeatur qui eius-*
ματευόμενος, καὶ ταῦτα τοῖς πρὸς τούτοις ἐπι- *modi est.* Huiusmodi habebant com-
στέλλει γράμμασι· μὴ πάλιν ἐλθόντα με ταπεινώσῃ ὁ θεός μου πρὸς ὑμᾶς, καὶ πενθήσω πολ- C miserationem Ecclesiæ magistri. E-
λοὺς τῶν προημαρτηκότων, καὶ μὴ μετανοησάν- rant enim medici spiritales, sano-
των ἐπὶ τῇ ἀκαθαρσίᾳ, καὶ πορνείᾳ, καὶ ἀσελγείᾳ, rum quidem valetudinem conser-
ἧ ἔπραξαν. οὕτως Γαλάτας ἀποπεπτώκοτας uantes, malè autem affectorum mor-
τῆς πίστεως, καὶ μὴ τὴν κλῆσιν τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν bos profligantes. Hoc procurans,
θείων μυστηρίων ἀπόλαυσιν, τὴν περιτομὴν hæc quoque litteris ad eos scriptis
δεξαμένους, καὶ τὴν νομικὴν ἀποτηρήσεως ἀ- indidit, *Ne cùm rursus venero, humi-*
σπασαμένους τὴν φυλακὴν, ἐπιστρέφει πρὸς *liet me Deus meus apud vos, & lugeam*
τὴν σωτηρίαν, καὶ τὰ τῆς μετανοίας αὐτοῖς ἐπιτί- *multos eorum qui priùs peccauerunt, &*
θησι φάρμακα, καὶ ἀφίησι μητρὸς φιλοστόρ- *pœnitentiam non egerunt de immundi-*
γου φωνὴν· τεκνία μου, οὓς πάλιν ὠδίνω ἄχρις *tia, & fornicatione, & intemperantia,*
οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν. ταύτην δὲ ἡμῖν D *quam egerunt.* Sic etiam Galatas, qui
τὴν διδασκαλίαν καὶ ὁ δεσπότης Χριστὸς διὰ à fide defeciuerant, & post vocatio-
τῶν οἰκείων παραβολῶν παρεστήσατο. καὶ γὰρ nem gratiæ, & diuinorum mysteriorum perceptionem, circumcisionem susceperant, & legalium obseruationem amplexi fuerant, reducit ad salutem, & pœnitentiæ illis apponit remedia, & piæ matris vocem emittit, *Filioli mei, quos ego* Gal. 4.
iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Hanc autem nobis doctrinam dominus quoque Christus per parabolas suas tradidit. Nam & Matth. 18.
ouis quæ perierat, & drachmâ amissa, curam nos eorum agere docent qui peccarunt. Prodigus verò filius Luc. 15.
transgressionem post baptismum factam apertè significat. Accepta enim paternarum facultatum parte, quæ ipsi competebat, eáque intemperanter consumpta, reuersus est. Et tamen prima stola ornatus est, & per anulum diuinam imaginem re-

cepit, & saginatum vitulum comedit, & festum maximum patri attulit. Sed & omnis Domini doctrina & actio peccatorum curationem docent, & vocati publicani, & meretrix accedens, & latro credens, & benignitatis sermones, *Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam, Non enim opus habent sani medico, sed qui malè habent.* Quòd si hæc ante baptismum facta dicunt, primum Ecclesiæ fundamentum concussum fuisse sciant, & à diuina gratia confirmatum. Ter enim qui negauerat magnus Petrus, primus manfit, suis lacrymis curatus. Hanc etiam vt fratribus medicinam adhiberet præcepit illi Dominus. *Et tu* enim, inquit, *conuersus confirma fratres tuos.* Et cùm discipulis orandi formam dedit, iussit vt dicerent, *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Hanc porrò nos orationem non initiatos non docemus, sed initiatos. Nullus enim eorum qui initiati non sunt dicere audet, *Pater noster qui es in cælis*, cùm adoptionem filiorum nondum susceperit. Qui autem baptismatis donum est assecutus, Deum patrem vocat, tanquam in gratiæ filios allectus. Hi ergo iussi sunt dicere, *Dimitte nobis debita nostra.* Itaque medicabilia sunt etiam quæ post baptismum fiunt vulnera: medicabilia autem, non vt olim per solam fidem data remissione, sed per multas lacrymas, & fletus, & luctus, & ieiunia, & orationem, & laborem commissi peccati magnitudini respondentem. Qui enim sic affecti non sunt, eos nec desperare docti sumus, nec illis facilè sacra impertiri. *Nolite*, inquit, *dare sanctum canibus, nec proiiciatis margaritas ante porcos.* Has Ecclesia de pœnitentia leges habet.

Matth. 9.

Luc. 22.

Matth. 6.

Matth. 7.

λαβε, & τ σιτευτ ἀπήλαυσε μόχου, & ἑορτὴν μεγίστην ἐχαρίσατο τῷ πατρί. & πᾶσα ὁ τ κυρίου διδασκαλία, ἡ πρᾶξις, τ τ ἁμαρτωλῶν ἰατρείαν διδάσκουσι, ἡ οἱ κληθέντες τελῶναι, ἡ ἡ πορευθοῦσα πόρνη, ἡ ὁ πιστεύσας λῃστὴς, καὶ τ φιλανθρωπίας οἱ λόγοι, οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετανοίαν. οὐ γὰρ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες. εἰ δὲ ταῦτα πρὸ τ βαπτίσματος λέγουσι γεγενῆσθαι, τ πρῶτον τ ἐκκλησίας θεμέλιον καταμάθωσι κλονούμενον, καὶ ὑπὸ τ θείας χάριτος βεβαιούμενον. τρὶς γὰρ ὁ μέγας ἠρνησάμενος Πέτρος, ἔμενε πρῶτος τοῖς δάκρυσι τοῖς οἰκείοις θεραπευθείς. ταύτην αὐτῷ & τοῖς ἀδελφοῖς προσέφερε τ θεραπείαν ὁ δεσπότης ἐκέλευσε. & σὺ γάρ φησιν ὑπιστρέψας, στήρισον τοὺς ἀδελφούς σου. ἡ προσευχῆς δὲ τύπον τοῖς μαθηταῖς δεδωκὼς, προσέταξε λέγειν· ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφλήματα ἡμῶν, ὡς ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφλέταις ἡμῶν. ταύτην δὲ τ προσευχὴν οὐ τοῖς ἀμυήτοις, ἀλλὰ τοῖς μυσταγωγουμένοις διδάσκομεν. οὐδεὶς γὰρ τ ἀμυήτων λέγειν τολμᾷ, πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, μήπω δεξάμενος τ υἱοθεσίας τὸ χάρισμα. ὁ δὲ τ τ βαπτίσματος τετυχηκὼς δωρεᾶς, πατέρα καλεῖ τ θεὸν, ὡς εἰς τοὺς υἱοὺς τελέσας τ χάριτος. ἔστι τοίνυν προσευχὴ λέγειν, ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφλήματα ἡμῶν. ἰάσιμα τοιγαροῦν & τὰ μετὰ τὸ βάπτισμα γινόμενα τραύματα. ἰάσιμα δὲ, οὐχ ὡς πάλαι διὰ πίστεως μόνης τ ἀφέσεως διδομένης· ἀλλὰ διὰ δακρύων πολλῶν, διὰ τε ὀδυρμῶν, & κλαυθμῶν, καὶ νηστείας, καὶ προσευχῆς, καὶ πόνου τῇ ποσότητι τ γεγενημένης ἁμαρτίας συμμέτρου. ὅτε γὰρ ἀπαρρήσιαν ἐδιδαχθημεν τοῖς μὴ ὅτω διακειμένοις, ὅτε προχείρως μεταδιδόναι τῶν θείων. μὴ βάλητε γάρ φησιν ἅγιον τοῖς κυσὶ, μηδὲ ῥίψητε τοὺς μαργαρίτας ἔμπροσθεν τῶν χοίρων. τούτοις ἡ ἐκκλησία, καὶ τοιαῖς μετανοίας ἔχει τοὺς νόμους.

DE ABSTINENTIA. XXIX.

ABSTINENTIAM autem à vino esúque carnium, & reliquam continentiam non similiter ac hæretici amplectitur. Hi enim ab his tanquam abominandis abstinere præcipiunt: Ecclesia verò de his nihil præcipit. Neque enim horum vsum interdicit. Ideò alij quidem permissis voluptatibus securi fruuntur, alij

ΠΕΡΙ ΕΓΚΡΑΤΕΙΑΣ. κθ'.

ΟΙΝΟΥ δὲ & κρεωφαγίας ἀπέχειν, & τ ἄλλην ἐγκράτειαν, οὐ τοῖς αἱρετικοῖς παραπλησίως ἀσπάζεται. οἱ μὲν γὰρ ὡς βδελυκτῶν ἀπέχεσθαι τῶν νομοθετοῦσιν ἀπηγορεύκασι. ἡ δὲ ἐκκλησία, οὐδὲν περὶ τούτων νενομοθέτηκεν. ὅθεν δὲ ἀπαρρήσιαν τ τούτων μετάληψιν. τούτου χάριν ἀδεῶς, οἱ μὲν τῶν νενομισμένων ἡδέων ἀπολαύουσιν, οἱ

δὲ ἀπέχονται. καὶ ἀκριβῶς ὁ οὐδεὶς τῶν δι' ὑφε-
νοιῶτων τὸν ἐσθίοντα. καὶ ἡ ἀποχὴ γὰρ, καὶ ἡ με-
τάληψις, ἐπὶ τῇ ἐξουσίᾳ τελοῦσι τῆς
γνώμης, καὶ ὁ μονήρης ὁ βίος οὐκ ἀναγκαστὸς
ἀλλ' αὐθαίρετος. καὶ τοῦτο ὁ μὲν τῶν ἀποστο-
λικῶν ἐδιδάχθημεν νόμων. ὁ ἐσθίων γὰρ φη-
σὶ τὸν μὴ ἐσθίοντα μὴ ἐξουθενείτω, καὶ ὁ μὴ
ἐσθίων τὸν ἐσθίοντα μὴ κρινέτω. καὶ πάλιν. πάν-
τα καθαρὰ, ἀλλὰ κακὸν τῷ ἀνθρώπῳ τῷ
διὰ προσκόμματος ἐσθίοντι. καὶ τοῦτο ὁ αὐ-
τὸς τῶν δυσσίων κατηγορῶν ἐν τῇ πρὸς Τι-
μόθεον ἐπιστολῇ ταῦτα γέγραφε. τὸ δὲ πνεῦμα
ῥητῶς λέγει, ὅτι ἐν ἐσχάτοις καιροῖς ἀποστή-
σονταί τινες τῆς πίστεως, προσέχοντες πνεύμα-
σι πλάνης, καὶ διδασκαλίαις δαιμόνων, ἐν
ὑποκρίσει ψευδολόγων, κεκαυστηριασμένων
τὴν ἰδίαν συνείδησιν, κωλυόντων γαμεῖν,
ἀπέχεσθαι βρωμάτων, ἃ ὁ θεὸς ἔκτισεν εἰς
μετάληψιν μετ' εὐχαριστίας τοῖς πιστοῖς καὶ
ἐπεγνωκόσι τὴν ἀλήθειαν. ὅτι πᾶν κτίσμα θεοῦ,
καλόν. καὶ οὐδὲν ἀπόβλητον μετ' εὐχαριστίας
λαμβανόμενον· ἁγιάζεται γὰρ διὰ λόγου θεοῦ
καὶ ἐντεύξεως. καὶ Κορινθίοις ὁ προστάξε
πᾶσι τὸ ἐν μακέλλῳ πωλούμενον ἐσθίειν, μη-
δὲν ἀνακρίνοντας διὰ τὴν συνείδησιν. καὶ τὸν
ὑπό τινος τῶν ἀπίστων καλούμενον εἰς ἑστία-
σιν τῶν προκειμένων ἀδεῶς μεταλαμβάνειν ἐκέλευσεν, εἰ μήτις ἄρα μηνύσῃ εἰ-
δωλόθυτα εἶναι τῶν ὄψων τινά. τοσοῦτον ἀπέ-
σχετο ὁ θεῖος ἀνὴρ κωλύσαι τὴν κρεῶν
τὴν μετάληψιν. καὶ αὐτὸς δὲ ὁ κύριος ἔφη
περὶ ἑαυτοῦ· ἦλθεν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐσθίων,
καὶ πίνων, καὶ λέγουσιν, ἰδοὺ ἄνθρωπος φά-
γος, καὶ οἰνοπότης, τελωνῶν φίλος, καὶ ἁμαρτω-
λῶν. καὶ τὸ πάσχα ὁ ὁπότε ἐτέλεσας, τὸν ἀμνὸν
ἔφαγε, δηλονότι μετὰ τῶν μαθητῶν· καὶ εἰς
τὸν γάμον κληθεὶς, οὐ μόνον οὐκ ἀπηγόρευσε
τὸ πίνειν, ἀλλὰ καὶ οἶνον τοῖς ἐστιωμένοις πα-
ρεσκεύασε. τοιγαροῦν καὶ τῶν
Ἐγκρατιτῶν τὴν πλάνην τὰ θεῖα δόγματα
λαμπρῶς ἀπελέγχουσιν· ἡ δὲ τοῦ θεοῦ ἐκ-
κλησία, τοῖς κατὰ τῶν αἱρετικῶν ἀντιτάττεται
μύθοις, τοῖς δὲ θείοις δόγμασιν ἑπακολουθεῖ. Πα-
ρακαλῶ τοίνυν τοὺς ἐντευξομένους τῇδε τῇ συγ-
γραφῇ, ἑκάστῳ τῶν πονηρῶν ἐκείνων δογμάτων
προσβαλεῖν τὰ θεῖα, καὶ τῇ παραξετάσει κατα-
μαθεῖν, ὅσον τοῦ ψεύδους καὶ τῆς ἀληθείας ὁ μέ-

A verò abstinent. Et nemo qui rectè sapiat condemnat eum qui comedit. Nam & abstinentia & participatio sunt in mentis potestate. Monastica porrò vita necessitate non suscipitur, sed libera voluntate. Hoc autem ex Apostolicis legibus didicimus. *Is qui manducat*, inquit, *non manducantem non spernat, & qui non manducat, manducantem non iudicet.* Et rursus, *Omnia quidem sunt munda: sed malum est homini, qui per offendiculum manducat.* Itaque impios ipsos reprehendens in Epistola ad Timotheum sic scripsit: *Spiritus autem manifestè dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentium nubere, abstinere à cibis quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & iis qui cognouerunt veritatem. Quia omnis creatura Dei bona est, & nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. sanctificatur enim per verbum Dei & orationem.* Et Corinthiis quoque præcipit *omne quod in macello venit manducare, nihil interrogantes propter conscientiam.* Et eum qui ab aliquo infideli vocatur ad conuiuium, ea quæ apponuntur securè manducare iussit, nisi fortè indicarit quispiam aliqua ex obsoniis esse immolata. Tantùm abfuit diuinus ille vir, vt carnium vsum prohiberet. Iam verò & Dominus ipse de seipso dixit. *Venit filius hominis comedens & bibens, & dicunt, Ecce homo vorax, & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus.* Et cùm Pascha celebraret, agnum comedit, cum discipulis videlicet: & ad nuptias vocatus, non solùm bibere non vetuit, sed vinum etiam conuiuantibus admirabiliter produxit. Encratitarum ergo, siue Abstinentium etiam errorem, diuina dogmata clarè conuincunt. Dei autem Ecclesia, & fabulis hæreticorum aduersatur, & diuina dogmata sequitur. Rogo igitur eos qui in hanc scriptionem inciderint, vt cum vnoquoque prauorum illorum dogmatum diuina conferant, & ex collatione cognoscant, quantum sit discrimen inter veritatem & men-

dacium. *Quæ est enim societas luci cum tenebris ? quæ autem conuentio Christi ad Belial ?* Reuera enim illa diabolicæ malignitatis sunt inuenta, hæc verò diuini Spiritus decreta : quæ assiduè sectari oportet, & immobilem horum regulam seruare, ad eámque animam suam dirigere, in Christo Iesu Domino nostro, cum quo Patri cum sancto Spiritu gloria conuenit, honor & magnificentia, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

2. Cor. 6.

σον. τίς γὰρ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; τίς δὲ συμφώνησις Χριστῷ πρὸς Βελίαρ; τῷ ὄντι γάρ, ἐκεῖνα μὲν τῆς διαβολικῆς κακοτεχνίας εὑρέματα· ταῦτα δὲ τοῦ θείου πνεύματος δόγματα. οἷς ἔπεται προσπαθῶς διωκτέον, καὶ τούτων ἀκλινῆ φυλάττειν κανόνα, καὶ τούτῳ πρὸς οἰκείαν διευθύνειν ψυχήν· ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ σὺν τῷ παναγίῳ πνεύματι δόξα πρέπει, τιμή, καὶ μεγαλοπρέπεια, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ

ΘΕΟΔΩΡΙΤΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ,

ΠΕΡΙ ΠΡΟΝΟΙΑΣ ΛΟΓΟΙ ΔΕΚΑ.

BEATI

THEODORETI

EPISCOPI CYRI,

DE PROVIDENTIA ORATIONES DECEM.

Ἀπόδειξις ἀπὸ οὐρανοῦ, καὶ ἡλίου, καὶ σελήνης, καὶ τῶν λοιπῶν ἀστέρων.

ΛΟΓΟΣ Α'.

ΝΟΜΟΣ ἐστὶ τοῖς ἀνθρώποις ὑπὸ τῆς φύσεως κείμενος, καὶ παῖδας πατέρων ἀδικουμένων ὑπερμαχεῖν, καὶ δεσπότῃ οἰκέτας, καὶ πόλεων πολεμουμένων πολίτας προκινδυνεύειν, καὶ ἁπλῶς τοὺς ὑπὲρ πεπονθότας εἰς δύναμιν τοὺς εὐεργέτας ἀμείβεσθαι. ἴδοι δ' ἂν τις καὶ βασιλέως ὀρθῶς καὶ δικαίως τοὺς ἀρχομένους ἰθύνοντος, καὶ ἡμερότητι κεραννυμένου τὸ ἐξουσιάζειν, ἀσπιδοφόρους καὶ δορυφόρους ἐν πολέμοις προθύμως ὑπασπίζοντας. Καὶ μήποι τις δίκης αἰτιάσεται, καὶ ψεύδους τὸν λόγον κατηγορεῖτω, τοὺς παιγνιδιάς, καὶ μαστιγίας, καὶ προδότας, καὶ τυράννους εἰς μέσον ἄγειν. πρὸς γὰρ τοὺς τοῦ νόμου φύλακας ὁ

Demonstratio Prouidentiæ ex cælo, Sole, Luna, & reliquis stellis.

ORATIO I.

NATVRA hanc mortalibus legem posuit, vt filij parentibus illatam iniuriam vindicent, & serui dominorum causam asserant, & cùm ciuitates ab hostibus oppugnantur, ciues patriæ periculis sese opponant: vt denique quicumque beneficia ab aliis acceperunt, dignas benefactoribus suis gratias pro virili sua retribuãt. Sed & reges videre licet, qui vbi cõmissum sibi populum rectè iustéq; gubernant, & potestatem clementia temperãt, in bellis per scutigeros & satellites acriter defenduntur. Nec est quod hîc mihi mox quispiam obstrepat, & parricidas, mastigias, proditores, atque tyrannos obiiciens, sermonem mendacij arguat. De iustis enim & legum cultoribus nobis

sermo est: alteros verò illos & ingratos & trangressores nominare consueuimus, qui pœnas quoque suis facinoribus dignas persoluunt. Quòd si verò pro parentibus liberos, pro dominis seruos, pro ciuitatibus ciues, pro regibus satellites regiique corporis custodes natura pugnare iubet: multo vtique sanctius & iustius est, vt qui à Deo & conditi & saluati sunt, pro Deo non verbis modò pugnent, sed & mortem extremam eligant. Hic enim & parentibus propinquior, (huius enim beneficium est quòd illi parentes vocantur) & dominis præstantior (hîc enim ipsa natura, non seruorum calamitas, illi dominij ius contulit) & omni muro solidior & tutior, (hic enim etsi adamantinus fuerit, hominum tamen manibus factus est, licétque machinarum vim & robur effugiat, temporis tamen manus non vnquam effugere potest: ille autem æternus & perpetuus est, & ad omnem custodiam ac tutelam sufficit) tum regibus tanto regalior est, quanto excellentius apparet quod æternum est, si cum eo, quod & factum est & corrumpi solet, conferatur. Deus quippè æternus est, & cognatum æternæ suæ essentiæ imperium obtinet: rex autem tam idipsum quod est, quàm imperium à Deo acceptum habet, & ad breue temporis spatium pauciſſimis dumtaxat, non omnibus qui eiusdem naturæ participes sunt, imperat. Quandoquidem ergo Deus, & parentibus nobis propinquior est, & dominis præstantior, & omnibus benefactoribus magis prouidens, tum omni muro tutior ac firmior, cunctísque regibus in immensum excellentior, decet omnino, vt nos, qui & hoc ipsum quòd sumus, & quòd incolumes ac salui sumus, ab ipso accepimus, impiis quæ illum conuiciari audent linguis nostras opponamus, & piis rationibus impios illorum sermones retundamus: non quidem vt tanquam indigo nostrî opem feramus, (nullius enim rei indiget qui omnium creator est, & luteæ huius atque terrenæ linguæ patrocinio non habet opus: eandem tamen suas laudes celebrantem probat, & pro se pugnantem dignis præmiis remunerat, & mendacium confutantem coronat) sed vt nostram erga hunc testemur beneuolentiam, & conseruorum

A λόγος, ἐκείνους δὲ ἀχαρίστους καὶ παράτας προσαγορεύειν εἰώθαμεν. τίνουσι δὲ καὶ δίκας τῶν τολμημάτων ἀξίας. Εἰ γὰρ καὶ παῖδας πατέρων, καὶ δεσποτῶν οἰκέτας, καὶ πόλεων πολίτας, καὶ βασιλέων δορυφόρους προκινδυνεύειν ἡ φύσις διαγορεύει, πολλῷ μᾶλλον σωτηρίου τε καὶ δικαιοτέρου τοῦ θεοῦ, τοῖς ὑπὸ τοῦ θεοῦ καὶ γεγονόσι καὶ σεσωσμένοις μὴ λόγῳ μόνον ὑπερμαχεῖν, ἀλλὰ καὶ θανάτου αἱρεῖσθαι τὸν ἔσχατον. καὶ γὰρ πατέρων

B ἡμῖν πλησιώτερος· δι' αὐτοῦ γὰρ καὶ ἐκεῖνοι πατέρες καλοῦνται· καὶ δεσποτῶν κρείττων· οὐ γὰρ κατὰ φύσιν, ἀλλ' οὐ κατὰ συμφοράν, οἰκετῶν ἡ δεσποτεία. καὶ τείχους πάντος ἀσφαλέστερος· ὃ μὲν γὰρ, κἂν ἀδαμάντινον ᾖ, χειροποίητον ὅμως ἐστί, καὶ τῶν μηχανημάτων τὴν ἰσχὺν φεύγει, τοῦ χρόνου τὰς χεῖρας οὐ διαφεύξεται. ὁ δὲ ἀΐδιός τε ἐστὶ καὶ αἰώνιος, καὶ πρὸς πᾶσαν ἀρκοῦν φυλακὴν, καὶ ἀσφάλειαν. καὶ βασιλέων τοσούτῳ βασιλικώτερος, ὅσῳ ὃ ἀεί ἐστι τῶν γενητῶν

C καὶ φθαρτῶν διαφερόντως ἀλλόμενον, ὃ ἀμέτοχον τῆς ὑποβολῆς ὑποδείκνυσιν. ὁ μὲν γὰρ, ἀεί τε ἐστὶ, καὶ αὐτῷ τῷ εἶναι συμπεφυκὸς ἔχει τὸ κράτος· ὁ δὲ παρ' ἐκείνου καὶ τὸ εἶναι λαβὼν ἔχει, καὶ τὸ κρατεῖν. καὶ τοῦτο πρὸς ὀλίγον καὶ ὀλίγων, οὐδὲ πάντων τῶν τῷ αὐτῷ φύσιν εἰληχότων. Ἐπειδὴ τοίνυν καὶ πατέρων ἡμῖν οἰκειότερος, καὶ δεσποτῶν κρείττων, καὶ πάντων

D ἐργετῶν προμηθέστερος, καὶ τείχους πάντος ἀσφαλέστερος, καὶ βασιλέων ἁπάντων ἀμέτρως βασιλικώτερος, δίκαιον ἡμᾶς, τοῖς καὶ τὸ εἶναι παρ' αὐτοῦ λαβόντας, καὶ τὸ εὖ εἶναι προσειληφότας, τοῖς βλασφημεῖν αὐτὸν τολμήσασι γλώττας τὰς οἰκείας ἀντιπάξαι, καὶ λόγοις ἀσεβέσι τοὺς δυσεβεῖς λόγους κατακοντίσαι. οὐχ ἵνα δεομένῳ τινὶ παρ' ἡμῶν ὑπουργίας προσάξωμεν· ἀπροσδεὴς γὰρ ὁ τῶν ἁπάντων ποιητὴς, καὶ πηλίνης γλώττης εἰς ὑπουργίαν οὐ δεῖται, ὑμνῳδοῦσι δὲ ἀποδέχεται, καὶ ὑπερμαχοῦσι ἀμείβεται, καὶ τὸ ψεῦδος ἐλέγχουσι στεφανοῖ· ἀλλ' ἵνα καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν εὔνοιαν δείξωμεν, καὶ τὴν ὁμοδούλων

τὸ θράσος, εἰ μὴ δυνατὸν, καταλύσωμεν· εἰ δὲ μή, διελέγξωμεν γοῦν, καὶ δῆλον τοῖς ἀγνοοῦσι ποιήσωμεν. Πολλοὶ μὲν οὖν καὶ παντοδαποὶ τῶν δυσεβεῖν αἱρουμένων τὰ σίφη, καὶ διαφορα τῆς βλασφημίας τὰ βέλη· πολυμιδὲς γὰρ καὶ ποικίλον τὸ ψεῦδος, ἁπλῆ δὲ τῆς ἀληθείας ἡ χάρις. Ἡ μὲν γὰρ ποιητικὴ φάλαγξ, εἰς πολλὰ τὸ θεῖον τῷ λόγῳ καταμερίσασα, καὶ τὸ ψεῦδος τῷ τερπνῷ τῶν μυθώδους κεράσασα, καὶ οἷόν τινα κυκεῶνα καταασκευάσασα, τῆς πολυθέου πλάνης τὸν μέθυσον τοῖς ἀνθρώποις παρεσκεύασεν. Ἡ δὲ ἐν τείβωνι λευκῷ, καὶ πώγωνι μακρῷ, καὶ κόμῃ κεφαλῆς τὴν φιλοσοφίαν ὀριζομένη, τῆς ποιητικῆς θεολογίας τὸ καταγέλαστον ὁρῶσα, ἑτέρας πλάνης ἐπενόησεν ἀτραπούς, εἰς αὐτὸ τὸ ποιητικὸν ἐκεῖνο βαράθρον ἀπαγούσας. οἱ μὲν γὰρ, τῇ κομψείᾳ τοῦ λόγου, καὶ τῇ τῶν ἐνθυμημάτων δεινότητι, τὴν ποιητικὴν περὶ τῶν θεῶν ἀλληγορίαν ἐκάλυψαν. οἱ δὲ, τοῖς πάθεσι τὴν θείαν προσηγορίαν ἀνέθεσαν. καὶ τὴν μὲν ἡδονὴν, Ἀφροδίτην ὠνόμασαν. Ἄρεα δὲ, τὸν θυμόν. τὴν δὲ μέθην, Διόνυσον. Ἑρμῆν δὲ, τὴν κλοπήν. τὴν δὲ φρόνησιν, Ἀθηνᾶν. καὶ τοιαῦτά τινα μὴ ἀλαζονικῆς ὀφρύος, καὶ τῆς Ἀττικῆς εὐμουλίας τερατευόμενοι, τοῖς πολλοῖς τῶν ἀνθρώπων εἰς ἕτερον εἶδος ἀπάτης μετήγαγον. Καὶ οἱ τὸ φιλοσοφεῖν ὑποκρινόμενοι, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ σχήματος ὑμῖν τοῖς πολλοῖς ἁρπόμενοι, καὶ τῶν παθῶν κρατεῖν ἐπαγγελλόμενοι, συνεσκιωκέναι τὰ πάθη τοῖς ἀνθρώποις ἐποίησαν, καὶ τὸν αὐτοκράτορα νοῦν τῶν παθῶν ἰδίοχον, θυέλλαις ἐπιθυμίαις, καὶ θυμῷ, καὶ κλοπῇ, καὶ μέθῃ, καὶ τοῖς ἄλλοις πάθεσιν ἀνοήτως πεπείκασιν. Ἄλλοι δὲ πάλιν, οὐδὲν ὑπὲρ τὰ ὁρώμενα νοήσαι δυνηθέντες, ἀλλὰ τοῖς αἰσθητοῖς τὸν νοῦν ἐγκαθείρξαντες, τὰ τοῖς ὀφθαλμοῖς εἰς θεωρίαν προκείμενα, θεοὺς προσηγόρευσαν. καὶ τὸ σεπτὸν ὄνομα, φρίκῃ ἐμποιοῦν τοῖς ἀκούουσιν, οἱ μὲν τοῖς στοιχείοις, οἱ δὲ

audaciam, si quidem id fieri potest, dissoluamus: vel si minus, arguamus saltem, & iis quoque spectandam exhibeamus, qui ipsam ignorauerunt hactenus. Atqui multi admodum & varij eorum qui blasphemiis operam dare student, cunei sunt, & diuersa multum blasphemiarum tela & iacula. Mendacium enim multiplex & varium, sed veritatis gratia simplex est. Poëtarum siquidem phalanx, dum diuinum numen verbis quasi in partes diuidit, & mendacia fabularum voluptate condit, ex multis quodammodo & diuersis herbis confusam potionem miscens, eo errore qui deorum multitudinem docet, hominum mentes inebriauit. Altera autem illa, quæ pallio albo, & barbæ prolixitate, & capitis capillitio philosophiam metitur, poëticæ theologiæ ludierum & risu dignum figmentum cernens, alias errorum semitas excogitauit, quæ tamen in idem poëtici erroris exitium homines deduxere. Quidam enim illorum fastuoso orationis & verborum ornatu, atque argumentorum fortissimis copiis, turpe illud & fœdum de diis commentum velauerunt. Alij verò ipsis affectibus & perturbationibus hominum Dei nomina & appellationes tribuere ausi sunt. Et voluptatem quidem Veneris, iram verò Martis, ebrietatem Bacchi, furtum Mercurij, prudentiam Mineruæ nominibus appellauerunt. Ac dum huiusmodi quædam superbo admodum supercilio, & Attica facundia, non sine summa auditorum admiratione effundunt, complures hominum in aliam traduxerunt erroris speciem: adeò vt qui philosophiam professi, & eo qui ab externo habitu prouenit honore potiti, homines affectibus dominari iusserunt, iisdē vt affectus colerent auctores fuerint, mentémque hominis liberam, & sui iuris existentem, cui affectuum habenæ commissæ sunt, concupiscentiæ & iræ, furto & ebrietati, aliísque affectibus sacrificare imprudenter & stultè persuaserint. Alij rursum, cùm nihil præter ea quæ oculis cernuntur, mente concipere possent, sed sensibilium dumtaxat consideratione mentem cōstringerent, res istas externas & visibiles Deos dixerunt. Et augustum illud quod horrore hominum aures concutit nomen, alij quidem elementis, alij

verò eorumdem partibus assignate dignati sunt. Et hi quidem mundum per se temerè factum esse, alij pro vno plures mundos esse stulta quadam imaginatione somniauerunt. Alij item Deum omninò nullum esse, alij verò, esse quidem Deum, sed nullam eorum quæ in rerum natura sunt, curam gerere: alij rursum, illum quidem res mundi curare dixerunt, sed id perparcè admodum & negligenter facere, & Lunæ finibus prouidentiam terminare, reliquam verò mundi partem fati necessitati seruire coactam fortuitò ferri tradiderunt. Sunt præterea alij quidam, qui Christianorum quidem nomine gloriantur, veritatis autem dogmata palàm oppugnant. Hi enim illud, quod increatum vel ingenitum dicimus, in tria secant, & hoc quidem Bonum, illud verò Malum, tertium autem Iustum appellant. Alii duo ingenita principia sibique inuicem ex diametro pugnantia verbis depingunt. Alii rursum, dum se impia hæc dogmata oppugnare pollicentur, aliam impietatis viam excogitant. Nam licèt vnigenitum illud Dei Verbum, filium scilicet, confiteantur, ipsum tamen quasi factum rebus creatis adnumerant, & Creatorem rei creatæ parem & æqualem constituunt. Sed & Spiritum sanctum impia sua disputatione à diuina natura excludere nituntur. Alii quoque per multos & diuersos errores amissa recta via, dum præeuntium vestigiis insistere nolunt, quàm longissimè à veritate deflexerunt. E quibus alii quidem Incarnationem quæ pro nobis facta est, penitùs abnegauerunt: alii verò Deum quidem Verbum hominem factum esse fatentur, sed solum corpus ab hoc assumptum esse contendunt. Rursus alii carnem, quæ assumpta est, animatam vocant, interim verò rationalem & intellectiuam in eo animam fuisse negant: suam fortasse propriam insaniam huius opinionis sue argumentum habentes. Nos verò hominis animam nullam præter eam, quæ & rationalis est, nouimus. Cæterùm alios quidem omnes nunc omittamus: nec enim fieri potest vt sermo noster, ceu in acie consistens, contra omnes hosce simul argumentorum iacula emittat. Quapropter omnes aliæ impiorum turmæ quietem

A τῶν δὲ ναύτης ἐρέτῃ, καὶ κυβερνήτης ἰθύνῃ, καὶ ἔμπορος ὧν ἐφορᾶται ἀποδήκτην φόρτον, καὶ πᾶς ἁλιευτὴς ἀγρεύῃ, καὶ τὸ μὴ φαινόμενον θήραν τῇ δυμηχάνῳ τῶν δικτύων ὑφῇ πλοκῇ. Ἀλλὰ δεῦρο καταχθῶμεν ἀπὸ θαλάττης εἰς τὴν ἤπειρον. οὐκ ἀρκεῖ γὰρ ὁ χρόνος εἰς ἀκριβῆ τέχνης ἐκθέσεις διήκησιν. βλέπε τοίνυν τὰς τέχνας ἁπάσας πρὸς ἀλλήλων ἐρανιζομένας τὸ χρήσιμον· οἰκοδομικὴ μὲν, πρὸς τῆς χαλκευτικῆς τὰ ὄργανα· χαλκευτικὴ δὲ, πρὸς τῆς οἰκοδομικῆς τὴν οἰκίαν· ἀμφοτέρας δὲ, B πρὸς τῆς γεωργικῆς τὴν ἔφοδον. καὶ τὴν γεωργικὴν αὖ, πρὸς τούτων τήν τε τῶν οἰκιῶν κατασκευὴν, καὶ τὰ συνεργεῖν εἰς γεωργίαν δυνάμενα. μᾶλλον δὲ σκόπησον ἐξ ἀρχῆς πῶς ὑπέδειξεν ὁ ποιητὴς ταῦτα τοῖς ζῴοις τὰς ἀναλογίας χρείας. πόθεν γὰρ ἔγνω μεταλλεύειν σίδηρον καὶ χαλκὸν καὶ μόλυβδον καὶ κασσίτερον; τίς δὲ αὐτῷ τὰς ἀργυρείτιδας ὑπέδειξε φλέβας; τίς ὁ τὴν χρυσῖτιν γῆν ὀρύττειν ἐδίδαξε, καὶ τὰ μικρὰ ψήγματα τοῦ χρυσίου συλλέγειν ὑπέδειξε; πόθεν ἔμαθε φύσιν ὑέλου; τίς αὐτὸν τῆς ψάμμου τὴν διαφορὰν C ἐπαίδευσε; τίς αὐτὸν ἐδίδαξε τὴν ποιὰν δεῖ ψάμμον τῷ πυρὶ προσβάλλειν, καὶ ὅπως, καὶ ὁπόσον; καὶ τὴν συνεχῆ μὲν χωρίζειν, τὴν χωριστὴν δὲ εἰς συνεχὲς ἀχώριστον μεταβάλλειν, πῶς ἔγνω διαπλάττειν ἐκ ταύτης, πυρὶ καὶ πνεύματι συνεργῷ κεχρημένους, ἐκπωμάτων εἴδη μυρεῖα, φιάλας, καὶ κύλικας, καὶ κομβύλους, καὶ ἀμφορίσκους, καὶ ἔπιπλα, καὶ ἕτερα σκεύη πρὸς πᾶσαν χρείαν βρωτῶν καὶ ποτῶν ὑποδήλα; δῆλον ποιήσω, ὡς τούτων ἁπάντων τὴν γνῶσιν πρὸς τοῦ πεποιηκότος ἐδέξατο, καὶ τὴν ὑπνοίαν τὰς δυνάμεις, καὶ τὴν τεχνῶν τὰς ὑρέσεις, τῇ φύσει ὁ δημιουργήσας ἐγκατεβάλετο. D διὸ καὶ τῷ μεγάλῳ Ἰὼβ πρὸς διαλεγόμενος ἔλεγε· τίς ἔδωκε γυναιξὶν ὑφάσματος σοφίαν, καὶ ποικιλτικὴν ὑπεσήμου; πόσοδον γὰρ τῷ ὄντι καὶ τοῦτο τῆς τέχνης ὁ χρῶμα. τῷ χρόνῳ μὲν ἀκαταφρόνητον γέγονε, καὶ ἡ γνῶσις τῆς ἐργασίας ἀφῄρηται τῶν ὑρηκότων τὴν ὑφήμισιν. εἰ δέ τις ἀκριβῶς ἕκαστον σκοπῆσαι θελήσει, σφόδρα αὖ καὶ ταύτην τὴν τέχνην θαυμάσεται. τὰ γὰρ ἕλια χειρόμενα, καὶ τοῖς ὕδασι καθαιρόμενα, διαξαίνεται μὲν πρῶτον, καὶ εἰς λεπτὰ διαιρεῖται, εἶτα ὁ κάταγμα

μήρυμα

μήρυμα γίνεται. ἔπειτα, ἡ θαλασσουργία λαβοῦσα, ὃ μὲν ἀκραφνὲς καὶ οἱονεὶ διάφανες ἔχον τὰς ἴνας, τῶν λοιπῶν ἀποκρίνει· καὶ τὰ λοιπὰ δὲ συντίθησα, κρόκῃ κατασκευάζει τὸν ἱστόν. εἶτα γυναικῶν χεῖρες λαβοῦσαι, τὰ λεπτὰ νήθουσι νήματα, καὶ τοῦτα πρότερον, οἷον τινας χορδάς, κατὰ τάξιν ἐν τοῖς ἰσοῖς διατείνασαι, ἐμβάλλουσι μὲν τῇ κρόκῃ, ταῖς δὲ κερκίσι τοὺς ἱστοὺς διακρίνασαι, καὶ τῶν ἐμβεβλημένων μηρίνθων, τὰς μὲν χαλῶσαι, τὰς δὲ τείνουσαι, εἶτα τοῖς εἰς τοῦτο συντεθειμένοις ὀργάνοις οἷς ὤφελον, καὶ πιλοῦσαι τῇ κρόκῃ, οὕτως ἀποτελοῦσι τὸ ὕφασμα· τίς αὖ πρὸς ἀξίαν τῇ δοθείσῃ σοφίαν τοῦ ζῴου θαυμάσεται; πῶς ἑνὶ χρώματι τῶν ὑποκειμένων, ἐρίων ἢ σηρικῶν νημάτων, πολυποικίλων ζῴων ἀναφαίνονται τύποι, καὶ ἀνθρώπων ἐνδύματα, τῶν μὲν, θηρευόντων, τῶν δὲ, προσευχομένων, καὶ δένδρων εἰκόνες, καὶ ἕτερα ἄλλα μυρία. ἀληθῶς, αἰνεῖτε τὸν κύριον πάντα τὰ ἔθνη, τὰ τοσαύτης ἀξιωθέντα σοφίας, τὰ τοσούτοις ἀγαθοῖς ἐντρυφῶντα. τίς τὸν θαλάττιον ἰχθὺν βαφῇ τοῖς ἐρίοις ἀπέφηνε; τίς πάλιν ταύτης τῆς τέχνης εὑρετὴς ἐγένετο, καὶ εἰς μυρία χρωμάτων εἴδη μεταμφιέννυσι τῶν ἐρίων τὸ εἶδος; ἀλλ' ἴσως ἀγνωσίαν νοσῶν φήσῃς, λεπτότερα νήθειν τῶν ἀνθρώπων τὰ σκώληκας νήματα. ἀλλὰ καὶ τοῦτο τῆς θείας ἔργον κηδεμονίας. ἵνα γὰρ μὴ μεγαλοφρονῇς ὅτι τῇ τῶν πολυποικίλων τεχνῶν σοφίᾳ, μηδὲ ναυαγούσῃ τῶν πλήθει τοῦ πλούτου, ἀφ' σκωλήκων ὁ κηδεμών σε παιδεύῃ, ὡς οὐ τῆς σῆς ὄντα ταῦτα δυνάμεως, ἀλλὰ τῆς θείας φιλανθρωπίας τὰ δῶρα. οὕτω δέ σε παιδαγωγῶν, ἐθεράπευσε πάλιν, ἵνα μὴ ἀλγῇς ὑπ' ἐκείνων νικώμενος, σοὶ προσφέρων ἐκεῖνα τὰ νήματα, καὶ τοῖς σοῖς ὑποτάττων ζυγοῖς τὸν ἐκείνων ἐργάτην. σὺ μόνος ἐξ ἁπάντων τῶν ζῴων πόλεις εἰς κάλλος ᾠκοδόμησας, καὶ πύργοις, καὶ τειχέοις ὠχύρωσας, καταγωγίων δὲ καὶ οἰκητηρίων ἐδημιούργησε κάλλη, καὶ τοῖς λιμέσι θάλατταν τὴν

A denuò in cumulũ globúmve colligitur. Quem accipiens lanifica, quod in hoc syncerum & purum est, & quasi venis quibusdam & rectum protensis fibris distinguitur, à reliquis secernit. Alteram verò eiusdem partem colligens stamini subtemen parat. Vbi autem paratas iam lanas mulierum manus acceperunt, tenuissima ex iis filà ducunt: & hæc primò quidem veluti chordas quasdam ordine in telis extendunt, & quod subtemini destinatum est, secernunt: radiis autem intermediis stamen dirimunt, & funiculos, qui illis innexi B sunt, alios quidem laxant, alios verò intendunt, simúlque instrumentis quæ in hunc vsum fabrefacta sunt, subtemen propellunt, & constringunt, omnémque hoc modo texturam absoluunt. Quis ergo traditam huic animali sapientiam dignè admiretur? Quo pacto vni & eidem lanarum colori, aut iisdem filis sericis, omnis generis animalium formæ intexantur, cum his hominum quoque imagines, quorum aliis quidem venantium, alij verò adorantium speciem & habitum repræsentant, tum & arborum formæ, & alia huius generis infinita. Reuera igitur C laudate Dominum omnes gentes, quas tanta sapientia dignatus est, & quæ in tantis bonis enutrimini. Quis sodes marinum piscem lanis tincturam præbere decreuit? Quis item eius artis inuentor prodiit, quæ lanarum speciem infinitis colorum generibus vestire solet? Fortassis ingratitudinis vitio laborans, vermiculos quoque inueniri dices, qui tenuiora quàm homines fila ducere soleant. Sed & hoc ipsum diuinæ erga te curæ & prospectionis opus est. Ne enim ob multiuariam artium scientiam animo extollereris, ne diuitiarum copia iuueniliùs exultares, tui curam gerens rerum opifex per vermiculos docet, hæc nequaquam tuæ virtutis opera, sed diuinæ, qua erga nos vtitur, beneficentiæ dona esse. Licet verò te hoc modo erudiat, simul tamen consolatur, ne dum te ab illis vinci vides, grauiùs æquo doleas: cùm videlicet illorum pensa tibi offert, & horum quoque artifices tuis imperiis subiicit. Tu solus ex omnium animalium numero vrbes cum splendore ædificauisti, turribus & vallis muniuisti, habitaculorum, cœnaculorúmque elegantes formas extruxisti, & portubus ipsum

mare continenti iunxisti. Quia verò Deus, qui te mortalem in hac vita condidit, sciuit te morbis quoque exercẽdum fore, (quod enim mortale est, ægrotationibus quoque subiacet,) simul & medicam artem te docuit, cuius scientiam morborum incursionibus opposuit. Hinc morborum, qui non apparent, differentiam nouisse, & pulsuum motu febrium remissiones & intensiones cognoscere, & morbi aduentum, eiusdemque quo maximè feruet vel remittitur tempus diiudicare, & mortis indicia præuidere: præterea turbantis vel peccantis materiæ speciem deprehendere, & quæ hanc expugnare possunt apponere, humidam exsiccare, calidam restinguere, frigidam concito calore fouere, inundantem & superfluam vel vomitoriis vel expulsoriis pharmacis, aut etiam venarum incisione exhaurire didicisti. Porrò quis sermo vel morborum vel remediorum copiam dignè explicet? Multa enim sunt corporum naturæ vel incolumitati cõtraria, simul autem plurima & varia sunt, quibus illa arceri possũt, pharmaca. Multa quippe ars inuenit, quæ singulis morbis pugnare solent. Quapropter Creator rerũ terram quoque multas herbarum species, non ad vescendum modò, sed & eas quæ esui inutiles sunt, germinari iussit: quandoquidem non alimento modò, verumetiam valetudinis cura nobis opus est. Et has quidem nos in cibum paramus, illas verò animalia herbiuora depascuntur, alias item medicorum legunt discipuli, & ex illis morbos arcentia pharmaca componunt, adeò vt quod comesum perniciem affert vel interitum, pharmacũ fiat, quo corporis morbi depelluntur. Quare non est, vt hæc te ad Prouidentiæ accusationem excitent. Singula enim hęc gratorum hominum linguas ad gratulationem inuitãt. Sed perinde mihi facere videor, quod ij qui in mari natant, & vndique irruentibus fluctuum procellis, terram contingere cupiunt, dum videlicet immẽsum sapientiæ, quæ circa artes versatur, pelagus aggredi ausus, & vndique accedentium argumentorum copiam ceu fluctum incursus effugere studens, ad ipsum finem percurrere, & hunc ceu marinum quoddam littus attingere cupio. Quamobrem relictis aliis omnibus ad artem Grammaticã sermo no-

A ἠπείρῳ συνέζευξας. Ἐπειδὴ δὲ θνητὸν ὁ ποιητής σε κτίσας τὸν πρόσκαιρον βίον πεποίηκώς, ἤδη σε καὶ ἀῤῥωστίαις ὑποπεσούμενον, ὃ γὰρ θνητὸν πάθεσι συγκεκλήρωται, ἐδίδαξέ σε καὶ τέχνην ἰατρικὴν, καὶ τήνδε τὴν ἐπιστήμην τοῖς πάθεσιν ἀντεπράτευσεν. ἐντεῦθεν μεμάθηκας τῶν μὴ φαινομένων παθημάτων εἰδέναι διαφοράς, καὶ τῇ κινήσει τῶν σφυγμῶν, πυρετῶν ἐπιτάσεις καὶ ἀνέσεις γνωρίζειν, καὶ ἐπισολῆς, καὶ ἀκμῆς, καὶ παρακμῆς ἐπιγινώσκειν καιρὸν, καὶ θανάτου προφορὰν γνωρίσματα, καὶ τῆς ἐπιχλυούσης ὕλης ὃ εἶδος γνωρίζειν, καὶ τὸν μὲν ὑγρὰν ξηραίνειν, τὸν δὲ θερμὸν καταψύχειν, ἀκπυρεῖν δὲ καὶ ἀθερμαίνειν τὸν ἐψυγμένον, ἀκφορεῖν δὲ τὸν πλημμυροῦσαν, ἢ ἐμετικοῖς, ἢ προωστικοῖς φαρμάκοις, ἢ τῇ τομῇ τῶν φλεβῶν. καὶ τίς ἂν ἐφίκοιτο λόγος, ἢ τὸ πλῆθος τῶν παθημάτων, ἢ τὸ πλῆθος τῶν ἰαμάτων; πολλὰ μὲν γὰρ τὰ τῇ φύσει τὸ σώματος πολεμοῦντα, πολλαπλάσια δὲ τὰ τούτων ἀλεξιφάρμακα. πολλὰ γὰρ ἐφεῦρεν ἡ τέχνη ἑκάστῳ πάθει πολεμεῖν πεφυκότα. τούτου χάριν ὁ ποιητὴς, καὶ βοτάνας πολλὰς, οὐκ ἐδωδίμους μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀχρήστους εἰς ἐδωδὴν, τῇ γῇ βλαστῆσαι προσέταξεν, ἐπειδὴ οὐ μόνης ἔφης, ἀλλὰ καὶ θεραπείας ἐνδεεῖς ἐσμὲν οἱ ἄνθρωποι. τούτων τοιγαροῦν τὰς μὲν, ἡμεῖς ὀψοποιούμεθα, τὰς δὲ, τῶν ἀλόγων ἐσθίει τὰ προφάγια, τὰς δὲ, ἰατρῶν συλλέγοντες παῖδες, τὰ ἀλεξίκακα κατασκευάζουσι φάρμακα, καὶ ὃ εἰς ἐδωδὴν ὀλέθριον, ἀλεξίκακον γίνεται φάρμακον. μηδὲ ταῦτά σε τοιγαροῦν εἰς κατηφείαν τῆς προνοίας κινείτω. τούτων γὰρ ἕκαστον εἰς εὐφημίαν τὸν ὑμνῳδὸν τὸν γλαφυρὸν καλεῖ. ἀλλά γὰρ ἔοικα τοῖς ἐν πελάγει νηχομένοις, καὶ πανταχόθεν προσκλυζομένοις τοῖς κύμασι, καὶ τὸν ἤπειρον καταλαβεῖν ἐπιθυμοῦσι, τὸ πέλαγος τῆς τῶν τεχνῶν σοφίας κατατολμήσας; φιλονεικῶν μὲν διαφυγεῖν τῶν ἐπιόντων ἐνθυμημάτων οἷόν τινων κυμάτων τὸν προσκολλῶ, ἐπὶ δὲ τὸ τέλος δραμεῖν, καὶ ὡς ἀκτὸν θαλαττίαν καταλαβεῖν. τὰς ἄλλας τοίνυν ἁπάσας καταλιπὼν, ἐπὶ τὸν γραμματικὸν βαδίσομεν

τέχνῃ τῷ λόγῳ, ἢ τῶν ἄλλων ὅστι λογικωτέρα, καὶ ἐμφερέστερα τῷ ζώῳ τῷ λογικῷ. αὕτη τοίνυν ἔξευρε μὲν στοιχεῖα, καὶ ἀριθμῷ ὡρίσατο, συνέζευξε δὲ ταῦτα πρὸς ἄλληλα, καὶ συλλαβῶν συζυγίας εἰργάσατο. εἶτα δύο καὶ τρεῖς καὶ τούτων συνάψασα συλλαβὰς, τῶν ὀνομάτων ἐδίδαξε τὴν ἀνάγνωσιν. συνθεῖσα δὲ ταῦτα καὶ ἐξυφήνασα, μίαν τοῦ λόγου τὴν ἁρμονίαν εἰργάσατο. ἐντεῦθεν βίβλοι μυρίαι λόγων ἀρχαίων ἐπλήσθησαν· αἱ μὲν, ἱερῶν καὶ θείων καὶ μυστικῶν, αἱ δὲ, τῆς ἐξωθεν παιδείας· ἡ ποικιλία μέτρων, καὶ ὀνομάτων κάλλη, καὶ συνθήκης ἁρμονία ὁ μυθώδης συγκαλύπτουσα, τέρπει μὲν τὴν ἀκοὴν, ὄφελος δὲ τοῖς ἀσεβέσι καὶ τῶν τῆς ἀσεβείας γίνεται ἐφίμων. ἀφ' ταύτης τῆς ἐπιστήμης ἀπόντες ὁμιλοῦμεν ἀλλήλοις, καὶ οἱ πολλῶν ἡμερῶν ὁδὸν ἀφεστηκότες, καὶ πολλοῖς σταθμοῖς ἐν μέσῳ διαστειχίζοντας ἔχοντες, πέμπομεν ἀλλήλοις διὰ χειρῶν τὰ τῆς ἐννοίας κυήματα. καὶ ὄργανα μὲν ἡ γλῶττα, ὃ πρῶτον ὄργανον τοῦ λόγου, ὑπουργεῖ δὲ ὁ λόγῳ ἡ δεξιὰ, καὶ μεταχειριζομένη τὸν κάλαμον, ἐγχαράττει τὰ γράμματα τὴν πρὸς τὸν φίλον διάλεξιν· καὶ γίνεται ὄχημα τοῦ λόγου, οὐκέτι γλῶττα καὶ στόμα, ἀλλὰ χεὶρ ἀσκήσασα τὰ χρόνῳ τὸν τέχνην, καὶ τῶν στοιχείων τὴν συνθήκην ἀκριβῶς ἐκμαθοῦσα. τοῦτον χάριν ὁ ποιητὴς τοιαύτας ἡμῖν ἐτεκτήνατο τὰς χεῖρας, εἰς πέντε δακτύλοις διεγραμμένας, ἀντέταξε δὲ τοῖς τέτρασι τὸν μέγαν. οὔτε γὰρ οἷόν τε ἦν ἐν ἴσοις διαγεγραμμένοις δακτύλοις, πάντα δακτύλῳ ἐνεργεῖν ἐνεργεῖσθαι. νῦν δὲ τοῦ μεγάλου τοῖς ἄλλοις ἀντικειμένου, καὶ γραφίδα μάλα ῥᾳδίως κατέχομεν, καὶ σκαπάνην, καὶ δικέλλαν, πρίονά τε, καὶ σκέπαρνον, καὶ σφῦραν, καὶ πυρφόρα, καὶ πάντα ὅσα τέχνης ὅστιν ὄργανα. Θεωρήσας τοιγαροῦν ἀφ' τοῦ λόγου ὅσης πρὸς τὴν δημιουργίαν τῆς προνοίας ἀπήλαυσας, ὁπόσας σοι τέχνας καὶ ἐπιστήμας οὐ μόνον εἰς τὸ ζῆν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ καλῶς ζῆν ἐδωρήσατο πολλῇ φιλοτιμίᾳ πρὸς τὴν σὴν χρησάμενος θεραπείαν, ὅσην σοι κεχάρισται φορὰν

ster transeat, quæ ex omnibus maximè sermoni propinqua est, & homini qui sermone vtens est animal cum primis conuenit. Hæc itaque litterarum elementa inuenit, eadem certo numero circumscripsit, tum coniunctè inuicem in syllabas colligauit: deinde duabus tribúsve syllabis compositis vocabulorum lectionem docuit: tum eadē illa componēs & contexens vnam continuámque orationis consonantiam efficit. Huius igitur beneficio innumeri libri veterum dictis repleti sunt, quorum hi quidem religionis, oraculorum, & cælestium rerum mysteria continēt, alij verò profanas disciplinas explicant. Quæ quidem metrorum varietate, sententiarum elegantia, & compositionis concinna structura fabulosas narrationes velantes, tum aures demulcent, tum piis quoque contra impietatis alumnos arma ministrant. Eiusdem beneficio absentibus conuersamur, & qui multorum dierum itinere distamus, atque immensis mansionum spatiis & interuallis seiungimur, ingeniorum concepta & animorum sententias nobis inuicem ceu per manus transmittimus. Et lingua quidem, quæ primarium orationis organum est, otiosa cessat, sermoni autem dextra ancillatur, quæ calamo arrepto quod nobis cum amico transigendum erat negotium, papyro aut chartæ inscribit, & sermonis vehiculum est, non os nec lingua, sed manus, quæ longi temporis vsu artem exercuit, & elementorum compositionem seu structuram probè edocta est. Hac de causa tales nobis manus fabricauit rerum opifex, quas in quinque diuisit digitos, è quibus maiorem reliquis quatuor opposuit. Nec enim possibile fuisset, vt quis omnis generis opera, digitis recto ordine sitis, exequeretur. Nunc verò cùm pollicem reliquis oppositum habeamus, & stilum, & sarculum, & ligonem, ferram denique, asciam, malleum, forcipem, & quæcumque alia sunt artis instrumenta firmiter & expeditè tenemus. Quoniam ergo vidisti ex sermone hoc, quantos circa corporis tui fabricam ex prouidentia fructus perceperis, quod item artes & scientias rerum conditor non ad viuendum modò, sed etiam ad benè viuendum tibi donauerit tanto circa tui curam studio vsus, quantam præterea bonorum copiam gratuitò

effuderit, vt vitam tibi artium vsu & exercitio iucundiorem redderet, quoniam non modò necessitatem farciuit, sed & ea quæ communem vsum excedunt copiosè & abundanter vndiq; effudit, ingrati animi vitiũ è lingua eiice, ipsam laudib⁹ instrue, Domino te submitte, & illi supplex esse studeto. quinetiam cum Propheta exclamare disce: *Mirabilis facta est scientia tua ex me, cõfortata est, non potero ad eam.* Ipsi sit gloria nunc & semper, & in sæcula. Amen.

A ἀγαθῶν, ὅπως ϑυμήρη σοι τ̃ βίον τ̃ ἀπὸ τ̃ τεχνῶν τερπνοτέραν τὴν χρείας, ὅτι σοι οὐ μόνον τὰ χρείαν, ἀλλὰ κ τὰ πέρα τ̃ χρείας ὑπερῤῥεῖν πολυτρόπως ἐμηχανήσατο, ἔκβαλε τὴν ἀναισίδνον τ̃ γλώττης, δίδαξον αὐτὴν ὑμνεῖν, ὑποτάγηθι τ̃ κτίσαντι, κ ἱκέτευσον αὐτόν. μάθε βοᾶν μετ̀ τ̃ προφήτου, ἐθαυμαστώθη ἡ γνῶσις σου ἐξ ἐμοῦ, ἐκραταιώθη, οὐ μὴ δυνώμαι πρὸς αὐτήν. αὐτῷ ἡ δόξα νῦν κ ἀεὶ, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

B

DEMONSTRATIO Prouidentiæ ab imperio quod homini in bruta & belluas commissum est.

ORATIO V.

QVANTA Creatoris & omnium opificis circa nostram naturam cura sit, vobis vtique probè perspectum est, ô amici & socij, nec vlla verborum doctrina indigetis. Cùm enim beneficiorum fontes illinc assiduè perspiciatis, largitori horum laudes pro virili offertis. Quia verò nonnullos inuenire licet, qui magna stupiditate correpti diuina hæc munera non sentiunt, sed cùm in bonis diuinitùs concessis luxurientur, ingratissimas tamen contra Creatorem suum voces eructant, necessarium omninò fuit, vt oratio nostra mundum hunc omnem celeri cursu percurrens, & humanam naturam in medium statuens, Dei prouidentiam in singulis tam mundi quàm nostræ naturæ partibus euidenter & palàm apparere demonstraret. Eadem quoque simul nonnullarum artium, quæ humanæ mentis industria inuentæ sunt, sapientiam simul & vsum declarauit. Eas verò, quas ambitionis & voluptatis studium inuenit, nempe pictoriam, plasticem, sculptoriam, auratiã, culinariam, & innumera placentarum inuenta, volens prætermisit: simúlque cum his eas etiam, quarum curiositas modum excedit, astronomicam nimirùm, geometricam, arithmeticam, & musicam, (cuius officium est aurem demulcere & mouere, animæ affectiones pro suo arbitrio mutare, & tristem quidem in lætitiam resoluere, dissolutam verò fortiorem & virilem reddere) has in-

B

ΑΠΟΔΕΙΞΙΣ ΕΚ ΤΗΣ ΤΩΝ ἀλόγων ζώων ὑποταγῆς.

ΛΟΓΟΣ Ε'.

ΣΗ τ̃ ποιητ̃ τ̃ ὅλων ἡ περὶ τ̃ ἡμετέραν φύσιν κηδεμονία, ὑμεῖς μὲν ἴστε σαφῶς, ὦ φίλοι κ θεσπῶται, κ τ̃ς τ̃ λόγων διδασκαλίας οὐ δεῖσθε, τὰς γὰρ πηγὰς τ̃ εὐεργεσιῶν διηνεκῶς ἐκεῖθεν δεχόμενοι, εἰς δύναμιν τ̃ χορηγῶ τ̃ ὕμνον C προσφέρετε. ὅσοι δέ τινες πολλὴν ἀναισθησίαν νοσοῦντες, τ̃ θείων οὐκ ἐπαΐουσιν δωρεῶν, ἀλλὰ τοῖς θεοσδότοις ἀγαθοῖς ἐντυφῶντες, ἀχαρίστους κ τ̃ πεποικότας φωνὰς ἐρυγγάνουσιν, ἀναγκαίως ὁ λόγος, κ τ̃ κτίσιν σοφὴ πάνυ πολλῷ προνοήσας, κ τὴν φύσιν τὴν ἀνθρωπείαν εἰς μέσον προήγαγεν, ἐπέδειξεν ἅμα ἑκάστῳ μορίῳ, κ τ̃ κτίσεως, κ τ̃ ἡμετέρας φύσεως, τ̃ θεοῦ τ̃ προνοίαν σαφῶς μάλα προφαινομένην. κ τεχνῶν ὁμοῦ κ τ̃ σοφίαν κ τ̃ χρείαν δήλην πεποίηκεν, ὧν ὁ νοῦς ὁ ἀνθρώπειος εὑρετὴς ἐγίνετο. τὰς γὰρ, D φιλοτιμίας ἕνεκεν κ τ̃φῆς εὑρημένας, ζωγραφικὴν φημι, κ πλαστικὴν, ἀγαλματουργικήν τε κ χρυσοχοϊκὴν, ὑφαντικήν τε κ ποπτῶν μορίων εὑρήματα, ἑκὼν προσελέλοιπε. πρὸς δὲ τούτοις, κ τὰς πέρα τ̃ μέτρου πολυπροσωπίας, ἀστρονομικὴν λέγω, κ γεωμετρικὴν, ἀριθμητικήν τε κ μουσικὴν, ἧς ἔργον κατακηλεῖν τὴν ἀκοὴν κ μεταφέρειν, κ τὰς τ̃ς ψυχῆς διαθέσεις πρὸς ὃ βούλεται μεταβάλλειν, κ τὴν μὲ ἀθυμοῦσαν, εἰς θυμηδίαν χαλᾶν, τὴν δὲ κεχαλασμένην, σύντονον κ ἀνδρείαν ἐργάζεσθαι. ταύτας

καὶ ταῦς τοιαύτας ἐκὼν ὁ λόγος παρέλιπε, καὶ ὃ μῆκος φεύγων, καὶ συντομίας φειδόμενος, καὶ τῇ διανοίᾳ τῶν ἀκουόντων τὴν τέχνης ἑκάστης θεωρίαν ὑποτιθέπων. ῥᾴδιον γὰρ ἐκ τῶν εἰρημένων ἀφορμὰς εἰς κατανόησιν τῶν παραλειφθέντων παραλαβεῖν. Ἀλλ' ἴσως ἂν εἴποιεν οἱ τὸν δημιουργὸν ὑμνεῖν οὐκ εἰδότες, συκοφαντεῖν δὲ μεμαθηκότες, ὡς οὐ μόνον τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων τὴν τεχνῶν τὴν εὕρεσιν ὁ ποιητὴς ἐδωρήσατο. ἔστι γὰρ ἰδεῖν καὶ τῶν πτηνῶν τὸ σμικρότατον γένος ταῖς μελίτταις, πολιτικὸν καὶ κοινωνικὸν αἰσυμήνας βίον, διὰ δὲ τὴν ἀσθένειαν τοῦ κέντρου καθωπλισμένας, ἀμοιβαδὸν δὲ καὶ κατ' τάξιν οὐκ ἄνευ σύμβουλων ἀπαιωρούσας, καὶ τὸν ἀέρα διαπερώσας, καὶ ἄλση καὶ λειμῶνας καὶ λήϊα παραπετομένας, καὶ ἄνθεσι καὶ φύλλοις καὶ καρποῖς ἐφιζανούσας, καὶ τὸ κνωδὲς καὶ χνοώδες συλλεγούσας, καὶ σφᾶς αὐτὰς φορτίζουσας, καὶ ταῖς τε ἀγκύλαις ταῖν τε ἀσκέλεσι τὰ φορτία παρεμπήγνυσας, καὶ οὕτως εἰς τοὺς σύμβουλους ἐπανιούσας. Εἶτα οἰκοδομούσας τὰ κηρία, μήτε κανόνος μήτε γνώμονος δεομένας, καὶ ταύτας γωνίας ἴσας ἀλλήλαις ὑπὸ πάσης γραμμικῆς ἐπιστήμης ἐργάζεσθαι, τά, τε τῶν τοίχων ὑφάσματα, καὶ τὰ τῆς μέλιτος διαφράγματα, λεπτὰ μάλα καὶ ἥπεια καὶ ὑμενώδη δομεῖσθαι, καὶ τὴν ὑγρὰν τῆς μέλιτος φύσιν τοῖς λεπτοῖς τούτοις καὶ συχνοῖς διατειχίσμασιν οὐ μάλα συνέχειν, εἶθ' οὕτω τὸ γλυκὲν τῆς μέλιτος ναμάτων τὰ δοχεῖα ἀνάπλεα ποιεῖν. τί τοιοῦτον φασὶν ἐτεχνάσατο τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις, εἰς φοιτητὰς καὶ διδασκάλους διηρημένη, καὶ πόνῳ πολλῷ καὶ χρόνῳ κατορθοῦσα τὴν τέχνην, οἷα τῶν μελιττῶν τὸ φιλόπονον καὶ φιλόκαλον γένος, οὐκ εἰς διδασκάλους καὶ φοιτητὰς μεμερισμένον, οὐδὲ ἱμάσι καὶ ῥάβδοις τὴν τέχνην δεδιδαγμένον, ἀλλ' ἔμφυτον ἔχον καὶ αὐτοδίδακτον τὴν ἀμήχανον ἐργασίαν, ὑφαίνῃ τε τὰ κηρία, καὶ πληροῖ τὰ δοχεῖα, ἃ μέτρων, οὐ κέντρων, οὐ γωνιῶν δεόμενα; καὶ τὰ δοχεῖα πληροῖ, οὐκ ἀποθλίβουσα βότρυας, οὐδ' ἕτερῳ καρπῷ λυμαινομένη, ἀλλὰ τῆς δρόσου τὸ λεπτὸν ἀρυομένη, καὶ τὸ μέλιτος φιλοτεχνοῦσα τὴν φύσιν. Φέρε τοίνυν

quam, & quæ harum ſimiles ſunt, ſponte tacuit, dum & nimiæ verboſitatis fugit vitium, & breuitati ſtudet, & auditorum mentibus ſingularum artium exactiorem contemplationem permittit. Facillimum enim eſt, occaſione ab iis quæ diximus accepta, in earum quas omiſimus conſiderationem peruenire. Erunt autem fortaſſis aliqui ex eorum numero, qui cùm Deum celebrare neſciant, eundem calumniis proſcindere probè nouerunt, qui Deum artium inuentionem non ſoli hominum naturæ & ingenio tradidiſſe dicent. Nam minimum illud, inquiunt, volucrum genus, apes nimirùm, videre licet, quæ politicæ & ſociæ vitæ leges ſtudiosè ſectantur, propter imbecillitatem autem aculeo armatæ, pervices & ordines ex aluearibus auolant, & aëre traiecto nemora & prata campóſque circumuolant & floribus, & foliis, ac fructibus inſident, & quod in his lanuginoſum ipsíſque ex vſu eſt colligunt, & ſeipſas onerant, atque vlnis hæc ſua onera & ceruicibus imponunt, deinde ſic onuſtæ in aluearia reuertuntur. Præterea fauos ædificant, nec regula nec gnomone indigentes, & angulos coæquales omni mathematica ſcientia præſtantiores efficiunt. Sed & parietum texturas, & mellis interſtitia vel ſepta, tenuia admodum, veluti ex filis & membranulis quibuſdam contexunt, humidámque mellis naturam tenuibus iſtis, ſed crebris tabulatis probè cohibentes, hoc modo dulciſſimis mellis liquoribus vaſa replere conſueuerunt. Et quid vnquam, aiunt, huic ſimile ab humano genere, quod in diſcipulos & doctores diſtributum multo labore & tempore artis cognitionem plenè correxit, excogitatum eſſe conſtat, quale laborioſum illud & honeſtati amans apum genus effinxit, quod nec doctorum & diſcipulorum ordinibus diſtinctum eſt, nec per lora & ferulas artem didicit, ſed cognatam ſibi & à natura inſitam habens tam difficilis operis conſtruendi ſcientiam, fauos contexit, & nec menſuris, nec centris, nec angulis indigens, vaſa ſua complet? Vaſa, inquam, complet, cùm nec botros vuáſque exprimat, nec vllis frugibus noceat, ſed tenuiorem duntaxat roris partem hauriens, mellis ſubſtantiam ingeniosè conficit. Sed agedum

ex hac ipsa accusatione defensionis argumenta contexamus: facillimè enim per seipsam dissolui poterit. Apes enim copiosum illum ingeniosúmque laborem, & optimum atque dulcissimum laborum fructum humano generi fruendum offerunt. Et tanquam vernæ quidam, quos iusti dominij lex cogit, domibus suis exeunt, quod illorum operi conducit legunt, oneribus ferendis satagunt, studiosè ædificant, & mellis quod intulerunt liquori tanquam thesauro signacula & sigilla imprimunt, illúmque hominibus, ceu regibus suis, instar tributi & vectigalis assiduè persoluunt. Quid ergo, ô miser, calumniaris? & cùm vectigali hoc fruaris, huius exactorem conuitiis lăceras? & qui alienis laboribus voluptatem tuam adimples, eorumdem largitorem ingratus hisce petis sermonum iaculis. Nec laborum modò fructus ab hisce percipis, sed aliud quoque hinc metis commodum. Primò enim quanta bona hominibus concordia conferat, & quàm dulces illius fructus sint, discis. Politicam enim vitam apum examina imitantur. Nec quicquam apud illas priuatum est aut proprium, sed communis opum thesaurus, & indiuisa rerum possessio. Non lites habent nec fora: nec enim se mutuis afficiunt iniuriis, nec quod plus aut nimium est appetunt: operi faciendo assiduè incumbunt, vnde fucos à præsepibus arcent, ceu ignauum pecus, qui cùm laborare non possint, otiosi tamen alienos labores deuorant. Confusam inter multos potestatem & democratiam odio habent, vnum ducem obseruant, huic parere illis gratissimum est. Et hæc quidem singula faciunt simul & patiuntur, cùm nec aliorum sermones audiant, nec legum volumina euoluant, nec doctorum scholas frequentent. Nec enim aliqua illarum alia sapientior est, nec quæ senior est iuniore plus nouit aut intelligit. Omnes verò simul ea quæ diximus exequuntur, cùm non in rationali scientia, sed in naturæ scriniis à communi omnium Creatore laboriosum illud & honestissimum operis sui faciundi studium acceperint. Ad te verò omnium horum omnísque commodi materia redit. A brutis enim & irrationabilibus tu, qui ratione præditus es, discis otiosam vitam ceu noxiam abominari, virtutis

A ἐξ αὐτῆς τῆς κατηγορείας τὴν ἀπολογίαν ὑφαίνωμεν. ῥᾳδίη γὰρ λύπετῶς ὑφ' ἑαυτῆς λυθήσεται. αἱ γὰρ μέλιτται τὸν πολὺν ἐκεῖνον καὶ λύφυὰ πόνον, καὶ τὸν ἡδίστον δὲ καὶ ἥδιστον τοῦ πόνου καρπὸν, τῇ φύσῃ τῶν ἀνθρώπων προσφέρουσι. καὶ οἷον τινες οἰκέται ὑπὸ τοῦ νόμου τῆς δεσποτείας ἀναγκαζόμεναι, καὶ τῶν οἰκήσεων ἐξίασι, καὶ ὃ χρειώδες συλλέγουσι, καὶ ἀνθοφορήσασαι ἀμητοῦσι, καὶ κοπιδάως οἰκοδομοῦσι, καὶ τοῦ μέλιτος ἐκείσας τὰ νάματα,
B ὥσπερ τινὶ θησαυρῷ σημαντρα καὶ σφραγῖδας ἐπιβάλλουσι, καὶ οἷόν τινα δασμὸν καὶ φόρον, ὡς βασιλεῦσι δικαίως τοῖς ἀνθρώποις χορηγοῦσι. τί οὖν ὦ παλαίπωρε συκοφαντεῖς; καὶ τὸν φόρον καρπούμενος, τοῦ φόρου τὸν πορισμὸν βλασφημεῖς; καὶ τοῖς ἀλλοτρίοις πόνοις ἐπεντρυφᾷς, τὸν τούτων χορηγὸν λόγοις ἀχαρίστοις κατατοξεύεις; οὐ μόνον δὲ τοῖς τῆς φιλοπονίας αὐτοῖς δρέπῃ καρποὺς, ἀλλὰ καὶ ἑτέραν ὠφέλειαν ἐκτεύξῃ τηλικαύτην. πρῶτον μὲν γὰρ μανθάνεις, ὅσων ἀγαθῶν ἡ ὁμόνοια πρόξενος, καὶ ἡλίκων καρπῶν
C τυγχάνει δημιουργός. πολιτικὸν γὰρ βίον μιμεῖται τὰ σμήνη τῶν μελιττῶν. οὐδὲν παρ' ἐκείναις ἴδιον, ἀλλὰ κοινὸς ὁ πλοῦτος, ἀμέριστος ἡ κτῆσις. οὐκ ἔχουσι δίκας, οὔτε δικάσεια. οὐδὲ γὰρ ἀδικοῦσιν ἀλλήλας, οὐκ ἐφίενται τοῦ πλείονος, πρὸς μόνῳ ἁπλῶς σχήκασι τῷ ἐργασίᾳ. διὸ καὶ τοὺς κηφῆνας ἔξω τῶν πυλῶν ἀπελαύνουσιν, ὡς πονεῖν οὐκ ἀνεχομένους, ἀργῶς ἢ τὸν ἀλλότριον ἀναλίσκοντας πόνον. μισοῦσι πολυαρχίαν καὶ δημοκρατίαν. ἕνα ἔχουσιν ἡγεμόνα, ἐκείνῳ πείθεσθαι φίλον αὐταῖς. καὶ τούτων ἕκαστον ἢ δρῶσιν ἢ πάσχουσιν, οὐ λόγων ἐπαΐουσα, οὐδὲ
D νόμους ἀναγινώσκουσαν, οὐδὲ πρὸς διδασκάλοις φοιτῶσαν. οὐδεμία γὰρ παρ' ἐκείνας σοφωτέρα τῆς ἑτέρας, οὐδὲ πλείονα οἶδε τῆς νεωτέρας ἡ πρεσβυτέρα. πᾶσαν δὲ ὁμοίως ἕκασα τῶν εἰρημένων μετέχουσιν, οὐκ ἐν λογικῇ γνώσει, ἀλλ' ἐν τῇ φύσει λαβοῦσαν παρὰ τοῦ ποιητοῦ τῶν ὅλων τὸν φιλόπονον ἐκείνῳ καὶ φιλόκαλον ἐργασίαν. σοὶ δὲ τούτων ἕκαστον ὠφελείας ἐπίθεσις. μανθάνεις γὰρ παρὰ τῶν ἀλόγων ὁ λογικὸς, τὸν μὲν ἀργὸν ὡς βλαβερὸν βδελύττεσθαι βίον, τοὺς δὲ τῆς ἀρετῆς

πόνους προθύμως μεταδιώκειν, καὶ πανταχόθεν τὴν ἑαυτῆς ἐρανίζεσθαι κτῆσιν· ἀρχὴν, τὴν μὴ οὐ προσήκουσαν, ἥκιστα ζητεῖν, τὴν δὲ προσγινομένην, ὀρθῶς καὶ δικαίως οἰκονομεῖν. κοινὰ τὰ ὄντα νομίζειν, προθύμους τοῖς δεομένοις τὴν τούτων ἀπόλαυσιν. τοῖς μὲν γὰρ θεοφόροις, καὶ τὸν χαρακτῆρα τῆς φύσεως ἀκήρατον διασώζουσι, ἀρκεῖ πρὸς διδασκαλίαν ὁ ἔμφυτος λόγος, τοῖς δὲ τοῦτον διαφθείρουσι, καὶ θηριώδη βίον προελομένοις, τὸν ἁρπακτικόν τε καὶ ὠμοβόρον, ἔλεγχος ἀληθὴς προκειται τῶν ἀλόγων ἡ ἄτακτος πολιτεία. τῆς σῆς τοίνυν προμηθουμένους ὠφελείας ὁ ποιητὴς, φυσικοῖς τισι πλεονεκτήμασι διεκόσμησε τῶν ἀλόγων τὰ γένη, ἵν' ἔχῃς καὶ ἐντεῦθεν τινὰ ὠφέλειαν καρποῦσθαι. καὶ τούτου μάρτυς ὁ Σολομών, προσκελεύόμενός σοι καὶ λέγων· ἴθι πρὸς τὸν μύρμηκα ὦ ὀκνηρὲ, καὶ ζήλωσον τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ. ἢ πορεύθητι πρὸς τὴν μέλιτταν, καὶ μάθε ὡς ἐργάτις ἐστὶ, τίνα τε ἐργασίαν ὡς σεμνὴν ποιεῖται· ἧς τοὺς πόνους βασιλεῖς τε καὶ ἰδιῶται πρὸς ὑγίειαν προσφέρονται. μαρτυρεῖ δὲ καὶ αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων θεὸς, διά τοῦ προφήτου λέγων· τρυγὼν καὶ πέτεινὸν καὶ χελιδὼν, ἀνέγνωσαν καιροὺς εἰσόδων αὐτῶν· ὁ δὲ λαός μου οὐκ ἔγνω τὰ κρίματα κυρίου. καὶ πάλιν διά Ἡσαΐου· ἔγνω βοῦς τὸν κτησάμενον, καὶ ὄνος τὴν φάτνην τοῦ κυρίου αὐτοῦ· Ισραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω, καὶ ὁ λαός μου ἐμὲ οὐ συνῆκε. κατηγορεῖ τοίνυν τῶν λόγῳ τετιμημένων τὰ φυσικὰ τῶν ἀλόγων πλεονεκτήματα. τούτου χάριν ὀλοφυρόμενος ὁ προφήτης, καὶ τραγῳδῶν, τῶν ἀνθρώπων τὴν εἰς ἀλογίαν μεταπλασιν ἐθρήνει· ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκε, παρεσυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς. διὰ τοῦτο τοὺς μὲν, λύκους οἱ προφῆται προσαγορεύουσι, τοὺς δὲ, λέοντας ἀναδρυόντας, τοὺς δὲ, κύνας τῷ τροφέως καθυλακτοῦντας, τοὺς δὲ, δαμάλεις πρωϊτρώσας, τοὺς δὲ, ὄφεις, καὶ ἐχιδνῶν γεννήματα, τοὺς δὲ, ἀσπίδας βυούσας τὰ ὦτα, καὶ ἐπῳδῶν οὐκ ἀκουούσας. ὡς γὰρ οἱ τοῖς πονηροῖς ἤθεσι τὰς τῶν θηρίων προσηγορίας ἐπέθεσαν, οὕτω τὴν ἁπλῆν καὶ ἀκακοήθη φυχὴν οὐκ ἂν ἐπαινουμένων ζώων τὰς προσηγορίας τεθείκασιν. ἔστι γὰρ εὑρεῖν καὶ περιστερὰν καὶ τρυγόνα τὴν ἁπλό-

A labores alacri animo perſequi, eiuſdem theſaurum vndequaque conquirere, principatum ſi abſit minimè ambire, venientem verò & tuæ fidei concreditum rectè & iuſtè adminiſtrare: res tuas vel opes communes æſtimare, & earum fruitionem indigentibus permittere. Illis enim, qui vera ſapientia præditi naturæ ſuæ characterem integrum cõſeruant, innata ratio ad eruditionem & doctrinam ſufficit: eos verò, qui hunc corruperunt, vitámque ſequuntur belluinam, rapacem nimirum & ſanguinariam, concinna illa & ordinariè inſtituta brutorum animalium politia verè arguit. Tuæ ergo vtilitati vel ſaluti proſpiciens rerum opifex, naturalibus hiſce prærogatiuis brutas animantes ornauit, vt ab iis quoque aliquam vtilitatem percipere poſſes. Et huius rei Salomon teſtis eſt, qui tibi acclamat dicens: *Abi ad formicam, ô piger, & æmulare vias eius. Et proficiſcere ad apiculam, & cognoſce, vt operaria eſt, & opus ſuum ceu honeſtum facit: cuius labores tam reges quàm priuati ad valetudinem conſeruandam adhibent.* Teſtis eſt ſimul communis ille omniũ Deus, per Prophetam dicens: *Turtur & cicada & hirundo ac paſſeres agri cognouerunt tempora aduentus ſui: populus autem meus non cognouit iudicia Domini.* Et rurſus per Eſaiam, *Agnouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui: Iſrael autem me non cognouit, & populus meus non intellexit.* Homines ergo, quos ratione donauit Dominus, hæc brutorum animantium circa res ſuas adminiſtrandas ſtudia accuſant. Quamobrem dolore correptus Propheta, & hominum ad irrationalem cõditionem relapſum tragicè exagitans clamauit: *Homo in honore exiſtens non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.* Quapropter alios quidem hominum lupos, alios verò leones inſidiantes, alios canes nutritoribus ſuis oblatrantes, alios œſtro concitas vaccas, alios rurſum ſerpentes & viperarum proles, alios aſpides, quæ auribus ſuis obturatis incantationes audire nolunt, nominare ſolent. Et quemadmodum corruptis hominũ animis ac moribus ferarum nomina impoſuerunt: ita ſimplices & malitia omni carentes animas laudatorum animalium nominibus ornauerunt. Nam inuenire licet fidei ſimplicitate ornatam animam,

Paral. 6.

Ieſem. 8.

Cap. 1.

Pſalm. 48.

quæ columbæ & turturis nomine appellatur. Quo nomine sponsus quoque in mystico illo Canticorum libello dignatur Ecclesiam. Tum morigeras quoque & pastoris amantes, oues nominare consueuit. *Oues enim meæ*, inquit, *vocem meam audiunt, & cognosco oues meas, & cognoscor à meis.* Et rursus: *Ego sum pastor ille bonus: bonus pastor animam suam ponit pro ouibus.* Et alibi: *Statuet agnos à dextris, hædos autem à sinistris.* Simili modo altiuolantes illos, qui omnibus terrestrium curis liberati, animi oculum incorruptum habent, & mysticum corpus contingere desiderant, in sacrosanctis Euangeliis aquilarum ornauit nomine. De sanctis enim, qui resurrectionis tempore in cælos rapiendi sunt, differens, tandem infert: *Vbicumque cadauer fuerit, ibi congregantur aquilæ.* Constat ergo ex iis quæ hactenus dicta sunt, quòd rerum conditor tũ apibus, tum reliquis brutis omnibus, huiusmodi naturalem ingeniorum & operis faciendi industriam propter nos dedit & distribuit, vt nimirùm vndiquaque quæ ad nostram vtilitatem faciunt percipere possemus. Nam præter hæc aliud quoque ad nos lucrũ redit ab apibus. Scientia enim & artium inuentione non iuueniliùs gloriari, nec altùm sapere, & naturæ nostræ obliuiscì, sed Creatorem nostrum agnoscere, & in illum causam bonorum referre discimus. Ne verò ob hæc animis consternati toti deiiceremur, vt qui bruta animalia artis consortia habentes, à brutis nihil differremus, Deus omnem laborioſæ illius mellificationis fructum nobis tradidit: vt simul contumacem nostram ceruicem artis consortio reprimeret, & sociorum seruitio nos consolans dolorem depelleret. Quid ergo doles, ô homo, quòd apes hæc tanto artificio perficere cernis? Etenim illarum quidem labor, tuus verò fructus est. Et hæ quidem labores sustinent, tu autem laborum voluptate frueris. Quin araneam tenuia & inuisibilia ferè fila ducere docuit idem rerum opifex, vt te quo pacto volucres capi possent edoceret. Hæc enim non verbis aut ratione artem edocta, sed natura magistra vtens retia contexit. Tu verò rationem tibi familiarem habens, & exemplar ob oculos positum cernẽs, infinitas rerum species parauisti. Atqui fastum tuum & insolentiam

ban. 10.

Matth. 24.

A τῆ πίστεως κεκοσμημένῃ προσαγορεύει ψυχῇ. τοῦτο δὲ τὸ ῥῆμα τῇ τῆ ἐκκλησίαι ὁ νυμφίος ἐν τῷ μυστικῷ τῶν ἀσμάτων προσαγορεύει βιβλίῳ, καὶ πρόβατα ἐκεῖνος καὶ τῆς ποιμνίου ἐρώσας ὀνομάζει ψυχάς. τὰ πρόβατα γάρ φησι τὰς ἐμὰς τῆς φωνῆς μου ἀκούει, καὶ γινώσκω αὐτὰ ἐμά, καὶ γινώσκομαι ὑπὸ τῶν ἐμῶν. ἔ πάλιν, ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός· ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς τῆς ψυχῆς αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων. καὶ ἑτέρωθι, φησὶ τοὺς μὲν ἐκ δεξιῶν, τοὺς δὲ ἐξ εὐωνύμων. καὶ αὖτοις δὲ πάλιν, τοὺς ὑψιπετεῖς, καὶ τῆ γῆνων ἀπηλλαγμένους, καὶ B τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα καθαρὸν κεκτημένους, καὶ τῆ μυστικοῦ σώματος ἐφιεμένους, ἐν τοῖς ἱεροῖς εὐαγγελίοις ὠνόμασε. πρὸς γὰρ τὸ τῆς ἀναστάσεως καιρὸν εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἁρπαζομένων ἁγίων ἀγγελικός μύθος, ἐπήγαγε λέγων· ὅπου ἂν τὸ πτῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται οἱ ἀετοί. δῆλον τοίνυν ἐκ τῶν εἰρημένων, ὡς ἡμῶν χάριν ὁ ποιητὴς καὶ τῆς μελίττας, καὶ τοῖς ἄλλοις ἀλόγοις ἅπασι, φυσικά τινα πλεονεκτήματα δέδωκε καὶ διένειμεν, ὡς αὖ ἡμᾶς πάντα λάβοιεν τὸ ὠφέλιμον συλλέγομεν. αὐτίκα τοίνυν πρὸς τὸ μελιττῶν καὶ C ἕτερον ἁρπάσωμεν κέρδος. διδασκόμεθα γὰρ τῇ τῶν ὄντων σοφίᾳ καὶ τεχνῶν εὑρέσει μὴ νεανιεύεσθαι, μηδὲ μέγα φρονεῖν, μηδὲ τῆς φύσεως ἀγνοεῖν· ἀλλὰ γινώσκειν τὸν ποιητήν, καὶ εἰς ἐκεῖνον ἀναφέρειν τὰ ἀγαθῶν τὰς αἰτίας. ἵνα μὴ ἀλύωμεν καὶ δυσχεραίνωμεν, ὡς κοινωνοὺς ἔχοντες τῆς τέχνης, καὶ μηδὲν τῶν ἀλόγων ἀφαιρούμενοι, ἡμῖν ἔδωκεν ὁ ποιητὴς τῆς μελιττουργικῆς φιλοπονίας καρπόν. ἵν' ἅμα καὶ τὸ γαῦρον ἡμῶν αὐχένα τῇ κοινωνίᾳ ταπεινώσῃ τῆς τέχνης, καὶ τῇ τῶν κοινωνῶν δουλείᾳ ψυχαγωγήσας, ἀποσκυάσῃ) τὸ λυποῦν. τί τοίνυν ἀλγεῖς, ἄνθρωπε, τὰς D μελίττας φιλοτεχνούσας ὁρῶν; ὁ μὲν ἐκείνων πόνος, σὸς ὑπάρχει καρπός. καὶ αἱ μὲν πονοῦσι, σὺ δὲ τῆς ἀπὸ τῶν πόνων ἀπολαύεις χλιδῆς. καὶ ἀράχνης δὲ τὰς λεπτὰς ἐκείνων καὶ ἀφανεῖς νήματων ἐνέφυσε τῇ τέχνῃ ὁ ποιητὴς, ἵνα σε διδάξῃ πῶς δεῖ θηρεύειν τῶν ὀρνίθων τὰ γένη. καὶ ἐκεῖνος μὲν γὰρ πλέκει τὰ θηρατήρια, οὐκ ὑπὸ λόγου τῆ τέχνῃ δεδιδαγμένος, ἀλλὰ τῆ φύσιν ἔχων διδάσκαλον. σὺ δὲ λόγον ἔνοικον ἔχων, καὶ τὸ παράδειγμα προκείμενον θεωρῶν, εἴδη μυεῖα δικτύων ἐμηχανήσω. καὶ κωλύει μόνον σου τὸν τύφον καὶ τῆ ἀλαζονείαν,

Τὸ σμικρότατον ἐκεῖνο ζωύφιον, λόγου δίχα σοὶ πρεσβικὸς τὴν τοῦ παραδείγματος χρείαν. ψυχαγωγεῖ δέ σε πάλιν τὸ τῶν θηρατῶν ποικίλον. Τὸ μὲν γὰρ ἀρχέτυπον ἕν, μυρία δὲ τὰ μιμήματα. πλωτοῖς μὲν γάρ, νεφελώδη τινὰ καὶ ἀερώδη ἐμηχανήσω, καὶ ταῦτα ἐν ἀμφιλαφέσι χωρίοις πήγνυς, τῇ τοῦ τὸν ἀέρα τῶν θηρατῶν ὁμοιοῦσθαι κλέπτειν τῶν ὀρνίθων τὴν αἴσθησιν. λαμβανόμενα δὲ σπουδῇ εἰς ἄγραν τὸν τῆς διώξεως φόβον. ἐξελαυνόμενα γὰρ τὰ θηρώμενα τῶν ὀρνίθων, καὶ ἐντεῦθεν κἀκεῖθεν εἰς τὰ θήρατρα σπεύδοντα, διαμάτονται τοὺς διώκοντας, κατιδεῖν ἀκριβῶς οὐκ ἰσχύει τὰ τοῦ τόπου. Εἶτα τοῖς ἀφανῶς πεπαγμένοις ἐφιππάμενα δικτύοις, περιπίπτει τοῖς βρόχοις. καὶ ταῦτα μὲν ἀέρι κρεμάμενα, θηρεύεις τοὺς ὄρνιθας. Ἕτερα δέ σοι τούτων πάλιν μεγαλώτερα μεμηχάνηται τοῦ πρὸς τὴν αὐτὴν τούτων τῶν ζώων ἄγραν, ἃ τῇ γῇ μὲν ἐφαπλοῖς, βόθρου δὲ ὀρύττων, ὕδατος τοῦτον πληροῖς, θηρεύεις δὲ ὄρνιθας ἐφιζάς τοῖς δικτύοις, ἵνα τῇ ὄψει καὶ τῇ φωνῇ τοὺς ὁμογλεῖς ἐφελκύσωνται. Εἶτα τὸ μὲν ὕδατος ὁρωμένου, τὸ δὲ ὄρνιθος φθεγγομένου τε καὶ φαινομένου, οἱ μὲν ἐφίπανται, σὺ δὲ τῇ τέχνῃ χρώμενος, ἐντὸς αὐτοῖς τῶν δικτύων ποιεῖς. Ἕτερά σοι πάλιν ἐξεύρηται μηχανή, πρὸ τετραπόδων θήραν. ἀρκτεδόνας μὲν γὰρ, καὶ ποδάγρας καὶ ποδοστρόβους, τοῖς ἐλάφοις θηρεύουσιν, ἄρκυες δὲ, συάγρους καὶ δορκάδας καὶ λαγωούς· βάραθρα δὲ, καὶ τὰ τοιαῦτα μηχανήματα, τῶν θηρίων τὰ ἀγριώτατα. Οὐκ ἤρκεσε δέ σοι τῶν πετεινῶν καὶ κτηνῶν ἡ φύσις εἰς θήραν, ἀλλ' ἤδη καὶ τῆς θαλαττίων κατετόλμησας ζώων, καὶ κύρτους, καὶ πανάγρα, καὶ ἀμφίβληστρα, καὶ σαγήνας, καὶ ὅσα τοιαῦτα κατασκευάσας, τῇ νηκτικῇ φύσιν ἀγρεύεις, καὶ τὸν ὑποβρύχιον τῇ τέχνῃ μετέωρον φέρεις, καὶ τοὺς τῶν ὑδάτων ἐφίμους θηρεύεις, καὶ χερσαῖος ὤν, ἀνάγκης ποιεῖ σαυτὸν τοὺς τὸν βυθὸν ἔχοντας ἐνδιαίτημα. καὶ τὰ μυρία τῶν ἰχθύων ἤδη σοὶ πρόκειται εἰς ἀπόλαυσιν, τῆς ἁλιευτικῆς σοι τέχνης τούτων παρεχούσης τὴν χρείαν. μὴ τοίνυν δυσχεράνῃς ἰδὼν ἀράχνιον τὰ λεπτὰ ὑφαίνοντα νή-

A minimum hoc animalculũ, quòd cùm ratione destitutum sit, exempli tamen vsum tibi exhibuit, prohibet. Rursum verò ex retium varietate solatium percipis. Ipsum enim exemplar vel archetypum vnicum est, eiusdem verò imitatio infinita & multiplex. Volatilibus enim nebulosa quædam & aëria struxisti, quæ locis arduis & præruptis infigens, retium aëris colorem imitantium dolo auibus visum quodammodo suffuraris & eripis. Aucupium autem hoc persecutionis timor adiuuat. Excitatæ enim quas captas auiculæ, & B vndiquaque in retia compulsæ, dum insecutores suos metuunt, coràm expansa minùs exactè perspicere possunt: deinde continuo ordine extensa retia contingentes in laqueos incidunt. Et his quidem in aërem suspensis auiculas venari soles. Rursus autem alia his firmiora magísque valida tibi excogitata sunt ad eorumdem animantium capturam: quæ super terram quidem expandis, foueam verò in hunc vsum effossam aqua adimples, auésque cicures retibus imponis, vt suo conspectu simul & cantu cognatas suas aut contribules C auiculas alliciant. Deinde vbi illæ aquam conspiciunt, altera autem illa cantillans auditur & videtur, illæ quidem aduolant, tu verò arte vsus intra retium plagas pertractas comprehendis. Alia item ad quadrupedes quoque captandas inuenta est machina. Laqueis enim, compedibus, pedicis cerui capiuntur: apris autem, capreis, & leporibus extenduntur casses. Barathra item vel foueæ, & aliæ huius generis machinæ, immanissimis feris strui consueuerunt. Nec tamen volatilium & terrestrium genera tibi ad prædam D sufficiunt: sed marina quoque animalia audacter aggrederis, & cyrtos, panagra, verricula, sagenas, & si quæ alia sunt huius generis instrumenta contexens, natatiliũ genus persequeris, atque eos quos natura sub aquis vitam transigere fecit, tu artis opera in altum aërem subducis, & venaris aquarum alumnos: cúmque ipse terrestris sis, eos tamen ad te pertractos capis, quibus domicilium maris profunditas exhibet. Atqui innumera piscium genera tibi fruenda proponuntur, piscatoria nimirum arte horum vsum tibi offerẽte. Non igitur est, quòd araneam tenuium filorum textricem molestiùs fe-

ras: hinc enim illud lucri percipis, ne A animo efferaris, sed communem omnium opificem laudibus celebres. Rursus autem solatio hoc tibi est, cùm araneam quidem culices & muscas aliáq; huius generis animalcula venari, tua autem industria velocissimas aues vinci, & aquatile illud natantium genus tuis machinis cedere, & pedestria animalia tuis legibus subiici cernis. Non igitur dolendum est tibi, quòd alis destitutus sis: sapientiæ enim donum nactus es, quæ alatas volucres tibi potest subiicere. Sed & mentem cunctis volatilibus, imò & ipsis ventis velociorem possides. Pro tuo enim nutu quocunque volueris penetrat, & licet corporis carcere clausa detineatur & terræ alligata sit, cælum tamen obambulat, & quæcumq; in cælo pulchra sunt, sed & ipsum cælum transcendit, & quæcumque cælo sublimiora sunt, animi imaginatione complectitur: totum orbem terrarum vniuersum lustrat, cum plurimis gentibus conuersatur, & cum amicis, qui procul absunt, colloquitur. Quid ergo visibilium alarum inopia doles & tristaris, qui tales mentis & intellectus alas possides, quæ volatilia tam facilè superant? Corpus quidem alatum tibi deest, aues autem aërias sapientiæ viribus assequeris. Eiusdem sapientiæ auxilio vsus taurum robore & cornibus armatum sub iugum mittis, seruire cogis, & assiduis laboribus subiectum exerces: vt nimirum terram aratro scindat, currum trahat, & quæ aliis iumentis intolerabilia sunt onera transuehat, tum ædificantibus quoque suam afferat materiam. Et tu quidem iubes, ille autem iugum subit, & hoc se astringi patitur, cornuum vsus obliuiscitur, tuámque vocem pertimescit, & quantum inter tuum & ipsius robur discrimen sit non nouit, sed animali se multũ infirmiori seruire sustinet. In tantum humani ingenij ratio corporis viribus præstãtior est. Hęc asinum, mulum, & camelum onera vehere iubet, & singuli horũ cùm iubentur, subsidendo sese submittunt, rursus verò iussi & onerati surgunt: prętercà cùm longis itineribus fessi sunt, lædentes se patiuntur, grauantibus se parent, oblatum pabulum accipiunt, & fame afflicti possessoribus suis non occlamant. Qui enim seruitutis limites vel leges sint, natura magistra di-

ματα, κερδαίνεις μὴν γὰρ ἐκείνου, τὸ μὴ μέγα φρονεῖν, ἀλλὰ τὸν κοινὸν δημιουργὸν ὑμνεῖν. ψυχαγωγῇ δὲ πάλιν, ὁρῶν μὴ ἐκεῖνον ἐμπίδας καὶ κώνωπας ἀγρεύοντα, καὶ τὰ τοιαῦτα ζωύφια, σεαυτὸν δὲ καὶ πλωτῶν τῶν ὀξυτάτων τῇ σοφίᾳ θηγανόμενον, καὶ τὸ νηκτὸν καὶ εὐκίνητον φύσιν τοῖς σοῖς μηχανήμασιν ἑλκειν ἰώμασκομένῳ, καὶ τῶν πεζῶν τὰ ἤθη τοῖς σοῖς νόμοις πειθόμενα. μὴ τοίνυν δυσχεραίνῃς, ὡς πτερῶν ἐστερημένος. εἴληχας γὰρ σοφίαν εὐκινήτου σοι τὴν εὐπτέρου φύσιν ἐργαζομένην. ἔχεις γὰρ νοῦν, πλωτῶν ἁπάντων, μᾶλλον δὲ καὶ αὐτῶν τῶν ἀνέμων ὀξύτερον. ἔνθα γὰρ αἴνυσι, ἐκεῖσε καὶ διανήχεται. καὶ σὺ πρὸς σώματι καθηρμένος, καὶ τῇ γῇ προσδεδεμένος, οὐρανόν τε θεῖ πολεῖ, καὶ τὰ ἐν οὐρανῷ κάλλη, καὶ τὸν οὐρανὸν εὐφραίνει, καὶ τὰ ὑπὲρ ἐκεῖνον φαντάζεται, καὶ τὴν οἰκουμένην περινοστεῖ, καὶ ἔθνεσι μυρίοις συζῇ, καὶ τοῖς πόρρωθεν οὖσι τῶν φίλων προσδιαλέγεται. τί τοίνυν ἀλγύνεις καὶ αἰτιᾷ τῶν ὁρωμένων πτερῶν ἡ φύσις, τοιαῦτα πτερὰ νοητὰ κεκτημένον οὕτω ῥᾳδίως τῶν εὐπτέρων θεωμένα; οὐ πεζὸν ἔχεις τὸ σῶμα, ἀλλὰ τοῖς ἀεροπόροις ὄρνισι τῇ σοφίᾳ ὑπερίεις. ταύτῃ συνεργῷ κεχρημένος, ταῦρον ἰσχυὶ καὶ κέρασιν ὡπλισμένον εὐκόλως ζυγὸν ἄγεις, καὶ δουλεύειν ἀναγκάζεις, καὶ πόνοις διηνεκέσιν ὑποβάλλεις, ἄρουρα τέμνειν, ἅμαξαν σύρειν, καὶ τοῖς ἀνθρώποις τῶν κτηνῶν ἀδηφάγα μεταφέρειν, οἰκοδόμοις μετακομίζειν τὰς ὕλας. καὶ σὺ μὲν κελεύεις, ὁ δὲ τὸν ζυγὸν ὑπέρχεται, καὶ τῆς ζεύγλης ἀνέχεται, καὶ τῆς τῶν κεράτων ὑπολαμβάνεται χρείας, καὶ τὴν σὴν διερμηνεύει φωνὴν, καὶ τῆς ἰσχύος τὸ μέγεθος οὐκ ὀκνίζεται, ἀλλὰ ταῦ λίαν ἀνθρωποειδοῦς ζώου δουλεύειν ἀνέχεται. τοσοῦτον ῥώμης σωμάτων ἀμείνων ὁ λόγος. ἔστι γὰρ ὄνου καὶ ἡμιόνου καὶ κάμηλον ἀνθυποφορεῖν κελεύειν, καὶ καθίζεται μὲν ὑποπιεζόμενον τῶν εἰρημένων ἕκαστον, ἀνίσταται δὲ κελευόμενον καὶ τοῖς φορτίοις βαρυνόμενον. καὶ τὴν μακρᾶς ὁδοιπορίας τυγχάνουσαν, ἀνέχεται τῶν ἀλγυνόντων, καὶ τοῖς βαρυτάτοις πείθεται, καὶ προσφερόμενον μὲν δέχεται τὴν χλόην, λιμῷ δὲ πιεζόμενον, οὐ καταβοᾷ τῶν κεκτημένων. τίς γὰρ ὁ τῆς δουλείας ὅρος, ἢ δὲ τῆς φύσεως

ἔμαθε. Διὰ τοῦτο καὶ μόνη τῶν κηδεμόνων ἡ φωνὴ σὲ τὰ λίαν ἰσχυρὰ τῶν ζώων δεδίττεται. σὺ δὲ τὸν τῆς κτίσεως ἅπασης δεσπότου καταφρονεῖς, καὶ λαμβάνων ἐκ τῆς τῶν ἀλόγων εἰκόνος ἀφορμὴν ὠφελείας, οὐδὲ θέλεις ὑποζάπεσθαι τῷ ζυγῷ, σὲ ἱκετεύειν αὐτὸν, οὐδὲ φέρειν ἀπάκτως τῆς ἀρετῆς τὰ φορτία. ταῦτα γάρ σοι ὁ δεσπότης ἐπέθηκεν. ἀλλὰ σκιρτᾷς, σὲ τυραννεῖς, σὲ φεύγεις τὸν ζυγὸν ὡς ἀπειρόζυγος μόχος, σὲ οὐκ ἀνέχῃ τῶν χαλινῶν, ἀλλὰ τούτοις ἀπορρήγνυσι, διαπετεύεις καὶ φέρῃ κατ' ἀκρημνῶν, σὲ τὸν ἔμφυτον ἰωϊόχον καταισύρεις. ὅσοι δὲ τιμῶ καλῶ τούτῳ δουλείᾳ ἠγάπησαν, σὲ τῷ δεσποτικῷ θερμῶς σὲ γνησίως ἐτρώθησαν ἔρωτι, πολλῷ σὲ ἀπὸ τῶν ἀλόγων εἴληφαν τιμῶν ὠφέλειαν. διὸ σὲ ἐν ψαλμοῖς δι' ἑνὸς βοῶσιν ἅπαντες, κτηνώδης ἐγὼ μὲν ὧδέ σοι, καγὼ διὰ παντὸς μετὰ σοῦ. τῷ γὰρ κτηνῇ ὧδε πλησίος ἠγωνιῶν σοί φησιν ἕπομαι, οὐ πολυπραγμονῶν εἰς ποίαν ἄγῃς ὁδὸν, οὐδὲ περιεργαζόμενος τούτης ὁ τραχὺ σὲ μακρὸν σὲ ὀπίπονον, οὐδὲ δυσχεραίνω τούτης ὁ στενὸν καὶ τροσάντες σὲ ἀμφίκρημνον. πέπεικα γὰρ ἐμαυτὸν, ὡς ἀγαθὸς ὢν, ἀγαθῶς ὁδηγήσῃς. τούτου χάριν ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἐξεταστικός τις εἰμὶ, σὲ λογικὸς, σὲ κρίνειν ὁ δέον ὀπίσαμαι, τὸ φεύγειν ὁ λυποῦν οἶδα σαφῶς. σοῦ δὲ ἄγοντος, ἐρρῶσθαι φήσας ἐκείνῳ τῷ λογικῷ, τῷ κτηνώδει μιμοῦμαι ὁ ὑπειθές, σὲ τοῖς ἄλλοις ὢν λογικὸς, κτηνώδης γίνομαι ὧδέ σοί. Διατοῦτο τῆς σῆς οὐ χωρίζομαι συνουσίας, ἀλλὰ διαπαντός εἰμι μετὰ σοῦ. ὅπῃ τοῖς σοῖς ἴχνεσιν ἕπομαι, τῷ τῷ χαλινῷ πείθομαι, σὲ ὡς ἂν ἄγῃς ἄγομαι, εἰτ' διὰ λείας, εἰτ' διὰ τραχείας, εἰτ' διὰ στενῆς, εἰτ' διὰ πλατείας μὲ ξεναγῇς. θαῤῥῶ γάρ σου τῇ σοφίᾳ, πιστεύω τῇ ἀγαθότητι. οἶδα γὰρ ὅ ἐστι τοῦτο καλόν τε σὲ ἀγαθὸν, ὅπερ ἂν αὐτὸς ἐθελήσῃς. τοσούτῳ οἱ κερδαίνειν εἰδότες τῷ ἐκ τῆς ἀλόγου φύσεως ἔχουσιν ὠφέλειαν. ὁρῶν τῷ σὺ τοιαυτοῦ πειθόμενά σοι τὰ ἀλόγων τὰ γένη, πείθου κἀμοὶ δούλᾳ σοι τούτων πεποιηκότι. αὐτὸς σοι τοὺς ἵππων ὑπέταξε τὰς ἀγέλας, τῷ γαυ-

dicerunt. Hanc itaque ob cauſam ſola dominorum vox animalium fortiſſima terret. Tu verò totius naturæ dominum contemnis, & cùm ex brutorum imagine tui commodi adeóque ſalutis occaſionem percipias, tamen nec Domino ſubiici, & illi ſupplex fieri dignaris, virtutis onera decenter ſuſtinens, (hæc enim Dominus tibi ferenda impoſuit) ſed calcitras, & tyrannidem ſpiras, & iugum inſtar indomiti vituli fugis, nec frenum pateris, ſed hoc etiã confracto fugâ emicas, & per præcipitia ruẽs, innatum tibi aurigam & rectorem diſtrahis & laceras. Quotquot verò honeſtiſſimam hanc ſeruitutem amauerunt, & herili hoc amore, feruido & generoſo, vulnerati ſunt, plurimum vtilitatis ab ipſis quoque brutis animantibus perceperunt. Quapropter in pſalmis per vnius vocem omnes illi exclamant: *Vt iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum.* Pſalm. 72. Iumento enim, quod ab alio regitur, inquit, ſimilis te ſequor, minimè curioſus in quam me viam perducas, nec etiam quàm illa vel breuis, vel longa, vel laborioſa ſit, curioſiùs percunctor, nec illius anguſtias, arduum aſcenſum & præcipitia iniquiùs fero. Nam mihi à meipſo perſuaſum eſt, te, cùm bonus ſis, viæ quoque ducem fore optimum. Idcircò in aliis quidem omnibus inquiſitor quiſpiam & rationalis rerum iudex ſum, & quod opus eſt diiudicare noui, tum quod aduerſum mihi nocet, palam effugere ſcio: cùm verò tu ducis, rationis iudicio longum valere dicens, iumenti morigeram & obediẽtem naturã imitor, & qui aliis rationalis ſum, inſtar iumenti coram te conſiſto. Quapropter à tua conuerſatione non ſeparor, ſed ſemper tecum ſum: quoniam tuis veſtigiis inſiſto, fræno obſequor, & vtcumque duxeris me, duci patior, ſiue per planam, ſiue per aſperam, ſiue per anguſtam, ſiue per latam viam me velis ingredi. Tuæ enim ſapientiæ confido, bonitati credo. Quodcumque enim tu volueris, idipſum reuera & honeſtum & bonum eſſe noui. Tantam, inquam, ex brutis quoque vtilitatem capiunt, qui illam percipere vel lucrari nouerunt. Tu itaque, cùm animaliũ genera tibi parere videas, illi parere ſtude, qui hæc tuo imperio ſubiecta tibi ſeruire fecit. Idem ille equorum armenta tibi ſubdidit, & cùm ferocien-

tem equum nactus es, qui ſeſſorem admittere nondum nouit, mox arte domitum commodiorem reddis, audaciam eximis, ſaltuum inſolentiam reprimis, & ſublime illud & arrogans collum inſtar arcus deflectis, vt facies terram verſus deſpiciat: prætereà greſſus numerum ac modum, vngularúmque concinnam tranſpoſitionem, & curtendi cùm opus eſt celeritatem edoces, eum denique, qui armentis aſſuetus fuerat, cicurem reddis, & vt manus tuæ imperium ferat, vocique obtemperet, perſuades. Hinc eſt quòd flagelli ictus patitur, qui & robore & celeritate te multum ſuperat. Minas tuas fert & metuit, & iis ipſis quæ facit, ſeruitutem fatetur. Idem venante te tecum venatur, pugnantem te adiuuat, & in hoſtes vi & impetu fertur. Vbi verò fuga tibi conſulere volueris, mox & ipſe timore perculſus audaces animos ponit, conuerſus fugam arripit, téque ingenti curſus celeritate è perſequentium manibus liberat. Prætereà, ſi vel contra hoſtilis aciei frontem ruere iubeatur, immorigerum ſe nequaquam exhibet, nec etiam ſi fugam illi iniungas, quicquam obloquitur, ſed inceſſoris ſui legem, vnicum agnoſcit ſalutis terminum. Porrò quid equum, aſinum, & camelum commemoro? Iam enim & elephas, terreſtrium animalium longè maximum, qui promuſcidis viribus ingentes quoque arbores radicitùs euellere poteſt, tibi parere dignatur, nec robur ſuum quantum ſit expendit, nec vires animo conſiderat, nec vaſtam hanc immanem corporis molem perſpicit, qua colles etiam imitari videtur, ſed tuum imperium volens ſuſtinet. Et tu quidem, (te ſiquidem naturam voco,) inſidens agenda præcipis, ille verò quod iuſſiſti exequitur: ac ſi ſpectaculi mercedem à ſpectatoribus acceperit, eamdem tibi promuſcide forcipis loco vtens porrigit. Idem belligeranti ſuum auxilium præſtat, & humeris ac tergo plurimos ſagittarios ſuſcipiens facit, vt hoſtes quaſi è turri aliqua ſagittis petere liceat, & eorumdē phalanges aggreſſus, eas facilè terret ac perrumpit, armatóſque diſſipat. Non igitur doleat tibi, quòd corpore paruo præditus es: quin potiùs quanta huic animalia ſeruire dignentur cōſidera, eúmque qui hæc tuo imperio

A εἰδῆται τὸν ἵππον λαμβάνων, καὶ φέρειν ὑπιβάτην σὸν ὑπομένων, τῇ τέχνῃ μεταρυθμίζεις, τῶν τε ἅλμασιν ἐλυθρεγῆς, τὰ τε σκιρτήματα παύεις, καὶ τὸν εἰς ὕψος τεταμένον αὐχένα, καμπυλοφδῶς ἐπικάμπτῃς, καὶ κάτω νεύειν τὸ θρασυνόμενον τὸ πρόσωπον, καὶ ῥυθμὸν διδάσκεις βαδίσματος, καὶ ὁπλῶν μεταθεσιν σύμμετρον, καὶ δρόμον ὀξὺν ὅταν δέῃ, καὶ χλεγήν τὸν ἀγελαῖον ποιεῖς, καὶ τῆς σῆς ἀνέχεσθαι φωνῆς καὶ χλεγὸς ἀναπείθῃς. ἀνέχεταί σου καὶ μαστίγων ὁ πολλῷ σου κρείττων καὶ ῥώμῃ καὶ τάχει. φέρει σου τὰς ἀπειλὰς, καὶ δέδιε, καὶ δι' ὧν δρᾷ τὴν δουλείαν ὁμολογεῖ. οὗτος οἱ καὶ θηρῶντι συνθηρεύει, καὶ πολεμοῦντι συναγωνίζεται, καὶ τῇ τῶν ἀντιπάλων μὴ ῥύμης χωρεῖ. κἂν φυγὴν ἐθελήσῃς, δῆλον μεταβάλλει ὁ θράσος, καὶ τρέπεται, καὶ φυγὴ, καὶ σοὶ τάχει φερόμενος, τῶν διωκόντων ἐλυθρεγεῖ. καὶ οὔτε τῇ μετώπου φάλαγγος ὁρμᾶν κελευόμενος ἀπειθεῖ, οὔτε δραπετεύειν ὑπιβατόμενος αἰτιᾶται. ἀλλ' ἕνα οἶδεν ὅρον σωτηρίας, τὸν ὑπιβάτου τὸν νόμον. καὶ τί λέγω ἵππον, καὶ ὄνον, καὶ κάμηλον; ἤδη γάρ σοι καὶ ἐλέφας, τῶν χερσαίων ζώων τὸ μέγιστον, ὑπακούειν ἐθέλει, ὁ τὰ μέγιστα τῶν δένδρων ἀναστᾶσαι ῥόῤῥιζα τῇ προβοσκίδι δυνάμενος. καὶ οὐ λογίζεται τὴν ἰσχύν, οὐκ ἀθυμεῖται τὴν ῥώμην, οὐχ ὁρᾷ τὸν ὄγκον τοῦ σώματος, ὃς γηλόφους ἁπαντας τῷ μεγέθει μιμεῖται· ἀλλὰ τῆς σῆς δεσποτείας ἀνέχεται. καὶ σὺ μὲν καθήμενος ἐπιτάττεις, σὲ γὰρ καλῶ τὴν φύσιν, ὁ δὲ ποιεῖ τὸ κελευόμενον. κἂν τὸν μισθὸν δὲ τῆς θηρείας παρὰ τῶν θεωμένων δέξηται, οἱ τοῦτον τῇ προβοσκίδι οἷόν τινι λαβίδι κεχρημένος ὀρέγει. τοῦτο οἱ καὶ πολεμοῦντι συναγωνίζεται, καὶ πολλοὺς τοξότας ὑπὲρ τοῦ νώτου δεχόμενον, οἷς ἀπὸ ὤμων πύργου βάλλειν τοὺς ἐναντίους παρασκευάζει, καὶ τὰς φάλαγγιν ὑπιὼν, διαῤῥήγνυσι ῥᾳδίως, καὶ τοὺς ὁπλίτας σκεδάννυσι. μὴ τοίνυν δυσχεραίνῃς μικρὸν ἔχων τὸ σῶμα, ἀλλὰ σκόπησον ἡλίκα τούτῳ ζῶα δουλεύειν ἀνέχεται, καὶ τὸν ὑποτάξαντα προθύμως ἀνὺ-

ἀνύμνησον, & δι' αὐτὸ δὲ τοῦτο χάριν ὁμολό-
γησον τῷ ποιητῇ. τὸ γὰρ ψυχικῆς σου προ-
θύμους σωτηρίας, μέγα σοι λίαν οὐ προσετέ-
θηκε σῶμα, ἵνα μὴ κατ' ἄμφω πλεονεκτῇς, εἰς
τὸν διαβολικὸν ἀλαζονείαν ἐκπέσῃς. εἰ γὰρ
& μικροῦ σου τοῦ σώματος ὄντος, μέμνηας
& λυπᾶς κατὰ τοῦ κτίσματος, τί ἂν οὐκ ἂν ἔ-
δρασας, εἰ & τοῦτο ὃ μέγεθος ἔλαβες; νυνὶ
δὲ, τὸ μικρὸν βραχύτης διδάσκει σε σωφρονεῖν, καὶ
γνωρίζειν τὸν ποιητὴν, τῷ δὲ λόγῳ ὃ δῶρον,
ὃ βραχὺ παραμυθεῖται τὸ σώματος. διὰ τούτου γὰρ ἀγὰς & φέρεις τῶν ἀλόγων τὴν φύ-
σιν, τὰ ποίμνια, τὰ ἀγέλας, τὰ συφόρβια, τὰς
ἵππων ἀγέλας, καμήλους νομάδας
ἀχθοφορούσας, τὸ μικτὸν τῶν ὀρνέων καὶ ἡμιό-
νων φύσιν. καὶ τὰ μὲν εἰς βοσκὴν σοι παρέκειται,
καὶ πολυτελῆ σοι ποιεῖ τὴν τράπεζαν, καὶ πάν-
τοδαπήν σοι παρασκευάζεται τὴν χλιδὴν, καὶ
πάντοιων ἐδεσμάτων χορηγεῖ σοι τὰς ὕλας·
τὰ δὲ, σιτηρεῖ καὶ ξυλοφορεῖ, καὶ τῶν ἄλλων
ἀναγκαίων μεταδημίζει τὰς χρείας. κυνῶν οἱ
μὲν, σωθηράσιν, οἱ δὲ συμποιμένοισιν, οἱ
δὲ φύλακες γίνονται τῆς οἰκίας. τῇ τούτων
ἀγρυπνίᾳ θαρροῦντες οἱ ποιμένες, ὕπνου με-
ταλαγχάνουσι· τούτοις ἔχοντες συνεργοὺς,
ὀλίγοι πολλὰ νέμειν ἀνέχονται προβατα.
προχειρότερον γὰρ, οὐ μόνον τῶν δεσποτῶν,
ἀλλὰ & τῶν προβάτων ἀνέχονται, & τῶν ποι-
μένων ὑπὲρ μαχόμενοι, καὶ τοῖς λύκοις διαμάχο-
νται προθύμως, & πιτρωσκόμενοι φεύγειν
ἀλυνὰς οὐκ ἀνέχονται, τῇ δὲ ὑλακῇ τοὺς
ποιμένας εἰς βοήθειαν καλοῦσι. & ταῦτα
ὁ κύων δρᾷ, οὐκ ἔχων λόγον διδάσκαλον, ἀλ-
λὰ φυσικῇ τινι πλεονεξίᾳ κεκοσμημένος. ὃν
ἰχνεύσας θήρας ὑπὸ τοῦ κυνηγέτου κελευό-
μενος, & τῶν ὀσμῶν ἀντιλαμβάνεται, & ταύ-
ταις οἷς ἴχνεσί τισι κατ' ἀκρίβειαν ἕπόμενος,
οὐ πρότερον ἀφίσταται, ἕως οὗ εὕρῃ τὸ
θήραμα· εὑρὼν δὲ, & τοῖς ὀδοῦσι & τοῖς
ὄνυξι δήσας, οὐ μεταλαμβάνει τῆς θήρας,
ἀλλὰ σῶον φυλάττει τῷ πέμψαντι, καὶ ἀλο-
γίᾳ δουλεύων, γνωρίζει τὴν δεσποτείαν, καὶ
οὐκ ἀνέχεται σωθῆναί τι τῷ κεκτη-
μένῳ ὃ θήραμα. εἰ δὲ & μεῖζον εὕρει θηρίον,
& τὸν οἰκεῖον ἐχθρὸν ἰχνεύων, οἷς σύαγρον, ἢ ἄρκτον, ἢ τι τῶν τοιούτων, φυλάττε-
ται μὲν τῶν χαυλιοδόντων τὴν πρόσβολὴν,

A subiecit, alacri & prompto animo ce-
lebra, ac per hoc ipsum gratitudinem
tuo factori testare. Animæ enim tuæ
saluti prospiciens, nequaquam magno
vastóque corpore te onerare voluit: ne
videlicet vtraque parte præstantior
existens in diabolicam insolẽtiam pro-
labereris. Cùm enim paruo hoc cor-
pusculo præditus, insanire & contra
creatorem furere soleas, quid non fa-
cturus esses, si & hoc vastum & magnũ
accepisses? Nunc verò parua hæc &
mediocris statura te sapere, & factorẽ
agnoscere docet: ratio autem diuini-
tùs concessa corporis exilitatem sola-
B tur. Per hanc enim omnem brutorum
animalium naturam ducis & regis,
ouium, caprarum, & porcorum gre-
ges, equorum armenta, camelos pas-
centes simul, & onerarios, & mixtam
vel auium vel mulorum naturam. Quo-
rum aliqua quidem in escam tibi pro-
posita sunt, mensámque tibi lautiorem
reddunt, & omniuariam voluptatem
exhibent, dum variis eduliis materiã
suppeditant: alia verò frumentis & li-
gnis vehendis destinantur, & aliorum
quæ necessaria sunt vsum explent. In-
ter canes quidem, alij venantibus au-
C xilio sunt, alij simul pascunt, alij
domus custodiam seruant, & horum
vigiliis confisi pastores somno securo
fruuntur, & eisdem auxiliaribus vsi
pauciores multis ouibus pascendis suf-
ficiunt. Nec enim pro dominis modò,
verùm etiam pro ipsis ouibus periclita-
ri solent, pro pastoribus pugnant, &
cum lupis fortiter dimicant. imò nec
vulnerati etiam ignaua fuga sibi con-
sulere volunt: quin potiùs latratu pa-
stores in auxilium vocant. Et hæc ca-
nis facit, non ratione aut sermone ma-
gistro vtens, sed hoc ceu naturali pri-
uilegio præditus. Idem feram inuesti-
D gare à venatore iussus, odores percipit,
& his ceu vestigiis quibusdam studiosè
insistens, non antè desistit, quàm feram
inuenerit. Inuentam verò dentibus &
vnguibus constringit, nec captam de-
uorat, sed integram ei, à quo emissus
est, conseruat: atque licèt ratione de-
stitutus sit, dominum tamen agnoscit,
nec in captã ferã participandã se cum
domino suo ingerere conatur. Quòd
si verò maiorem feram inuenerit, quæ
illius vires longè superet, vtpote aprum
aut vrsum, aut aliam huiusmodi, exer-
torum dentium ictus studiosè cauet,

pugnat autem fortissimè: atque dorso assiduè inhians, feram tutò retinere tentat, & vehementi sua dimicatione fugiendi copiam illi non permittit. Hanc enim assiduo incursu circumquaque fatigãs, & in orbem exercens, in vno & eodẽ loco permanere, & venatoris aduentum expectare cogit. Hic tandẽ superueniens, arte fabricatorum auxilio vsus, feram celeriter & facilè comprehendit. Neque hîc mihi aliquis ex eorũ qui contradicere solent numero, rabiosas canes, & calcitrantes asinos, vel mordaces camelos, tauróque cornupetas, in medium productos obiiciat. Pauciſſimi enim ex tanto numero hisce vitiis laborãt, & ne id quidem sine magna aliqua necessitate fieri consueuit. Hoc enim argumento intelligere licet, quòd horum natura, non voluntariè per se, sed creatoris sui nutibus obtemperans, tibi subiacet. Et quæ tuo imperio repugnant, vtpote camelus mordax, cornupeta taurus, & quæcumque alia his similia sunt, manifestissimum eius rei testimonium exhibent. Similiter enim omnia illa tuum dominium effugerent, nisi diuina lege impedirentur. Vnde illorum rebellio iusti ordinis & legitimæ constitutionis auctor est, & horum saltus insolentiores tuos illos saltus compescunt, túque illorum exercitatus ferocia, & tyrannidem vitare, & dominum tuum agnoscere discis. Eandem ob causam feras quoque & belluas atque serpentum genera rerum opifex condidit, vt tuum illum iuueniliter insolescentem, & audacem animum ad virtutem erudiret, ac ferarum terrore te diuini auxilij indigum faceret. Horum enim timor ac metus tibi imminens, téque assiduo dolore pungens ac stimulans, ad preces excitare solet, & auxiliatoris opem atque auxilium implorare cogit. Cùm verò auxilium petere iubet necessitas, tũ quoque colere & obseruare illũ satagis, qui auxiliũ ferre potest, & eidem assidere cogeris, vt insidiantium damna effugias. Tum enim animo in altum respiciens vindicem quæris, ab iis quæ lædunt, liberari cupiens. Vnde timor hic tibi ducis loco est, quo ducente ad Deum peruenis. Ne verò indesinenter & assiduè hoc timore perculsus, vitam tristitia & doloribus plenam ageres, eadem hæc longiori abs te spatio remouit. Venenata enim antris quibusdam

A μάχεται δὲ καρτερῶς· καὶ δὲ τῶν νώτων συνεχῶς μεταβαίνων, πειρᾶται κατέχειν σὺν ἀσφαλείᾳ τὸ θήραμα, καὶ τῇ σφοδρᾷ ἀμαμάχῃ φύγην οὐκ ἐᾷ. τῇ γὰρ συνεχεῖ περισκοπῇ μεταστρέφεσθαι συνεχῶς τὸ θηρίον ἀναγκάζων, μόνον καὶ χώραν ποιεῖ, καὶ τὸν θηρευτὴν ἀναμένει. Εἶτα ἐκεῖνος ἐπελθών, τοῖς ἀπὸ τῆς τέχνης ὅπλοις συνεργοῖς κεχειρημένος, ῥᾳστῶς μάλα καὶ ῥᾳδίως λαμβάνει τὸ θήραμα. Καὶ μή μοι τις τῶν δυσκόλων εἰς ἀντιλογίας, τοὺς λυττῶντας κύνας ἐκεῖθεν εἰς μέσον ἀγαγέτω, καὶ τοὺς λακτίζοντας ὄνους, καὶ τὰς δακνούσας καμήλους, καὶ τοὺς κερατίζοντας ταύρους. ὀλίγα γὰρ ἐκ πολλῶν τούτοις προσπίπτει τοῖς πάθεσι, καὶ λίαν ἀναγκαίως. γνωρίζῃς γὰρ ἀφ' οὗτου, ὡς οὐκ αὐτόματός σοι ἡ τούτων ὑποκειται φύσις, ἀλλὰ τοῖς τοῦ ποιητοῦ νεύμασι πειθομένη. καὶ μαρτυρεῖ τὰ τῆς σῆς ἡγεμονίας ἀφιωῶντα, καὶ μηλος δάκνουσα, καὶ ταῦρος κερατῶν, καὶ ὅσα τοιαῦτα. πολὺ γὰρ ἂν ὁμοίως τὴν σὴν διέφυγε δεσποτείαν, εἰ μὴ ὁ θεῖος ἐκώλυε νόμος. ὥστε ἡ τούτων ἀταξία τὴν σὴν ταξίας σοι γίνεται παιδαγωγός, καὶ τὰ τούτων σκιρτήματα, τὰ σὰ παύει σκιρτήματα, καὶ τυραννούμενος ὑπὸ τούτων, μανθάνεις μὴ τυραννεῖν, ἀλλὰ τὸν δεσπότην γνωρίζειν. τούτου χάριν καὶ θηρας ἀγελείους, καὶ ἑρπετῶν ὁ ποιητὴς ἐδημιούργησε γένη, ὅπως σου τὸ νεανικὸν καὶ θρασὺ παιδαγωγήσῃ πρὸς ἀρετὴν, καὶ τῷ φόβῳ τῶν θηρίων, εἰς χρείαν σε καταστήσῃ τῆς θείας ἐπικουρίας. ὁ γὰρ τούτων δέος ἐπικείμενον, καὶ νύττον σε διὰ νεκῶς, καὶ κεντοῦν, εἰς προσευχὴν διεγείρει, καὶ καλεῖν εἰς συμμαχίαν τὸν ἐπίκουρον ἀναγκάζει. αἰτεῖν δὲ τὴν ἐπικουρίαν ὑπὸ τῆς χρείας κελευόμενος, πρεσβύτην ἀπροσδόκητος τὸν ἐπαμυνοῦντα δυνάμενον προσεδρεύειν ἀναγκάζῃ, ἵνα τῶν ἐπιβουλῶν ἀφύγῃς τὴν λώβην. ἀνανεύσῃς γὰρ, καὶ ζητεῖς τὰ κηδεμόνα, τῶν λυποιούντων τὴν ἀπαλλαγὴν ἐπιποθῶν. καὶ γίνεταί σοι ὄντως ὁ φόβος παιδαγωγὸς πρὸς θεόν. ἵνα δὲ μὴ διὰ νεκῶς τῷ δεῖ τούτῳ βαλλόμενος, λυπηρὸν βιώσῃς ζωὴν, πόρρω σου ταῦτα κατῴκισε. τῶν μὲν γὰρ ἰοβόλων τὴν φύσιν χρεμμοῖς ὕσιν

ἐξκατέκρυψε, καὶ τ ὑπὸ γῆν καταδύσεσιν A abſcondit, & in ſubterraneis cauernis
ἐνδιαιτᾶσθαι πεποίηκεν, οὐκ ὀπτῆρέ-ψας αὐ-
τοῖς ἀδεῶς κτ τῶν ἀνθρώπων χωρεῖν, ἀλ-
λὰ κρύπτεσθαι μὲν ἀεὶ, φαίνεσθαι δὲ ὀλιγά-
κις κελεύσας, καὶ φαινόμενα φεύγειν τῶν ἀν-
θρώπων τὴν ὄψιν, καθάπερ πινὰς δεσποτῶν,
νομοθετήσας, λωβᾶσθαι δὲ μάλα ὀλίγοις καὶ
ὀλιγάκις, οὐκ ἄρχοντα μάχης, ἀλλ' ἀμυνό-
μενα. οὐδὲ γὰρ ἂν ἐδείσαμέν, εἰ πάντελῶς ἀ-
πείρατος αὐτῶν ἡ ἡμετέρα φύσις μεμένηκε.
τ δὲ τετραπόδων θηρίων τὰ μὲν λόχμας οἰ-
κεῖν, καὶ ῥαχίας, καὶ χώρους αὐτοδάλεις, καὶ B
πάντελῶς ἀνθρώπων ἐρήμους, ὁ τῶν πάντων
προστάξε κηδεμών. εἰς νομὴν δὲ αὐτοῖς, καὶ
εἰς ἀπόλαυσιν τὴν νύκτα. ἔθου γάρ φησι σκό-
τος, καὶ ἐγένετο νύξ· ἐν αὐτῇ διελεύσεται πάν-
τα τὰ θηρία τοῦ δρυμοῦ. σκύμνοι ὠρυόμενοι
τοῦ ἁρπάσαι, καὶ ζητῆσαι παρὰ τοῦ θεοῦ βρῶ-
σιν αὐτοῖς. ἀνέτειλεν ὁ ἥλιος, καὶ συνήχθη-
σαν, καὶ εἰς τὰς μάνδρας αὐτῶν κοιτασθή-
σονται. ἐξελεύσεται ἄνθρωπος ἐπὶ τὸ ἔργον
αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τὴν ἐργασίαν αὐτοῦ ἕως ἑσπέ-
ρας. εἶτα θαυμάσας τὴν θείαν οἰκονομίαν
ὁ προφήτης βοᾷ· ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα C
σου κύριε, πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας. Οτι δὲ
μετὰ τὴν τῆς ἁμαρτίας παρεισδυσιν, καὶ πολ-
λὰ τὸν τῶν ἀνθρώπων ἠρνήσατο δεσποτείαν,
πάλαι δὲ ὑπέκειτο, καὶ τὴν δουλείαν ἠπίσα-
το, μαρτυρεῖ μοι Αδάμ ὁ ἡγεμὼν, ἅπασι
τοῖς προσηκόντως θέλουσι, καὶ μήτε δείσας, μή-
τε φυγὼν, μήτε βλαβεὶς τινὰ παρὰ τούτων
δεξάμενος. μαρτυρεῖ δὲ καὶ ὁ δεύτερος τῶν
ἀνθρώπων φύλαρχος, ὁ πάντος τοῦ γένους
σπορεύς, ὁ μακάριος Νῶε, οὐ μόνον τῶν ἡμέ-
ρων ζώων, ἀλλὰ καὶ τῶν λίαν ἀγριωτάτων
νομεὺς ἐν τῇ κιβωτῷ γενόμενος, καὶ ἐνιαυτὸν
ὅλον καὶ ταῦτα κἀκεῖνα κατ' αὐτὸ ποι- D
μαίνας, καὶ τὰ φρυκτὰ συμφαγεῖν ἀνα-
γκάσας. καὶ μαρτυρεῖ σῶος καὶ ἄρτιος
φυλαχθεὶς ὁ τῶν καθαρῶν ἀριθμός. μαρτυ-
ρεῖ δὲ καὶ ὁ μέγας Δανιὴλ, λέουσι μὲν βοΐνη
παραδοθεὶς, καταπλήξας δὲ αὐτοὺς τῇ τῆς
ἀρετῆς ἀστραπῇ, καὶ τῷ τῆς θείας εἰκόνος
χαρακτῆρι λίαν ἐκθαμβώσας. ὅπερ γὰρ
εἶδον ἐν τῇ εἰκόνι τ ἀρχετύπου μιμήμα
λίαν ἀκραιφνὲς πεφυλαγμένον, ὡμολό-
γησαν τῷ δουλείᾳ, καὶ τῷ θηριωδίαν ἀπέ-

abſcondit, & in ſubterraneis cauernis vitam tranſigere iuſſit, nequaquam illis liberum faciens, vt audacter & omni metu poſito homines inuadant, ſed ſemper occultari, & rarò admodum cõparere, viſáque hominum conſpectum (vtpote dominorum ſuorum) fugere voluit, legémque illis ſtatuit, vt pauciſſimos & non niſi rarò lædant, idque dum non ipſa pugnam exoriuntur, ſed laceſſita contra hoſtes ſeſe defendunt. Nec enim aliquis horum timor vnquam nos affeciſſet, ſi illorum vires humana natura nunquam fuiſſet experta. Quadrupedum verò generi ſyluas & cautes & antris plena loca ab hominum conſuetudine remotiſſima, ſummus ille omnium gubernator ad inhabitandum decreuit. Ad paſtum verò certum illis tempus diſtribuit, noctem videlicet. *Poſuiſti enim*, inquit Pſal 103.
Scriptura, *tenebras, & facta eſt nox: in ipſa pertranſibunt omnes feræ ſyluestres. Catuli leonum rugientes vt rapiant, & quærant à Deo eſcam ſibi. Ortus eſt Sol, & congregati ſunt, & in cubilibus ſuis collocabuntur. Exibit homo ad opus ſuum, & ad operationem ſuam vſque ad veſperam.* Deinde hanc Dei diſpenſationem admiratus propheta exclamat: *Quàm magnificata ſunt opera tua Domine, omnia feciſti in ſapientia.* Quòd verò poſt peccati ingreſſum, hæc quoque hominũ imperium reiecerint, anteà verò ſubiecta fuerint, & ſeruitutẽ agnouerint, Adam humani generis conditor abundè teſtatur, qui omnibus nomina indidit, nec timore illorum perculſus, nec fugam arripiens, nec aliquo ab illis nocumento læſus eſt. Teſtatur idem ſecundus ille hominum generis princeps, totius humani generis ſcintilla & fomes, beatus ſcilicet Noë, qui non mitium modò, verumetiam ferociſſimorum animali ũ paſtor in arca fuit, & per integrum anni ſpatium tam hæc quàm illa vno in loco paſcens, carniuora herbarum pabulo veſci coëgit. Teſtatur idipſum ſaluus & integer cuſtoditus mundorum animantium numerus. Teſtimonium quoque nobis fert magnus ille Daniel, qui leonibus in eſcam appoſitus, ipſos virtutis fulgore perterruit, & diuinæ imaginis charactere perculit. Poſtquàm enim in imagine archetypi exemplum valdè ſyncerum & integrum conſpexere, ſeruitutis ius confeſſi ſunt, & ferociam omnem de-

posuerunt, Adamum illum se videre putantes, qui ante peccatum nomina ipsis imposuerat. Simile item Paulo Apostolo contigit. Cùm enim hic lignorum fasciculum accensæ pyræ alimenti loco inferret, & aëris rigorem ignis auxilio temperaret, in lignis delitescens vipera, ignem quidem vtpote sibi noxium fugit, Apostoli verò manum corripuit, tanquam illum vltura, à quo perdenda fuerat: vbi verò leuem mollémque peccati naturam non inuenit, quin potiùs in fortem & infractam virtutis armaturam impegit, illico resiliit instar iaculi, quod in solidum quippiam emissum ad eiaculantem resilire solet: in pyram autem ardentem abiit, quasi temeritatis pœnam à seipsa exigens, quòd videlicet domini sui manum furore suo impetiisset. Feræ ergo loris, ferulis, & pædagogicis castigationibus similes videntur. Hæ enim ab iis qui iam perfecti sunt, & puerilẽ ætatem transierunt, facilè contemnuntur: iis verò qui mente adhuc paruuli sunt, cum primis necessariæ & vtiles existunt. Et quemadmodum *iusto* iuxta diuini Apostoli sententiam *non est lex posita, iniustis verò & immorigeris, impiis & peccatoribus, impuris & profanis, parricidis, & horum similibus:* ita feræ instar castigationis alicuius hominibus impositæ sunt, quæ eos quidem qui ad peccandum proni sunt, timore percellit, & tetritat, à virtutis autem alumnis tanquam ludus quispiam contemnitur. Quapropter cùm hinc quoque Dei erga te curam deprehenderis, & omniuariam eius prouidentiam cognoris, desine tandem, ô amice, calumniari, & laudes dignas benefactori persoluito. Quomodo enim non absurdum fuerit, literatorem quidem, qui ad tempus pueros cędit, & ferula ignauiæ torporem excutiens, loris firmam literarum memoriam infigit, collaudare, & medico gratias agere, non modò cùm cibum potúmque laboranti præbet, verumetiam cùm secat, vrit, & morbo sese hostiliter opponit, ne ille auctus vlteriùs serpat, prohibens: Deum verò, qui vberiore sapientia & diligentiori cura animarum saluti prospicit, & bonorum largitione flagrorúmq; metu virtutis elementa nos edocet, ac malitiæ morbum radicitùs euellit, solidámque animæ salutem operatur, blasphemiis ac conuiciis proscindere? Prohibe

ἡγεῖτο, καὶ τὸν Ἀδὰμ ἐκεῖνον ὁρᾶν ὑπελάμβανον, τὰ πρὸ τῆς ἁμαρτίας τοῖς πράγμασιν ἐπιθέντα. οὕτω τοι μακαρίου Παύλου τὸν ξύλων τε φάκελον ἐφίῃ προσφέροντος τῇ πυρᾷ, καὶ ὃ τῶν ἀέρος χρυμῶδες κεραννύντος τῇ τοῦ πυρὸς ἐπικουρίᾳ, ὁ τοῖς ξύλοις ἐγκεκρυμμένος ἔχις, ἐφυγε μὲν ὃ πῦρ ὡς ὀλέθριον, ἥψατο δὲ τῆς ἀποστολικῆς χειρὸς, ὡσπερ ἀμυνόμενος ὑφ' ὧν ἔπαθε πείσεσθαι· οὐχ εὑρὼν δὲ τῆς ἁμαρτίας τὸ χαλεπὸν καὶ ἰσχυρὸν, ἀλλὰ τῆς ἀρετῆς τὸ στεγανὸν ὅπλον καὶ ἀῤῥαγὲς, ἀπεπήδησε μὲν θαυμάσας, οἷόν τι βέλος κατ' αὐτιτύπων ἀκοντισθὲν, καὶ πρὸς τὸν ἀκοντίσαντα πάλιν ἐπανελθὸν, ἐχώρησε δὲ κατὰ τοῦ πυρᾶς, ὡσπερ δίκας τὸ τόλμης ἑαυτὸν εἰσπραττόμενος, ὅτι κατὰ δεσποτικῆς χειρὸς ἐχρήσατο τῷ θυμῷ. τὰ θηρίων τοίνυν σωφρονιστήρια πλήγαι, ἱμάσι καὶ ῥάβδοις καὶ παιδαγωγικῆς ἔοικε παιδείαις, αὗται δὲ τοῖς μὲν ἤδη τελειωθεῖσι, καὶ τῷ παιδικῷ κατεξελθοῦσιν ἡλικίαν, λίαν εἰσὶν ὑπερφρόνητοι, τοῖς δὲ νηπίοις ἔτι τοῖς φρέσι, ἀγαν εἰσὶν ἀναγκαῖαι καὶ χρήσιμοι. καθάπερ δικαίῳ νόμος οὐ κεῖται, κατὰ τὸ θεῖον ἀπόστολον, ἀνόμοις δὲ καὶ ἀνυποτάκτοις, ἀσεβέσι καὶ ἁμαρτωλοῖς, ἀνοσίοις καὶ βεβήλοις, πατραλοίαις, καὶ τοῖς τοιούτοις· οὕτω καὶ τῶν θηρίων ἡ φύσις οἷόν τις παιδεία προσκειται τοῖς ἀνθρώποις, τοῖς μὲν ὑκόλους πρὸς ἁμαρτίαν σκιρτήματος καὶ δεδιττομένη, ὑπὸ δὲ τῶν τῆς ἀρετῆς ἐραστῶν, καθάπερ τις παιδιὰ καταφρονουμένη. καὶ ἐντεῦθεν τοιγαροῦν τὸ τοῦ θεοῦ κηδεμονίαν ὑρῶν, καὶ τὴν πανσοφὸν αὐτοῦ πρόνοιαν καταμαθὼν, παῦσαι μὲ, ὦ φίλε, συκοφαντῶν, ὕμνοις δὲ τὸν εὐεργέτην ἀμείβου. πῶς μὲν γὰρ οὐκ ἄτοπον, τὸν μὲν γραμματιστὴν ἐπαινεῖν, εἰς καιρὸν μαστιγοῦντα τοὺς παῖδας, καὶ τῇ ῥάβδῳ τὸν ῥαθυμίαν ἐξελαύνοντα, καὶ τὴν ἰμάντι παγίδι τὰ στοιχεῖα ἐντιθέντα τῇ μνήμῃ, καὶ ἰατρῷ δὲ χαίρειν ὁμολογεῖν, ὃ μόνον ὅταν σπᾷ καὶ ποτὰ προσφέρῃ ᾧ κάμνοντι, ἀλλ' ἤνίκα αἱ τέμνῃ καὶ καίῃ, καὶ πολεμῇ τῇ νόσῳ, καὶ τὸν ὅπλα ὁρόσω φορᾶν ἐπέχῃ· τὸν δὲ θεὸν βλασφημεῖν, μὴ πλείονος σοφίας καὶ μείζονος ὑπομελείας τῶν ψυχῶν προμηθούμενον, καὶ τῇ χορηγίᾳ τῶν ἀγαθῶν, καὶ τοῖς δεσμοῖς τῶν μαστίγων, τάττε στοιχεῖα τῆς ἀρετῆς ἐκπαιδεύοντα, καὶ τὸν νόσον τῆς κακίας προῤῥιζοῦν ἀναιροῦντα, καὶ ἀκραιφνῆ τῆς ψυχῆς τὴν ὑγείαν προσχαριζόμενον; παῦσαι

1. Tim. 1.

τοίνυν τὴν γλῶσσάν σου ἀπὸ κακοῦ, καὶ χείλη σου τοῦ μὴ λαλῆσαι βλασφημίαν. ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθόν. βλέπει τὴν περί σε κηδεμονίαν, καὶ τὸν προμηθούμενον ὕμνησον, ἵνα σου ὁ ἄγνωμον περὶ τὰς χάριτας θαυμάσθω, καὶ νῦν ἐπικλύσῃ σε ταῖς ἐνεργεσίαις, καὶ τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν ἀξιώσῃ, ὧν καὶ ἡμεῖς τύχοιμεν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

A ergo linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur blasphemiam. *Diuerte à malo, & fac bonum.* Curam quam de te habet inspice, & eum qui sua prouidentia tibi prospicit, collauda, vt tuam circa gratuita sua beneficia gratitudinem conspicatus, & nunc beneficiis te plenè affundat, & promissis bonis dignum iudicet: quæ vtinam & nos consequamur in Christo Iesu Domino nostro, cui sit gloria in æternum, Amen. Psalm. 33.

B

ΟΤΙ ΚΑΙ ΠΛΟΥΤΟΣ καὶ πενία τῷ βίῳ χρήσιμοι.

ΛΟΓΟΣ ϛ'.

ΠΟΛΛΑΚΙΣ μὲν ἤδη μετὰ τοῦ προφήτου τοῖς ἀνομοῦσιν εἶπον, μὴ ἀνομεῖτε, καὶ τοῖς ἁμαρτάνουσι, μὴ ὑψοῦτε κέρας, μὴ ἐπαίρετε εἰς ὕψος τὸ κέρας ὑμῶν, καὶ μὴ λαλῆτε κατὰ τοῦ θεοῦ ἀδικίαν, ἀκυβέρνητον καταλιπεῖν αὐτὸν φάσκοντες ὧν πεποίηκε κτίσιν. ἀλλὰ τοῖς λίαν ἀγνώμοσιν, οὔτε οὐρανοὶ πείθουσι διηγούμενοι κατὰ τὸν προφήτην τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ, οὔτε ἥλιος ἐκπορευόμενος ἐκ παστοῦ αὐτοῦ ὡς νυμφίος, καὶ τῶν τερμάτων ἐφικνούμενος καὶ λαμπρότητι καὶ θερμότητι, οὔτε σελήνη ἀλλοιουμένη, καὶ τὰ μέτρα τοῦ χρόνου τεκταινομένη, οὔτε ἀστέρες ἀνίσχοντες καὶ δυόμενοι, καὶ τοῖς μὲν τῆς θαλάττης ξεναγοῦντες ὀδίτας, τοῖς δὲ γηπόνοις διεγείροντες εἰς ἀμητὸν καὶ σπερμάτων καταβολήν, οὐχ ὥραν ἀμφοδαί, οὐ τροπῶν μεταβολαί, οὐ νεφῶν ὠδῖνες ὄμβρων καὶ καταλλήλοι, οὐ γῆς καὶ θαλάττης ὁμόνοια, οὐ ποταμῶν ῥεύματα, οὐ πηγῶν νάματα, οὐ καρπῶν ἀφθονία, οὐ ζώων ποικιλία καὶ χρεία, οὐ σώματος δημιουργία λογικῷ πρέπουσα, οὐ ψυχῆς ἀθανασία καὶ σοφία τὸ σῶμα κυβερνῶσα, οὐ τέχναι πανταδαπαὶ καὶ μυρίαι, οὐ τὰ ἀναγκαῖα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ πρὸς τῆς χρείας περιζουσαι, οὔτ' ἄλλα ὅσα ὁ μεγαλόδωρος τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων ὁσημέραι προσφέρει. ἀλλὰ καὶ τούτων ἀπάντων ἀπολαύοντες, λυπῶσι καὶ μεμήνασι, καὶ τὴν πολλὴν

C

D

QVOD DIVITIAE ET paupertas humanæ vitæ vtiles sint.

ORATIO VI.

SÆPE quidem iam cum Propheta iniquis dixi: *Nolite iniquè agere*, & delinquẽtibus, *Nolite exaltare cornu, nolite extollere in altum cornu vestrum, & nolite loqui aduersus Deum iniquitatem.* Dum videlicet mũdum hunc, quem ille condidit, omni gubernatore destitutum ab ipso deseri dicitis. Sed ingratis hominibus nec cæli persuadere possunt, qui Dei gloriam enarrant, nec Sol, qui ceu sponsus è thalamo suo egreditur, & ad terminos suos splendore simul atque calore penetrat: nec Luna, quæ alternis suis figuris radiat, & temporis spatia metitur: nec stellarum ortus & occasus, quæ nauigantibus itineris duces sunt, & agricolas ad messem & sementem faciendam excitant: non, inquam, mouent hos anni partium vicissitudines, non solstitiorum mutationes, non tempestiui & alterni nubium partus, non terræ marisq; concordia, non fluuiorum fluxus, non fontium latices, nõ fructuum vberrimus prouentus, non animaliũ varietas & commodus vsus, non rationi conueniens corporis huius fabrica, non animæ immortalitas & sapientia corpus totum gubernans, non artes variæ simul & infinitæ, quæ non necessaria modò, sed & ea quæ à necessario vsu remota & aliena sunt, suppeditant, nec vlla alia munera, quæcumque magnificus ille largitor hominũ generi quotidie confert. Sed cùm omnibus hisce fruantur, furunt tamen & insaniũt, & sedulam hanc assiduam- Psal. 14. Psalm. 18.

que Dei curam negligentiæ titulo infamant, & diuitias ac paupertatem nobis obiiciendo, vitæ inæqualitatem accusant. Agedum ergo, summum illum Dominum, nauis huius, mundi videlicet, sapientissimum gubernatorum in sermonis auxilium assumentes, obiectionibus & argumentis illorum obuiam eamus, & oppositas nobis rationes dissoluamus, tum accusationem, quæ abipsis contexta est, aranææ telam esse demonstremus. Cur, inquiunt, qui hominum pessimi sunt diuitiis abundant, & infinitis vndique bonis affluũt, secundis ventis vitæ huius nauigationem absoluunt, & diuitiarum abundantiam iniquitatis viaticum recipiunt? Diuitiarum quippe affluentia auaritiæ faci materiam ministrat, & malitia, si opes adiutrices nacta fuerit, ingentem flammam incendit, dúmque voluntati vires accedunt, malum reddunt intolerabile: virtutis autem cultores in paupertate viuunt, ærumnis miserè iactantur, necessariorum quoq; penuria laborant, squallent, sordent, in terram deprimuntur, aliorum petulantiæ subiacent, conuitiis lacerantur, & infinitas molestias sustinent. Quapropter hoc primò illos interrogabimus, quémnam felicitatis finem ipsi statuãt. Quòd si diuitias dixerint, mox mendacium illorum arguemus. Quo pacto enim felicitatis auctor erit diuitiarum thesaurus, qui, vt ipsi aiunt, iniquitatis adiutor est? Si enim propter hunc mali supercilia attollunt, buccas inflant, & equis ac curribus vecti forum superbè ingrediuntur, in tantum alios præ se contemnentes, quantum ipsos prorsus despicere conuenit: si denique propter hunc iniquè agunt, defraudant, aliena sibi vendicant, ad se non pertinentia concupiscunt, quæ sunt proximi auferunt, in aliorum bonis voluptuantur, ex pauperum ærumnis negotiantur, & hæc omnia diuitiarum ope & auxilio faciunt, quo pacto felicitatis finem & beatitudinis materiã diuitias esse dicemus? Quòd si verò virtutem bonorum pulcherrimum, optimúmque dixerint, & huius amatorem flagrantissimum, atque cultorem diligentem, in summo bonorum fastigio constitutum esse fatentur, cur diuitias admirantur, & diuites beatos nominant? Nam ex diametro inter se pugnant opum abundantia, & virtutis

Ἀλλ' ὀπτιμέλειαν ἀμέλειάν φασιν ὀνομάζοντες, καὶ τὸν πλοῦτον ἡμῖν καὶ τὴν πενίαν εἰς μέσον προβάλλονται, καὶ τῆς ἀνωμαλίας τοῦ βίου κατηγοροῦσι. Φέρε τοίνυν, τὸν σοφὸν ἡνίοντα τῆς οἰκουμένης τὸ σκάφος ὀπίκουρον τοῦ λόγου λαβόντες, τοῖστε προβλήμασιν ἀπαντήσωμεν, καὶ τὰς αὐτίθετος ἀφανίσωμεν, καὶ τὴν ὑπ' αὐτῶν πλεκομένην κατηγορίαν, ἰσὸν ἀράχνης ἀποφήσωμεν. Τί δήποτέ φασι, πλουτοῦσι μὲν τῶν ἀνθρώπων οἱ πονηρότατοι, καὶ μυρίοις πόθεν ἀγαθοῖς περιῤῥέονται, καὶ ἐξ οὐρίων τὸν βίον ὁδεύουσι, καὶ λαμβάνουσιν ἀδικίας ἐφόδιον τοῦ πλούτου τὰ ῥεύματα; ὕλη γὰρ ἡ ἀπορία γίνεται τῆς τῆς πλεονεξίας φλογὸς, καὶ συνεργὸν τὸν πλοῦτον ἡ πονηρία λαμβάνουσα, μέγιστον ἀνάπτει πυρσὸν, καὶ ἡ δυνάμις τῇ βουλήσει προσγινομένη, ἀφόρητον ποιεῖ τὸ κακόν· οἱ δὲ τῆς ἀρετῆς φροντίσαι, πενίᾳ συζῶσι, καὶ ἐν δυσκλείαις καλαπτωροῦσι, καὶ αὐτῶν τῶν ἀναγκαίων ἀπορίζονται, ἀχθοῦσι, ῥυπῶσιν, εἰς γῆν κεκύφασι, προπηλακίζονται, μυρία ὅσα ὑπομένουσιν ἀλγεινά. Ἀκολούθως πρῶτον αὐτοὺς ἐρωτήσωμεν, τίνα ὅρον εὐδαιμονίας εἶναί φασι. καὶ εἰ μὲν τὸν πλοῦτον φαῖεν, παραυτίκα τὸ ψεῦδος αὐτῶν διελέγξομεν. πῶς γὰρ εὐδαιμονίας δημιουργὸς ὁ τῆς ἀδικίας, ὡς ἔφασαν, συνεργός; εἰ γὰρ ἀφ' ἑαυτοῦ οἱ πονηροὶ συζῶντες τὰς ὀφρῦς ἀναστοῦσι, καὶ τὰς γναθοὺς φυσῶσι, καὶ ἐφ' ἵππων καὶ ὀχημάτων φερόμενοι, σφόδρα τὴν ἀγορὰν, τοσοῦτον τοῖς ἄλλοις ὑπερφρονοῦντες, ὅσον αὐτοὺς ὑπερορᾶσθαι προσήκει· ἀδικοῦσι, πλεονεκτοῦσι, τὰ ἀλλότρια σφετερίζονται, τῶν οὐ προσηκόντων ἐφίενται, τὰ τῶν πέλας ἁρπαγῶσι, τοῖς ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς ἐντρυφῶσι, τὰς τῶν πενήτων ἐμπορικὰς συμφορὰς, καὶ ταῦτα δρῶσι, τῇ δυνάμει τοῦ πλούτου χρώμενοι συνεργῷ, πῶς ὁ πλοῦτος ὅρος εὐδαιμονίας, καὶ δυκλείας ὑπόθεσις; εἰ δὲ τὴν ἀρετὴν φαῖεν τῶν ἀγαθῶν τὸ κάλλιστον, καὶ τὸν ταύτης ἔρωτα ἐρασθῆναι, καὶ σπουδαῖον ἐργάτην, ἐν τῇ ἀκροτάτῃ τῶν ἀγαθῶν εἶναι λέγοιεν χορυφῇ, τί δήποτε πρὸς τὸν πλοῦτον ἀποβλέποιεν, καὶ τοὺς πλουτοῦντας ζηλωτοὺς ἀποκαλοῦσιν; ἐναντία γὰρ ἐν ἀφθόνου χρημάτων ἀπορία, καὶ ἀρετῆς

κατορθωμάτων ἀφθονία. Ἐξεπάσωμεν δὲ, A egregiè gestorũ supellex. Porrò com-
κοινῇ ποιούμενοι ζήτησιν, ὑπακούσαντες λα- munem hîc quæstionem excutientes,
βόντες τῆς ἀληθείας τὸ φῶς, ὁποῖα auxiliante nobis veritatis luce, inqui-
τῆς ἀρετῆς τὰ εἴδη, καὶ πῶς ἄν τινι ramus quotnam sint virtutis species, &
ῥᾳδίως ἡ τούτων κτῆσις παραγένοιτο. οὐκοῦν quo pacto illarum possessio alicui faci-
ἀρετῇ μὲν ὀνομάζομεν, φρόνησιν, lè contingere possit. Quapropter vir-
σωφροσύνην, ἀνδρίαν, δικαιοσύνην, καὶ tutis nomine definimus, Prudentiam,
τὰ ἀπὸ τούτων γινώμενα, ἢ ἐν τούτοις Temperantiam, Fortitudinem, Iusti-
περιεχόμενα τῆς φιλοσοφίας μόρια. ἐξε- tiam, & quæ ex his nascũtur, aut in his
τάσωμεν τοίνυν, τί δηλοῖ τῶν εἰρη- continentur philosophiæ partes. In-
μένων ἕκαστον, καὶ ὁποίαν ἔχει δύναμιν, ἢ quiramus igitur quidnam singula hæc
ἑρμηνείαν, ἢ δύναμιν. Οὐκοῦν φρόνησις significent, quis item illorum sensus,
μέν ἐστι τὸ ἐν ἡμῖν λογικοῦ ἡ ἐγρήγορσις, quæ sit interpretatio aut vis. Pruden- B
ὥσπερ ἀμέλει καὶ μεθύσου καὶ ἀφροσύνη tia sanè est rationis qua præditi sumus
πάλιν, ἡ τούτου μέθη ἐκ τῶν παθῶν πίπτου- vigilantia: quemadmodum videlicet
μένη, καὶ οἷόν τις νεφέλη γινομένη, καὶ συ- desipientia, vel imprudentia, eiusdem
σκιάζουσα, καὶ ὑπαποδύσασα, καὶ σκυ- est ebrietas, quæ ex affectibus genita, &
θρωπάζουσα αὐτὸν ὀκνεῖ ἐᾶσαι τὸ δέον. τὸ λογικοῦ quasi in nubem quandam condensata,
τοίνυν ὑγιαίνοντος ἡ ὑγεία φρόνησις ὀνομάζεται. rationem obscurat, eámque quod illi
Καὶ σωφροσύνην δὲ πάλιν προσαγορεύομεν, τὴν τῶν παθῶν ἐλευθερίαν. σῶον opus est videre non permittit. Vnde
γὰρ πάλιν καὶ ἄρτιον τοῦ λογικοῦ τὸ φρό- eiusdem sanitas prudentia nominari
νημα κεκτημένου, χαλᾷ μὲν τὰ πάθη, καὶ consueuit. Temperantiam verò ab af-
ὑποῤῥεῖ, καὶ σκεδάννυται, καὶ τὸ φλεγ- fectibus liberam rationis constitutio- C
μαῖνον αὐτῶν ἀμαλύνεται, φέρεται δὲ εὐτάκτως nem dicimus. Cùm enim huius sen-
ἐπὶ τὰ ἄμεινον ὁ ἰδιόκτητος νοῦς. τὴν sus saluus & integer est, affectus quidẽ
τῶν παθῶν τοίνυν εὐταξίαν, καὶ τὸν ἰδιόκτητον remissi languescunt, diffluunt & dissi-
τοῦ νοῦ τοίνυν ὑγείαν, σωφροσύνην ὀνομάζομεν. pantur, ac quod in illis feruore tumet
Ἀνδρίαν δὲ καλοῦμεν, τὴν δικαίαν τοῦ θυ- dissoluitur, mens autem hominis gu-
μοειδοῦς κίνησιν· ὥσπερ αὖ πάλιν θρασύτη- bernatrix conuenienter equis suis in-
τα, τὴν ἀδίκου τε καὶ ἄτακτον. Δικαιοσύ- uehitur. Iustam ergo affectuum con-
νην δὲ, τὴν ὀρθὴν τῆς ψυχῆς ἡγεμονίαν, stitutionem, & gubernatricis mentis
καὶ τῶν ὑποκόων παθῶν τὴν συμμετρίαν. vel rationis incolumitatem, Tempe-
τοῦ γὰρ ἐπιθυμητικοῦ καὶ θυμοειδοῦς ἡ πρὸς rantiam vocamus. Fortitudinem verò
τὸ λογικὸν ἁρμονία, καὶ ἡ πρὸς ἄλληλα dicimus, iustum illum indignationis
ὑπακοή, τὴν τῆς δικαιοσύνης ἡμῖν πραγ- aut iræ motum: quemadmodum è cõ-
ματεύεται κτῆσιν. Ἐπειδὴ τοίνυν ἅπερ τε D tra eiusdem motus, si iniustus & inor-
τὰ τῆς ἀρετῆς μόρια μεμαθήκαμεν, καὶ dinatus fuerit, audacia dicitur. Iusti-
ποῖόν ἕκαστον ἔννοιαν ἔχει καὶ δύναμιν, φέ- tiam autem appellamus, legitimum re-
ρε πάλιν ζητήσωμεν, πῶς ταῦτα τὸν βου- ctúmque animæ imperium, & conue-
λόμενον δυνατὸν κατορθῶσαι, πλούτῳ nientem affectuum, qui huic subiecti
χρώμενον συνεργῷ, ἢ τὴν πενίαν ὑπακού- sunt, constitutionem. Concupiscen-
οντα εἰς τὴν κτῆσιν λαμβάνοντα. Ἀλλ' ὁ tiæ enim & animositatis vel iræ cum ra-
μὲν πλοῦτος, πολλοὺς ἔχων θορύβους, καὶ φρον- tione consensus, & mutuum iustúmq;
τίδας πολυτρόπους, καὶ πειρωμένων εἰ- inter hæc temperamentum, iustitiæ
δῶν μυρία, ἐπίβουλός ἐστιν, ἀλλ' οὐκ ὑπήκοος thesaurum vel opes nobis perficiunt.
ἀρετῆς. πῶς γὰρ ἄν τις κατορθώσειε σω- Quoniam igitur quænam virtutis par-
tes sint, quis item singularum sensus
sit aut vis, didicimus, agedum nunc
illud quoque excutiamus, qua ratione
aut via, si quis volet, has rectè assequi
possit, si vel diuitiis vtatur adiutrici-
bus, vel si paupertatem sibi auxi-
liantem habeat. Atqui diuitię quidem,
quæ multas turbas & curas habent om-
niuarias, tum infinitas quoque fluctuũ
& tempestatum species, virtutis insi-
diatrices & hostes sunt, non auxiliares
socij. Quomodo enim temperantiam

consequatur, qui ventri assiduè inser-
uit, & compotationibus intabescit, &
conuiuia instruit, lectis item & mensis
occupatus, pistores, popinatores, fartores & cupediarios, vina odorata, phialas, calices, & varia poculorum genera, & obsoniorum varios apparatus animo suo circumfert, merum auidè bibit, ventrémque plus quàm natura ferre possit onerat? Qui denique rationis scintillam extinguit, affectuũ verò pyram hac materia magis incendit? atque immodicum & intemperans voluptatis studium quàm maximè inflammans, iram per ea, quæ illius feruori seruiunt, exacuit, & rationem hominis gubernatricem affectuũ seruitio subiicit, eámque quæ domina facta est, ventris famulã reddit: & eam quæ hominis principatũ à conditore accepit, ad mancipiorum cupiditates detrahit, principẽ subditis captiuum tradit, aurigam equis distrahendum præbet, facítque vt gubernator clauum non amplius tenere, nec nauim totam regere possit, sed affectuum procellis, quæ nauim per præceps abripiunt, & fluctibus mergunt, permittat? Qui igitur talis fuerit, non prudentiæ modò expers, verùm etiam omniuariis intemperantiæ vitiis est addictus. Neque tantùm fortitudine spoliatus, sed & ab inimicis affectibus in seruitutem redactus est, non modò fortitudine priuatus, sed & ab hostilibus affectibus est mancipatus. De iustitia verò quid hîc dicere attinet, cùm & ipsi aduersarij fateantur, eum qui vt multa possideat concupiscit, iniustũ & iustũ discrimen non velle agnoscere? Qui enim tales sunt, iis inordinata, infinita, & indiscreta sunt omnia. Quòd ergo qui diuitiarum auxilio vtuntur, virtutem difficulter consequi possint, vel contentiosissimis quibusuis ex iis quæ modò dicta sunt perdiscere licet. Paupertatem verò philosophiæ adiutricem esse, & non aliter quenquam perfectam virtutem consequi posse, mox discemus. Primo enim necessariorum penuria affectus rationi subiici cogit, & illos nec intumescere, nec menti gubernatrici & dominæ recalcitrare permittit, quod delicatis & ventri seruientibus plerumque contingit. Deinde anima, cum superfluis liberata oneribus, & à curis externis expedita, quiete & tranquillitate summa fruitur, in seipsam respiciens, propriã suam

A φορτίων διὰ τοῦτο ἀκωλύτως γαστριζόμενος, καὶ συμποσίοις προσκείμενος, καὶ συοῖπα κατασκευάζων, καὶ σιτάδοι καὶ τραπέζης ἀναστρεφόμενος, καὶ σιτοποιοῖς, καὶ ὀψοποιοῖς, καὶ ποπάνων δημιουργοῖς, καὶ οἴνοις ἀνθοσμίας, καὶ φιάλας, καὶ κύλικας, καὶ ἐκπωμάτων εἴδη πάντοδαπὰ, καὶ ὄψων ποικιλίαν ἐν τῇ ὀψωνίᾳ περιφέρων, καὶ χαυδὸν τὸν ἄκρατον πίνων, καὶ πρὸς τοῦτο τὴν γαστέρα φορτίζων; καὶ τοῦ μὲν λογικοῦ τὴν ἀπυθῆ καὶ καταφλεγμένην, αὔξων δὲ τῇ ὕλῃ τῶν παθῶν τὸν πυρὰν; καὶ τὸ μὲν ἀκόλαστον ἡδονὴν ὅτι πλείστην ἐξαπῶν,

B τὸ δὲ θυμοῦ καὶ τῶν ἀφροσυνούτων εἰς ἀκμὴν παροξύνων, καὶ δοῦλον τοῦ παθῶν τὸ ἡγεμόνα ποιῶν, καὶ τῆς γαστρὸς ὑπηρέτην τὸ δεσπότην ἐργαζόμενος, καὶ εἰς ἀνθρωποδώδη καταύρων ὀπὴν θυμίας τὸ τοῦ ζώου τὴν ἡγεμονίαν παρὰ τὸ πεποιηκότος δέξάμενον, καὶ αἰχμάλωτον παραδιδοὺς τοῖς ὑπηκόοις τὸ ἄρχοντα, καὶ καταύρεας τοῦ ἰωλοχον παρὰ τοὺς ἵππων παρασκευάζων, καὶ τὴν κυβερνήτην τοῦ οἰάκων οὐκ ἐπὶ ἔχειν, ἀλλὰ πᾶσι τὸ σκάφος ἰθύνειν, ἀλλὰ πᾶσι τῶν παθῶν πελαγίαις ἀνιδόναι βαπτίζουσας τὸ σκάφος, καὶ αὐτὸ ὑποβρύχιον ἐργαζομέ-

C νας; οὕτω καὶ ὁ τοιοῦτος οὐ μόνον φρονήσεως ἄμοιρος, ἀλλὰ καὶ πάντοδαπῆς ἀκολασίας περισκέλμενος, οὐ μόνον ἀνδρίας γεγυμνωμένος, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῶν πολεμίων παθῶν ἀνδραποδισμένος. Περὶ μὲν δικαιοσύνης τί δεῖ καὶ λέγειν, καὶ αὐτῶν τῶν ἀπλεγόντων συνομολογούντων, ὡς ὁ τὸ πλείονος ἐφιέμενος κτήσεως, ἀδίκου καὶ δικαίας διαφορᾶς οὐκ ἐθέλει γνωρίζειν, ἀλλὰ τοῖς τοιούτοις ἄπακτα, ἀόριστα, ἀδιάκριτα πάντα. Ὅτι μὲν οὖν οὐ ῥᾴδιον πλούτῳ συνεργῷ κεχρημένους κατορθῶσαι τὴν ἀρετὴν, καὶ τοῖς λίαν ἐνιστικοῖς ῥᾴδιον οὐκ ἂν εἰρημένων

D καταμαθεῖν. ὅτι δὲ ἡ πενία φιλοσοφίας ἐστὶ συνεργὸς, καὶ οὐδεὶ ἂν ἄλλως τις τὸ τελεωτάτην κατορθώσειν ἀρετὴν, αὐτίκα μαθησόμεθα. πρῶτον μὲν γὰρ τῶν ἀναγκαίων ἡ ἀσθενὴς ὑποκλίνεσθαι τῷ λογικῷ τὰ πάθη καταναγκάζει, καὶ φλεγμαίνειν οὐκ ἐᾷ, καὶ κατὰ τοῦ ἰωλόχου σκιρτᾶν, ὃ τοῖς τρυφῶσι καὶ γαστριζομένοις συμβαίνει. ἔπειτα, ἡ ψυχὴ τῶν περιττῶν φορτίων ἀπαλλαττομένη, καὶ τῶν ἔξωθεν θορύβων ἐλευθέρα τυγχάνουσα, καὶ ἡσυχίας ἀπάσης καὶ γαλήνης ἀπολαύουσα, εἰς ἑαυτὴν γενομένη, τό, τε οἰκεῖον

ἀξίωμα καθορᾷ, καὶ τῶν ὑπηκόων παθῶν τὴν A dignitatem contemplatur, & subditorum sibi affectuum seruitutẽ agnoscit: tum etiam imperium tenens, subditis moderationis & ordinis leges præscribit, & vtriusque, tam iræ quàm cupiditatis, rebellionem alternis earumdem vicibus punit & reprimit. Et nunc quidem iræ affectu intumescente concupiscentiam excitat, & illius vehementiam huius mollitia dissoluit: nunc verò, mutato & translato puniendi officio, iræ affectu aduersus hanc vtitur, & flagello vehementiorem concupiscentiæ motum coërcet. Rursus autem labores quoque rationi ad affectuũ moderationem subseruiunt. Inopiæ enim necessitas ad laborum studia excitat, & necessariorum penuria labores exhibet: laborum verò ærumna affectus tabefaciens, & materiã illorum consumens, eos intumescere non permittit. Quid ergo ingratus esse pergis, cùm paupertatem iustis coniũctam esse vides, & virtutis instrumentum conuitiis laceras? perinde faciens, ac si quis thronos, & gradus, & lectos, ianuas itẽ & omnem ædificiorum elegantiam collaudet, fabri autem & architecti instrumenta vituperet, & securi, terebro, aliísque, quorum opera omnis illa structura conficitur, conuitia ingerat. Porrò quòd virtus per paupertatem faciliùs quàm per diuitias acquiri & cõparari possit, ipsi etiam impietatis alumni testantur. Testantur idem quotquot apud Græcos sapientiæ cultores fuerunt, & naturæ lege vsi sunt. Per paupertatem enim omnes isti moralem virtutem comparauerunt, ídque cùm diuina oracula non audierint, quæ palàm clamant: *Si quis non renunciat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus.* Luc. 14. Ad doctrinam tamen & eruditionem natura ipsis suffecit. Diuina quippe Lex non nouas traditiones affert, sed naturæ leges in memoriam reuocat, & naturæ scripturas, quas temporis diuturnitas hominum negligentia corrupit, naturæ conditor per præcones suos rescribit. Cùm ergo Socrates, Diogenes, Anaxarchus, & qui horum fuerunt similes, moralis virtutis desiderio moti, opes suas quas possidebant reiecerint, & paupertate ad præstantissimã virtutis possessionem adiutrice vsi sint, ídque cùm circa veritatem doctrinæ cæci fuerint, & regnum cælorum non expectarint, nec

δουλείαν γνωρίζῃ. ἐν τῇ ἡγεμονίας ἐχομένη, νομοθετεῖ τοῖς ὑπηκόοις τὴν σύταξίαν, καὶ κολάζῃ δι' ἀλλήλων ἀμφοτέρων τὴν ἀπαξίαν. καὶ νῦν μὲν ἐπανίσησι τὸν ὀπτυμίδη φλεγμαίνοντι τῷ θυμῷ, καὶ σοῦτονον τῇ ἑαυτῆς μαλακότητι ἀμαλύῃ· νῦν δὲ μεταθῆσι καὶ ἑαυτῆς τὴν τῆς ὠμοείας οἰκονομίαν, καὶ τῇ μάσιγι τὸ θυμοῦ συσέλλει ἑαυτῆς τὴν ὀπὶ σοῦ πορεύσω φοράν. σπουδάσει δὲ πάλιν τῷ λογισμῷ πρὸς τὴν τῶν παθῶν σύταξίαν οἱ πόνοι· ἡ γὰρ τῆς ἐνδείας ἀνάγκη, πρὸς φιλοπονίαν ἐγείρει. καὶ τῶν μὲν ἀναγκαίων ἡ σπουδὴ προσφέρει τοὺς πόνους, ἡ δὲ τῶν πόνων παλαιπωρία, τὰ πάθη μαραίνουσα, φλεγμαίνειν οὐκ ἐᾷ, διαπνοὴν τὰς ὕλας. τί τοίνυν ἀηδιεῖς τοῖς δικαίοις τὴν πενίαν σπουδαζομένην ὁρῶν, καὶ τῆς ἀρετῆς ὄργανον διαβάλλεις; ὅμοιον ποιῶν, ὥσπερ ἂν εἴ τις θρόνους μὲν ἐπαινοίη, καὶ βάθρα, καὶ κλίνας, καὶ θύρας, καὶ οἰκοδομημάτων κόσμον, τὰ δὲ τοῦ οἰκοδόμου καὶ τέκτονος ὄργανα σκώπτοι, καὶ μέμφοιτο τὸν σκεπάρνῳ, καὶ τὸν τερέτρῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις, δι' ὧν ἐκεῖνον ἕκαστον γίνεται. Ὅτι δὲ ῥᾷον διὰ πενίας μᾶλλον, ἢ πλούτου, τὴν ἀρετὴν κατορθῶσαι, μαρτυροῦσι μὲν τῆς εὐσεβείας οἱ ἔθνιμοι, μαρτυροῦσι δὲ καὶ οἱ παρ' Ἕλλησι σοφίας ἐρασθέντες, καὶ τὸν τῆς φύσεως νόμον μόνον διδασκάλῳ χρησάμενοι. διὰ πενίας γὰρ ἅπαντες τὴν ἠθικὴν κατώρθωσαν ἀρετὴν, καὶ ταῦτα τῶν θείων οὐκ ἐπακούσαντες λογίων, τῶν ἀπὸ κῆρυξ βοώντων, ἐὰν μή τις ἀποτάξηται πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτῷ, οὐ δύναται μου εἶναι μαθητής. ἀλλ' ὅμως ἤρκεσεν αὐτοῖς εἰς διδασκαλίαν ἡ φύσις. καὶ γὰρ ὁ θεῖος λόγος οὐ καινὰ προσφέρει παραδείγματα, ἀλλὰ τὰ τῆς φύσεως νόμων ἀναμιμνήσκει, καὶ ἃ διέφθειρεν ὁ χρόνος διὰ τῶν ἀθέσμων ῥᾳστώνην τῆς φύσεως γράμματα, ταῦτα ὁ τῆς φύσεως ποιητὴς διὰ τῶν οἰκείων ἀναγράφει κηρύκων. εἰ τοίνυν καὶ Σωκράτης, καὶ Διογένης, καὶ Ἀνάξαρχος, καὶ οἱ τούτοις παραπλήσιοι, τῆς ἠθικῆς ἀρετῆς τὴν κτῆσιν ποθήσαντες, τὸ πλούτου τὴν κτῆσιν ἀπώσαντο, καὶ πενίαν τὴν ἀγαθῆς κτήσεως ἔλαβον σύμβουλον, καὶ ταῦτα τυφλώττοντες περὶ τὴν τῶν δογμάτων ἀλήθειαν, καὶ βασιλείαν οὐρανῶν οὐ προσδοκῶντες, καὶ

veri illius & ſummi boni tenuerint notitiam, quid tu paupertatem accuſas, ô amice, per quam virtutis curſus facilis, & aſpera illa ac ardua via per eam incedentibus expedita & plana redditur? Hęc autem dicimus, non quòd diuitias accuſemus, vel malum malo repellere ſtudeamus, (ſi enim diuitiæ per ſe malæ dicantur, blaſphemia in illarum largitorem redundat) ſed diuitias ſimul & paupertatem, tanquam materiam quandam vel inſtrumenta, à rerũ opifice hominibus propoſita eſſe dicimus: homines verò, ceu fabros quoſdam, per hæc aut virtutis ſimulacrum effingere, aut malitiæ ſtatuam exculpere. Cæterùm per diuitias vix aliquis paucula quædam virtutis membra elegantèr exculpet: multi verò paupertate adiuti omnia ſimul fabricare poſſunt. Ne ergo paupertatẽ dicteriis proſcindamus, quæ virtutis parens eſt: nec etiam opes conuitiis laceremus, ſed eos qui his perperam abutuntur, accuſemus. Nam & ferrum hominibus datum eſt, vt ædificantibus, agricolis, & nauium fabricatoribus cooperetur, & alias humanæ vitæ artes adiuuet. Qui verò in ſe mutuò graſſantur, illud neceſſariis dumtaxat vſibus ſeruire non permittunt, ſed mutuas etiam cædes per illud perpetrant. Non tamen idcircò ferrum culpamus, ſed eorum qui hoc abutuntur, deteſtamur malitiam. Similiter vini vſus hominibus ad lætitiam, non ad deſipientiam vel inſaniam conciliandam datus eſt. Qui verò intemperantiæ ſtudent, & ebrietati intabeſcunt, lætitiæ genitorem deſipientiæ patrem faciunt. Cæterùm nos iuſtum in his calculum ferentes, eos quidem qui diuino munere abutuntur, vinoſos, ebrios, & malos nominamus: vinum ceu diuinitùs collatum munus admiramur. Idem de diuitiis harúmq; poſſeſſoribus iudiciũ feramus, & diuitias quidẽ omni culpa & crimine liberemus: illos verò, ſi quidem harum diſpenſatores iuſti fuerint, maximis præconiis ornemus: ſi autem, inuerſo rerũ ordine, ipſi diuitiis ſeruierint, illarum nimirùm iuſſa in omnibus exequendo, & omne ſeruitium malum ſubeundo, iniquitatis illos accuſemus: quòd nimirùm, cùm domini conſtituti ſint, dominium illi corruperunt, & herilem poteſtatẽ ſeruitute permutarunt. Sed dicat forſitan aliquis illorum, qui ni-

A Τὸν ἀγαθὸν ἀκριβῶς μὴ εἰδότες, τί τ' πενίας ὦ φιλότης κατηγορῆς, δι' ἣν ὑπόεργος τ' ἀρετῆς ὁ δρόμος, καὶ ἡ τραχεῖα & τεθεσπρώτης ὁδὸς ὑπτία καὶ ῥᾳδία τοῖς μύοισι γίνεται; καὶ ταῦτα φαμὲν, οὐ τ' πλούτου κατηγοροῦντες, οὔτε κακῶ τὸ κακὸν ἰώμενοι· εἰ γὰρ πονηρὸς ὁ πλοῦτος, ἡ βλασφημία κατ' τ' δεδωκότος χωρεῖ· ἀλλὰ πλοῦτον μὲν & πενίαν, οἷ ὕλας τινὰς, ἢ ὄργανα, τοῖς ἀνθρώποις τοῦτο τ' πεποικότος τεθεσπρῶσθαι φαμὲν, ἀφ' ὧν αὐτῶν τοὺς μὲν ἀνθρώπους, οἷόν τινας δημιουργοὺς, ἢ τὸ τ' ἀρετῆς ἄγαλμα ἀφαπλάττειν, ἢ τ' τ' κακίας ἐκτυποῦν ἀνδριάντα. Ἀλλὰ ἀφ' μὲν πλούτου, μόλις ἂν ὀλίγα τῆς ἀρετῆς εἰς κάλλος ἀφεγλύψε μέρια, ἀφ' ὧν πενίας, & πολλοῖς καὶ πρώτοις δημιουργεῖν ἔστι δυνατόν. μὴ τοίνυν σκώπτωμεν τ' πενίαν τ' ἀρετῆς τὴν μητέρα, μήτε μὴν τ' πλοῦτον ἀφαδῶμεν, ἀλλὰ τ' ὄχλον εἰς δέον τούτω χεχρημένων κατηγορήσωμεν. ἐπεὶ καὶ ὁ σίδηρος ἐδόθη μὲν τοῖς ἀνθρώποις, οἰκοδομίας, καὶ γεωργίας, καὶ ναυπηγίας συνεργὸς, & τ' ἄλλων τεχνῶν τ' κατ' τ' βίον ἐπίκουρος. οἱ δὲ κατ' ἀλλήλων λυττῶντες, οὐκ ἐῶσι τοῦτον μόνον τ' αἰχμὰς χρείας ὑπηρετεῖν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀλλήλων σφαγὴν δι' αὐτοῦ μηχανῶνται. οὐ μὴν ἀφ' τούτου τοῦ σιδήρου κατηγορήσωμεν, ἀλλὰ τ' κακῶς κεχρημένων τὴν πονηρίαν ἀφαιρήσωμεν. Οὕτως ἡ τοῦ οἴνου χρῆσις ἐδόθη μὲν τοῖς ἀνθρώποις εἰς εὐφροσύνην, ἀλλ' ὑ τεθαφροσύνην καρδίας· οἱ δὲ τὴν ἀμετρίαν τιμῶντες, καὶ οἰνοφλυγίᾳ τεθεστετηκότες, τὸν εὐφροσύνης γεννήτορα, τεθαφροσύνης ποιοῦσι πατέρα. ἀλλ' ἡμεῖς τῇ δικαίᾳ ψήφῳ δικάζοντες, τοὺς μὲν κακῶς τοῦ θείου δώρου χρωμένους, οἰνόφλυγας, καὶ μεθύσους, καὶ πονηροὺς ἀποκαλοῦμεν, τ' δὲ οἶνον ὡς θεόσδοτον δωρεὰν θαυμάζομεν. Οὕτω ποιήσωμεν & τοῦ πλούτου καὶ τοῖς χρωμένοις δικάζωμεν, & τ' μὲν, τ' κατηγορίας ἐξέλωμεν, τοὺς δὲ, εἰ μὴ οἰκονόμοι τούτου δίκαιοι γένοιντο, τ' μεγάλας στεφανώσωμεν εὐφημίας· εἰ δὲ τὴν τάξιν ἀμείψαντες, δοῦλοι τ' πλούτου φανεῖεν, πολλῶ & κεκλυόμενον ὁρῶντες, & πάσαν πονηρὰν ἀφορμὴν μετιόντες, τὴν πονηρίας χραφὴν κατ' αὐτῶν εἰσενέγκωμεν, ὅτι δεσπότας χρηστοηθέντες, τὴν ἡγεμονίαν διέφθειραν, καὶ τὴν δουλείαν τῆς δεσποτείας ἠλλάξαντο. Ἀλλ' ἴσως αὖτις εἴποι τὼ μό-

νον τοῖς καλῶς λεγομένοις ἀντιλέγειν ὀφείλομεν, τίνος χάριν οὐ πᾶσιν ἀνθρώποις τὸν πλοῦτον ὁ κτίστης ἐδωρήσατο, ἀλλὰ τοῖς μὲν πλοῦτον συνέζευξε, τοῖς δὲ πενίαν συνεκλήρωσε, καὶ πολλῆς ἀνωμαλίας πλήρη τὸν βίον πεποίηκεν. ὃν ἡδέως ἂν ἐροίμην, τί δήποτε τοῖς τοῦ σώματος μέλεσιν, οὐ τὸν αὐτὸν ἅπασι δέδωκεν ὁ δημιουργήσας ἐνέργειαν, ἀλλ' ὀφθαλμοῖς μὲν χρωμάτων καὶ σχημάτων διάκρισιν ἐνεχείρισεν, ἀκοαῖς δὲ φωνῶν καὶ ψόφων εἰδέναι διαφοράν, ταῖς δὲ ῥισὶν ἀτμοὺς ἀντιλαμβάνεσθαι, καὶ τοῦ ἡδέως ὄζοντος τὸν δυσώδη διακρίνειν, τῇ δὲ γλώττῃ παρασχεῖν τὰς τῶν γεύσεων ποιότητι δικάζειν, καὶ γλυκέος καὶ ὀξέος, δριμέος τε καὶ πικροῦ, καὶ πιμελώδους τὸ διάφορον εἰδέναι. καὶ τοῖς μὲν ποσὶ τὴν βαδιστικὴν δέδωκε δύναμιν, ταῖς δὲ χερσὶ τὴν πανποδαπὴν ἀπένειμεν ἐργασίαν. καὶ γαστέρα μὲν ἔφησε δοχεῖον, ἧπαρ δὲ ἔφησε καθαρτήριον, ἐγκέφαλον δὲ μυελῶν θησαυρόν, πηγὴν δὲ θερμότητος τὴν καρδίαν. καὶ ταῖς μὲν ἀρτηρίαις ἀναπέκλασε τὸ πνεῦμα, ταῖς δὲ φλέβας ἀγωγοὺς ἀπέφηνεν αἵματος, καὶ ἄλλῳ ἄλλην ἐνέργειαν ἐνέφυσε μορίῳ. καὶ μὴν ἅπαντα τὰ εἰρημένα, καὶ ὅσα σιγῶνται, εἰς ἑνὸς σώματος συντελεῖ τελειότητα· ἀλλ' ὅμως ἕκαστον καὶ ἴδιόν τι πεπίστευται, καὶ τῷ κοινῷ συντελεῖ. ὄψις μὲν γὰρ ποδηγεῖ μὲν τοὺς πόδας, καὶ τὸ λεῖον αὐτοῖς ὑποδείκνυσι, καὶ τῶν τραχυτέρων ἀποτρέπει χωρίων, φέρεται δὲ ὑπὸ ποδῶν. καὶ ἀκοὴ δὲ κτύπους δεχομένη, διεγείρει τὴν ὄψιν εἰς θεωρίαν, ἀφ' ἧς τῆς ὄψεως μανθάνει τῶν κτύπων τοὺς ποιητάς. καὶ ἵνα τῇ ἀποστολικῇ μαρτυρίᾳ τοὺς εἰρημένους βεβαιώσωμεν λόγους, οὐ δύναται ὀφθαλμὸς εἰπεῖν τῇ χειρί, χρείαν σου οὐκ ἔχω, ἢ πάλιν ἡ κεφαλὴ τοῖς ποσί, χρείαν ὑμῶν οὐκ ἔχω· ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον τὰ δοκοῦντα μέλη τοῦ σώματος ἀσθενέστερα ὑπάρχειν ἀναγκαῖα ἐστί, καὶ ἃ δοκοῦμεν ἀτιμότερα εἶναι, τούτοις περισσοτέραν ἡμῖν περιτίθεμεν. καὶ οὐδεὶς ἐδυσχέρανε πώποτε, διάφορον βλέπων ἐν τοῖς μέλεσι τὴν ἐνέργειαν, εἰ μὴ κωμῳδῶν παῖδες· ἀλλὰ καὶ τέρψει, καὶ θαυμάζεται τὸν ποιητήν, οὕτω σοφῶς ἕκαστα διακρίναντα, καὶ ἑκάστῳ τὴν ἁρμόττουσαν ἐπινείμαντα χρείαν, καὶ τὴν ἰδίαν

Nihil aliud quàm benè dictis obstrepere norunt, quamobrem non cunctis hominibus diuitias possidendas rerum conditor largitus est, sed his quidem diuitias copulauit, illis verò paupertatem quasi sorte addixit, vitámque hanc inæqualibus admodum & imparibus conditionibus repleuit. Quem & ego lubens interrogauerim, cur non omnibus corporis nostri membris vnam & eamdem vim rerum opifex indiderit: sed oculis quidem colorum & figurarũ iudicium commisit, auditum verò vocum & sonorum discrimina cognoscere voluit, nares autem vt vapores excipiant, & suauem odorem à fœtore discernant, linguam item vt gustu sapores diiudicet, dulcis & acerbi, acris & amari & pinguioris discrimen deprehendat, instituit: & pedibus quidem incessus potentiam concessit, manibus verò omniuariam operationem ceu sorte distribuit. Ventrem alimenti receptaculum, iecur verò eiusdem purgatorium, cerebrum medullarum thesaurum, caloris autem fontem cor cõstituit. Arteriis porrò spiritum inclusit, venas autẽ sanguinis canales fecit, singulis item membris diuersa operationum ingenerauit officia. Atqui omnia quæ modò dicta sunt, sed & ea quæ silentio præteriuimus, ad vnius torporis perfectam fabricã seruiunt: interim tamẽ singulis aliquid propriæ functionis cõmissum est, & in commune illud singula conferunt. Visus quidẽ pedes ducit, & viæ planitiẽ illis monstrat, & ab asperioribus locis auertit, ipse autẽ à pedibus fertur. Auditus quoque dum sonos percipit, visum ad videndum excitat, idem autem per visum sonorum auctores cognoscit. Et vt Apostolico testimonio quæ modò dicta sunt confirmemus, non potest oculus dicere manui, Non est mihi opus te: & rursum caput pedibus, Non est mihi opus vobis. imò multo potiùs quæ videntur membra corporis imbecilliora esse, necessaria sunt: & quæ putamus minùs honesta esse, his honorem vberiorem apponimus. Nec vnquam aliquis indignatur diuersam in membris operationem cernens, nisi valdè desipiat: quin potiùs Creatorem amat & admiratur, qui tam sapienter singula discreuit, & singulis commodam & idoneam alicuius officij functionem cõmisit, eámq; quæ singulis propria erat, toti corpori

1. Cor. 12.

communem fecit. Nec enim visus solus visibilium sensu fruitur, nec solus auditus sonis iuuatur, vt non solum os sapores, nec solus nasus odores, nec soli pedes incessum, nec solæ manus operationes, nec solus venter alimentum, nec solum cor calorem, nec solum cerebrum sentiendi affectionem percipit: sed peculiarem quidem & propriã vim singula habent, vsum verò & vtilitatem omnem in commune conferunt. Et hoc quidem totum corpus calore fouet, hoc totum nutrit, illud verò alium quæstum aliquem, quasi tributum, animato corpori affert. Et operationis varietas in omnia quidem corporis membra diuisa est, singula verò mutuum à se inuicem fructum percipiunt, & communis omnium vsus est. Nec auditus indignatur quòd non videt, nec oculus audiendi sensus destitutus dolet: sed singula hæc naturæ limites studiosè obseruant, & tributum, quod ab initio ipsis iniunctum est, persoluunt. Tu verò multùm indignaris, quòd non omnes homines diuitiarum vndis affluunt, & domos splendidas inhabitant, & tunicarum palliorúmque splendore corpus exornant, & equis mulisque vecti magna præcursorum & asseclarum ac famulorum turba ministeriis addicta gaudent, tum etiam auro intertextas spondas, lectúmq; mollem & fluxum, & miros obsoniorum apparatus, & varia voluptatum inuenta, ac vndique affluentes atque voluptatem incendentes delicias possident. At quo pacto aliquis temperantiã conseruet, qui tot contra ipsam hostes concitat? qui illam omnibus tam animæ quàm corporis partibus expellit? Quomodo prudentiæ habitum conquirat homo, qui tot sarcinis rationem obruit? Sed quid hîc temperantiam, iustitiam, fortitudinem, & prudentiam dicere attinet, quarum ne nomina quidem isti audire possunt? Quomodo item omnes simul diuitiarum possessione fruantur, si eiusdem conditionis & sortis fuerint? Quo pacto denique, si æquales omnes sint, & omnes opibus similiter abundent, necessariorum inopiam & vsum homines sarcient? Aut quis, si eadem cum reliquis omnibus opum abundantia instructus sit, alteri seruire volet? Quis, inquam, foco assidere, obsonia parare: quis item panes coquere, aut mola triticum contere-

A κοινὴν ποιησάμενον. οὔτε γὰρ ὄψις μόνη τῶν ὁρατῶν ἀπολαύει, οὔτε ἀκοὴ τῶν ἀκουστῶν, οὔτε στόμα τῶν χυλῶν, οὔτε ῥὶς τῶν ὀσφρήσεων, οὔτε οἱ πόδες βαδίσεως, οὔτε ἐργασίας αἱ χεῖρες, οὔτε ἐγκέφαλος ἡ γαστὴρ, οὔτε θερμότητος ἡ καρδία, οὔτε αἰσθήσεως ὁ ἐγκέφαλος· ἀλλ' ἰσάζουσιν μὲν ἕκαστον ἔχει τὴν ἐνέργειαν, τῷ δὲ κοινῷ συνεισφέρει τὴν ὠφέλειαν. καὶ τὸ μὲν, ἅπαν θερμαίνει τὸ σῶμα, τὸ δὲ, ἅπαν τρέφει· τὸ δὲ, ἄλλον τινὰ φόρον πρὸς τὴν συσφέρει τῷ ζώῳ. καὶ τὸ ποικίλον τῆς B ἐνεργείας, εἰς ἅπαντα μὲν τὰ τοῦ σώματος μεμέρισται μέλη, ἀπολαύει δὲ ἀλλήλων πάντα, καὶ γίνεται ἡ χρεία κοινή. καὶ οὔτε ἀκοὴ ἀγανακτεῖ μὴ ὁρῶσα, οὔτε ὀφθαλμὸς δυσχεραίνει τῷ μὴ ἀκούειν, ἀλλ' ἕκαστον σέβει τοὺς ὅρους τῆς φύσεως, καὶ τὴν εἰσφορὰν ἀποδίδωσιν, ἣν ἐξ ἀρχῆς φέρειν ἐτάχθη. σὺ δὲ λίαν ἀγανακτεῖς, ὅτι μὴ πάντες οἱ ἄνθρωποι τοῖς τοῦ πλούτου ῥεύμασι συνεκλύζονται, καὶ οἰκίας οἰκοῦσι λαμπρὰς, καὶ χιτώνων καὶ ἐφεστρίδων συνεφαπλοῖ κοσμοῦσι τὸ σῶμα, καὶ ἐφ' ἵππων καὶ ἡμιόνων ὀχούμενοι, πολλοὺς ἔχουσι τοὺς ἡγουμένους, καὶ ἑπομένους, καὶ θεραπόντων C ἑσμὸν ταῖς θεραπείαις ἀφθονοῦντα, καὶ κλίνας χρυσοπάστους, καὶ στρωμνὴν μαλακὴν καὶ ἁβρύνουσιν, καὶ ὀψοποιῶν μαγγανείας, καὶ ἡδονῶν ἐπινοίας, καὶ χλιδὴν πάντοθεν συσφεομένην, καὶ τὰς ἡδονὰς ἐξάπτουσιν. καὶ πῶς ἂν τις ἐκτήσατο σωφροσύνην τοσούτοις αὐτῇ πολεμίοις ἐγείρων; ἐξ ἁπάντων αὐτὴν τῆς τε ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος ἐξελαύνων μορίων; πῶς δ' ἂν φρονήσεως ἐν ἕξει γένοιτ' ἂν ἄνθρωπος, τοσούτοις φορτίοις τὸ λογικὸν καταχωννύς; καὶ τί δεῖ λέγειν σωφροσύνην, καὶ δικαιοσύνην, καὶ ἀνδρείαν, καὶ φρόνησιν, ὧν οὐδὲ τὰς προσηγορίας ἀκούειν ἀνέχονται; πῶς ἂν ὁ πλοῦτος ὑπ' ἀπόντων ἐκτήθη, πόντων ὁμοτιμία τεθυμημένων; πῶς δ' ἂν ἰσονομίας οὔσης, καὶ χρημάτων ὁμοίως ἅπαντες εὐπορεῖν τυγχάνοντες, τὰ ἀναγκαῖα ἀπήλαυνε; ἢ τίς ἂν ὄψον κοινὸν ἠνέγκατο, τὸν αὐτὸν ἔχων πρόσοδον; τίς ἐχάρη προσεδρεύειν, καὶ ὅλα κατασκευάζειν, ὑπ' ἀναγκαζόμενος ἐνδείας; τίς ἄρτοποιὸν, ἢ μύλην τὸν σῖτον ἀλήθειν,

ἦν, ἢ διακρίνειν κοσκίνῳ τὰ ἄλευρα, A re, & farinas cribro discernere, pinsere, coquere, & ignis calorem ferre, nisi inopia & egestate cogatur, sustinebit? Quis verò boues aratores sub iugum misit, & terram nouis sulcis secuit, sementem fecit, eandémque vbi germinauit & excreuit falce demessam in aream transuexit, & à paleis separauit, quem non paupertas ad labores sustinendos compulerit? Quis porrò lapicidinis assedit vnquam, & lapidum materiam ædificiis struendis exhibuit, domúsque benè & eleganter concinnatas extruxit, nisi qui paupertate extimulatus opus facere coactus est? Quis nauticam artem? quis marinam negotiationem? quis nauticam in laboribus assiduitatem? quis textoriam? quis sutoriam? quis figulinam & ferrariam exercuit? Si enim æqualis esset opum possessio, nequaquam illa alium alij inseruire permitteret, sed inter duo hæc alterutrũ contingeret necessariò. Nam aut singulis omnes artes tenendæ & obeundæ essent, aut omnibus simul necessariorum penuria foret periclitandum. Quòd verò vnum aliquem omnes hominum artes addiscere impossibile sit, non vtique multis rationibus demonstrare opus est: nam ipsa nobis experientia locupletissimum eius rei fert testimonium. Si quis enim vel duas tãtùm simul discere instituat, vtramque perdit, cùm vtraque alteri noceat. Mẽs enim in diuersarum partium studia distracta, cùm vtramque simul apprehendere non possit, particulas quidem aliquot ex ambabus elicit, exactam verò & perfectam cognitionem nec vnius quidem assequitur. Reliquum ergo est, quòd si omnes æquali opũ abundantia donandi fuissent, eadem illa interitus causam attulissent, idémq; nobis contigisset, quod iis qui edẽdi voluptatem & appetitum nimia saturitate perdunt. Nam & illi obsoniorum assiduo esu appetitum hebetant, & hi propter opum amorem & studium, necessariorum quoque penuriã sibi ascisce concupiscunt, & diuitiis iunctum interitũ paupertati cum vita coniunctæ præferunt. Sed hos quidem delirare sinamus: nos verò hinc quoque Dei erga nos curam demonstremus, & quam ipsi inæqualitatem vocant, iucundissimæ vitæ causam, & optimæ politiæ fundamentum esse ostendamus. Demonstrabitur quippe, quòd summus ille

καὶ μάτειν, καὶ πέπειν, καὶ πυρὸς ἀνέχεσθαι φλέγοντος; τίς δ' ἂν βοῦς ἀροτῆρας ὑπὸ ζυγὸν ἤγαγε, καὶ γῆν ἀνεσύρησε, καὶ σπέρματα κατέβαλε, καὶ βλαστήσαντα καὶ ἀκμάσαντα τεμὼν, τῇ ἅλῳ παρέδωκε, καὶ τῶν ἀχύρων ἀπέκρινε, μὴ τῆς πενίας ὑπὸ τοὺς πόνους ὠθούσης; τίς δ' λιθοτομίας παρεσήρθυσε, καὶ τῶν λίθων τὰς ὕλας τὰς οἰκοδομίας παρεσήνεγκε, καὶ δι' ὅλου καλῶς συναρμόσας τὰς οἰκίας ἐτεκτήνατο, μὴ τῆς ἀνδρίας B
ναυτιλούσης, καὶ παρὰς ἐργασίαν κινούσης; τίς δ' ναυτικὴν μετελήλυθε τέχνην; τίς δὲ κυβερνητικὴν ἐμπορίαν, καὶ ναυτικὴν φιλοπονίαν; τίς ὑφαντικὴν καὶ σκυτοτομικήν; τίς κεραμευτικὴν, καὶ χαλκευτικήν; Εἰ γὰρ ἴσην ἦν τῶν χρημάτων ἡ κτῆσις, οὐκ ἦν ἄλλα ἄλλην ἑτέρῳ τὸν ἕτερον· ἀλλὰ δυοῖν θατέρου ἀνάγκη, ἢ τῶν ἀνθρώπων ἕκαστον πᾶσαν μιᾷ σπουδῇ μετιέναι τὴν περὶ τὴν χεῖρον τέχνην, ἢ ἅπαντες εἰς ταὐτὸ τῇ σπουδῇ τῶν ἀναγκαίων διεφθάρημεν. ὅτι γὰρ πάσας δυνατὸν ἕνα μετελθεῖν τέχνας τῶν ἀδυνάτων, οὐ δεῖ λόγων, μαρτυρούσης τῆς πείρας. δύο γὰρ εἴ τις ἅμα ταὐτὸ μαθεῖν ἐθελήσειεν, ἀμφοτέρας ἀπόλλυσι, θατέρας τῇ ἑτέρᾳ λυμαινομένης. εἰς ἅμφω γὰρ ἡ διάνοια μεριζομένη, καὶ ἀμφοτέρων ἐπιλαβέσθαι μὴ δυναμένη, μικρὰ μὲν ἑκατέρων ἐκμάττεται μόρια, ἀκριβῆ δὲ καὶ τελείαν οὐδὲ μιᾶς τὴν γνῶσιν εἰσδέχεται. ὑπολείπεται τοίνυν ἅπασιν πᾶσι μὲν ἐξ ἴσου πολυανθρώπῳ διαμονὴν, διὰ τὴν ἴσην τῶν χρημάτων διάθεσιν, καὶ συμβιῶναι ταὐτὸν τοῖς τῶν κόρων τῶν σίτων τὴν ἡδονὴν ἀφαιρίζουσι. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι τῇ συνεχείᾳ τῶν ὄψων τὰς ὀρέξεις ἀμβλύνουσι· καὶ οὗτοι, διὰ τὸν τῶν χρημάτων ἔρωτα, καὶ τῶν ἀναγκαίων ἀνδρεῖς γίνεσθαι πεφύκασι, καὶ τὸν μετὰ χρημάτων ὄλεθρον τῆς μετὰ πενίας παρέχουσι ζωῆς. ἀλλὰ τούτοις μὲ λανθάνειν καταλείπωμεν, ἡμεῖς δὲ καὶ ἐνταῦθα τὴν τοῦ θεοῦ κηδεμονίαν ἐπιδείξωμεν, καὶ τὴν καλουμένην παρ' αὐτῶν ἀνωμαλίαν, ζωῆς εὐμήχανος ἀφορμὴν, καὶ πολιτείας ἀείσης ὑπόθεσιν ἀποφήνωμεν. ὁ γὰρ τῶν ὅλων

omnium princeps hic quoque rerum æqualitati quàm maximè consuluerit.

Primò etenim terram commune omnibus solum dedit, commune domicilium, & nutricem, & matrem, & sepulchrum: vnum item creationis principium, puluerem nempè omnium progenitorem, & cælum commune omnibus tectum extendit. Solem quoque & Lunam, vnà cum reliquis stellis, ceu communes lampadum gerulos donauit. aërem medium effudit, hunc quoque similiter cõmunem omnibus thesaurum proponens. Nec enim ex eo plus pauperioribus diuites attrahunt, sed æqualem ex hoc quoque partem paupertas sumit: quin maiorem quoque, vtpote cùm longè plures huius alumni sint, quibus corporis sensus & validiores sunt, & à superfluis illis oneribus magis liberi. Fluuij rursũ & fontes omnibus communes latices ebulliunt. Quin & corpora tam pauperibus quàm opulentis similia condidit, imò in his etiam præstantiori conditione sunt pauperes: horum quippe corpora validiora & saniora sunt. Inopia enim bonæ valetudinis mater est, vt sapientissimus medicorum dixit: tum labores & exercitia, iuxta eiusdẽ doctoris sententiam, maximum ad valetudinem tuendam momentum conferunt. Præterea animæ etiam, tam horum quàm illorum, eandem naturam obtinent. Vna & eadem fœturæ vel conceptionis origo tam his quàm illis, vnius & eiusdem generationis scopus in vtrorumque nuptiis, pares conceptionis menses. Nec enim pecuniarũ copiam tempus veretur, nec diuitias cum pudore suspicit, vt vel ante præscriptos limites fœtum emittat, aut eundem diutiùs in vtero detineat, sed simili modo tam diuitis quàm pauperis fœtus prodeunt. Dolores & hunc & illum in lucem emittunt, imò, si experientiæ fidem habes, pauperculæ partus longè facilior est, & dolores pauciores. Laborum enim consuetudo facilitatẽ parit. Quamobrem delicatioribus fœminis medici, priùs quàm pariendi tempus adueniat, laborem necessariò inserunt. Proinde simili modo imprægnantur, non autem similiter pariunt: sed illic quidem diuitiarũ fiducia solatium præbet, & maior difficultas cruciat, hic verò necessariorum penuria & natura consolatrix infirmitati succurrit. Quin

A πρότηνις ἰσότητα κἀνταῦθα φυτευόντων διῆθησεται. πρῶτον μὲν γὰρ κοινὸν ἅπασι τὸ γῆ ἔδαφος ἔδωκε, κοινὸν ἑστίαν, καὶ τροφὸν, καὶ μητέρα, καὶ τάφον, μίαν ἁπλάσεως ἀφορμὴν, τὸν χοῦν τὸν προπάτορα, κοινὸν ὄροφον τὸν οὐρανὸν ἐξέτεινεν· ἥλιον, καὶ σελήνην, καὶ τοὺς ἄλλους φωστῆρας, οἷον τινὰς λαμπαδηφόρους, κοινοὺς ἐδωρήσατο· ἀέρα μέσον ἐξέχεε, κοινόν τινα καὶ τῶν πλοῦτον πᾶσιν ὁμοίως προτεθηκώς. οὔτε γὰρ ἀπὸ τῶν πλέον τῶν πενήτων οἱ πλούσιοι, ἀλλὰ τὴν ἴσην μοῖραν κἀνταῦθα ἡ πενία λαμβάνει, μᾶλλον δὲ πλείονα· πλείους γὰρ ταύτης οἱ τρόφιμοι, καὶ τὰς αἰσθήσεις ἐρρωμενεστέρας ἔχοντες, καὶ τῶν περιττῶν φορτίων ἀπηλλαγμένας. ποταμοὶ καὶ πηγαὶ, χειμὼν πάλιν ἅπασιν ἀναβλύζουσι νάματα. καὶ τὰ σώματα δὲ πάλιν, ὅσα καὶ τούτοις κἀκείνοις ἐδημιούργησε· μᾶλλον δὲ κἀνταῦθα πλεονεκτοῦσιν οἱ πένητες· ἐρρωμενέστερα γὰρ τὰ τούτων. ἔνδεια γὰρ μήτηρ ὑγείας, καὶ τὸν σοφώτατον τῶν ἰατρῶν, καὶ
B πόνοι, καὶ γυμνασίαι, συνεργοὶ ὑγείας, καὶ τὸν αὐτὸν τοῦτον διδάσκαλον. καὶ αἱ ψυχαὶ δὲ καὶ τούτων κἀκείνων, τὴν αὐτὴν φύσιν αὐτῶν ἔχουσι. μία κινήσεως ἀφορμὴ καὶ τούτοις κἀκείνοις, μιᾶς δημιουργίας ὁ γάμος ὑπόθεσις, ἴσοι τῆς κινήσεως οἱ μῆνες. οὐ γὰρ αἰδεῖται τὴν χρημάτων τιμὴν ὁ χρόνος, οὐδὲ ἀνέχεται, τὸν πλοῦτον αἰσχυνόμενος, πρὸ τῶν κειμένων ὅρων προπέμψαι ὁ
C βρέφος, ἢ πλείονα χρόνον ἐγκαθεῖρξαι τῇ μήτρᾳ· ἀλλ' ὁμοίως καὶ ὃ τῷ πλουτοῦντος καὶ ὃ τῷ πενομένου προέρχεται. ὠδῖνες ἠγωνῶνται κἀ τούτου κἀκείνου, μᾶλλον δὲ, εἰ τῇ πείρᾳ πιστεύεις, ῥᾷον ὁ τόκος τῆς πενομένης, κἀ μείους αἱ ὠδῖνες. ἡ γὰρ συνήθεια δωρεῖται τὴν δύσκολίαν. διὸ κἀ τὰς τεκούσας ἰατροὶ παῖδες ἐν ταῖς πρὸ τῆς κινήσεως ἡμέραις ἀναγκάζουσι πονεῖν. ὀκνοῦσιν ὁμοίως μὴ κύουσιν, οὐχ
D ὁμοίως δὲ τίκτουσιν, ἀλλ' ἔνθα μὲν ἡ τοῦ πλούτου τρυφὴ, πλείων ἡ δυσκολία, ἔνθα δὲ τῶν ἀναγκαίων ἡ ἔνδεια, ἡ φύσις ὑπουργεῖ τῇ δυσκολίᾳ φυλαττομένη. μᾶλλον

δὲ, ὁ τῆς φύσεως ποιητὴς οὕτω κεράσας τὰ αἴτια, καὶ τῇ μὲν ἐξ ὑπερβολῆς γινομένῃ τοκετοῦ δυσκολίᾳ, τὴν τῶν ἰατρῶν καὶ τῶν φαρμάκων παραμυθίαν παρεσφέρων, τῇ δὲ ἀφ' ἑτέρου πενίᾳ τὴν ἀπὸ ταύτης ἀφαιρούσῃ, πρέσβυν τῆς φύσεως τὴν βοήθειαν. Βλέπε τὴν δικαίου κριτοῦ τὰ ζυγὰ, καὶ κίνησον εἰς εὐφημίαν τὴν γλῶτταν. Βλέπε δὲ καὶ τὰ νεκτάρεα, ὁμοίως γυμνὰ παρεισιόντα. οὐ γὰρ ὁ τοῦ πλουσίου βρέφος ἁλουργίδα παρεβέβληται, ὁ δὲ τοῦ πένητος ῥάκια παρείκειται, ἀλλ' ἀμφω γυμνὰ παρέρχεται, τὴν δημιουργὸν κηρύττοντες τὴν ἰσότητα. ὁμοίως ἅπας τὸν ἀέρα, ὁμοίως ἕλκει τὴν γαλακτίδα. οὐχ ἑτέρῳ γάλακτι ὁ τοῦ πένητος τρέφεται, ἕτερον δὲ τὸ τοῦ πλουσίου παρεσφέρεται, ἀλλ' ἴσης καὶ τὸ κἀκεῖνο ἐκ τῆς αὐτῆς ἀπολαύει ἐφῆς. Οὐ μόνον δὲ τὴν εἰς τὸν βίον εἴσοδον μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἔχομεν ἅπαντες, ἀλλὰ καὶ τὴν ἔξοδον ἴσην. εἷς γὰρ ἡμᾶς ὑποδέχεται θάνατος. οὐ γὰρ φοβεῖται τὸ πλοῦτον ὁ θάνατος, οὐ δὲ δεδοίκασι τοὺς δορυφόρους, οὐ φείδεται τῆς ἁλουργίδος, καταφρονεῖ καὶ τειχῶν, καὶ πύργων, καὶ βασιλείων, καὶ εἰσὶν αὐτῷ θαλάμων γίνεται, οὐκ ἐλεεῖ δακρύοντα, οὐκ οἰκτείρει παρακαλοῦντα, οὐ διαφθείρεται δώροις, τῆς ἰατρικῆς οὐκ ἀνέχεται τέχνης, ἔργας δείκνυσι τὰς τῶν φαρμάκων δυνάμεις, οὐδὲ ὑποσκῆψαι πολλάκις συγχωρεῖ, καὶ δῆλον ποιῆσαι τὸν τοῦ κλήρου διάδοχον, ἀλλ' ἁρπάζει, σύρει, χωρίζει τοῦ σώματος τὴν ψυχήν. καὶ τέλος, τοιγαροῦν κοινὸν ἔχουσιν οἱ πλούτῳ κομῶντες, καὶ οἱ πενίᾳ συζῶντες, καὶ τὰ μὲν τέλος ἡ καὶ τὴν ἐντεῦθεν ἐκδημίαν. ὁμοίως γὰρ σηπεδὼν ἕπεται, καὶ ἰχὼρ καταῤῥεῖ, καὶ σκώληκες ἀποτίκτονται, καὶ ὁ βλοσυρὸν ὄμμα σβέννυταί τε καὶ διατήκεται, καὶ ὁ ἀκόρεστον στόμα, καὶ ἡ λυττῶσα γλῶσσα, σκωλήκων γίνεται παρανάλωμα. καὶ ὁ γαυριῶν τραχήλου οὐ κάμπτεται μόνον, ἀλλὰ καὶ διαλύεται· καὶ ἡ φυσωμένη γνάθος, οὐ συστέλλεται μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς ὀλίγιστον κόνιν σκιδνᾶται· καὶ ὁ τῆς πρέσβυος ἀνθος μαραίνεται. καὶ φειδὼ πάντα πάσι γίνεται· καὶ οἱ γεγαφότες τὸν πονηρὸν δάκτυλοι, κεῖνται τῆς ἁρμονίας πάντελῶς ἐκπεπαυμένοι. οὕτω τοίνυν τὰ μὲν ἄπορα κοινὰ καὶ πλουσίοις καὶ πένησι παρέκειται. ὑπολείπεται τοίνυν καὶ πε-

A potiùs naturæ conditor disparem hanc vitæ conditionem temperans, partus difficultati, quæ ex delicatioris vitæ ratione oborta est, medicorum & pharmacorum solatia adhibet: ei verò, quæ propter inopiam hac ope destituitur, naturæ auxilium confert. Cerne iustissimi iudicis trutinam, & linguam ad laudes commoue. Sed & ipsos fœtus inspice, qui similiter omnes nudi in lucem prodeunt. Nec enim diuitis fœtus purpurâ vestitur, nec pauperis pannis laceris inuolutus est: sed vterque nudus in lucem editur, ipso creatore æqualitatem prædicante. Simili modo B respirans aërem attrahit, simili modo mamillam sugendo trahit, non alio lacte pauperis infans nutritur, nec aliud diuitis infanti præbetur: sed tam hic quàm ille vnum idémque alimentum percipiunt. Nec verò ingressum modò in vitam hanc vnum & eumdem omnes habemus, sed & exitus omnibus vnus est. Vna & eadem mors omnes excipit. Nec enim diuitias mors metuit, nec lancearios satellites timet, nec purpuram horret: quin & muros, turres, regúmque palatia contemnit, & in ipsos thalamos penetrat: lacrymantis non miseretur, orantis precibus non C mouetur, donis non corrumpitur, medicam artem non moratur, pharmacorum vires vanas & inefficaces esse ostendit. Sæpiùs etiam nec vltima mandata dare, nec opum hæredem scribere permittit, sed rapit, ruit, animámque à corpore separat. Finem ergo vitæ communem habent & hi qui diuitiis superbiunt, & hi qui cum paupertate conflictantur. Tum vbi vitam egressi sunt, eandem etiam è mundo hoc peregrinationem sustinent. Simili enim modo putredo sequitur, & sanies defluit, & vermes enascuntur, & terribilis D ille visus extinguitur, & contabescit: tum insatiabile illud os & lingua rabida vermibus arrodenda & comedenda proponitur. Ad hæc ferocientis & elatæ ceruicis fastus non modò inflexus deprimitur, sed & totus dissoluitur: inflata illa & tumida bucca non modò dissoluitur, sed etiam in paruum & tenuem puluerem abit: genarum flos languescit & euanescit prorsus, tum qui malitiam scripserunt, digiti tota compage dissipata iacent. Hæc itaque omnia diuitibus simul & egenis communia sunt. Restat ergo quòd & ipsæ di-

uitiæ ſimul & paupertas omnibus communes ſint, quas tu quidem peculiares & proprias quorumdam hominum eſſe arbitraris, eaſdem autem ſimiliter cõmunes exiſtere ſermo noſter, diuino fauente numine, demonſtrabit. Diuitum quippe opibus pariter & ij qui in paupertate victitant fruuntur. Cõmunis enim vtrorumque conditor omniuariis artibus paupertatem excoluit, propter quas diuites ad pauperum fores veniunt, & pro pecuniis, quæ ſibi neceſſaria ſunt ab illis recipiunt: & dum pluribus propter opes indigent, omnium neceſſariorum penuria laborant. Et ab his quidem panes, ab illis obſonia emunt. Alij pedibus calceos cõficiunt, alij tunicas, & togas, & pallia parant: alij tapetia, vittas, & amicula texunt. & hi rurſum domos ac thronos ædificant, illi verò olerum & fructuũ infinitas ſpecies: alij triticum, hordeũ, & reliquas agriculturæ diuitias proferunt, ſine quibus vitam tranſigere impoſſibile eſt, licèt vel Crœſi vel Midæ aurum aliquis poſſideat. Pauperi verò panis ex milio confectus vel etiam furfuraceus ſufficit, & vulgari obſonio contentus eſt. Quem ergo, ſiquidem rectè & iuſtè pronunciare voles, indigum vel egenum vocabis? aut quem pauperem eſſe, & neceſſariis carere dices? eúmne qui paucis quibuſdam, vel potiùs illũ qui pluribus indiget? Eúmne, inquam, qui ea, per quæ vita noſtra conſiſtit, manibus tenet, vel eum qui auro infido confidit, quod feras & ſigilla atque ſignacula vincit, & clauſtris ac foribus longum valere renuncians, perfoſſorũ parietum, furúmque manibus raptum aufugit? Atqui pauperis artem nullus prædo eripiet: opulentos autem non prædo duntaxat, ſed ſycophanta quoque diuitiis ſpoliare poteſt. Et pauper quidem ad forum aſſidet, vel ſutoriam exercens, vel aurum elaborans, vel argentum, aut veſtem, aliúdve quippiam neceſſariorũ diuendens. Qui verò diuitiis ſuperbit, qui corpus vltra capitis quoque verticem attollit, & magnus magna ſatellitum caterua ſtipatus circumfert, ad hunc venit. Et hic quidem, vt par eſt, ſedet, vel corium conſuens, vel argentum exculpens, vel aliud quippiam artis, quam profitetur, opus perficiens: hic verò cum illo ſermones miſcens, & præſen-

A νία καὶ πλοῦτος, ἃ σὺ μὴ νομίζεις ἴδια, δείξει δὲ ὁ λόγος σὺν θεῷ φαίνα κοινά. ὁμοίως γὰρ τῆς τῶν πλουσίων οὐσίας οἱ πενία συζῶντες τυγχάνουσιν. ὁ γὰρ τούτων καὶ ἁπάντων δημιουργὸς, τέχναις πολυτρόποις τὴν πενίαν ἐκόσμησε, δι' ἃς καὶ τὰς τῶν πενήτων θύρας φοιτῶσιν οἱ πλούσιοι, καὶ χρήματα διδόντες, τὰς ἀναγκαίας παρ' αὐτῶν κομίζονται χρείας, καὶ πλειόνων διὰ τὸν πλοῦτον δεόμενοι, πάσης ἀπορίζονται χρείας. καὶ τοῦτο μὲν τούτων, ἄρτους, τοῦτο δὲ ἐκείνων, ὄψα ὠνοῦνται. ὑποδήματα ἕτεροι τοῖς ποσὶ περιθρυπτίζουσιν, ἄλλοι χιτῶνας, καὶ ἀμπεχόνας, καὶ ἐφεστρίδας κατασκευάζουσιν. ἄλλοι τάπητας, καὶ ῥάμματα, καὶ περιβόλαια· καὶ οἱ μὲν οἰκίας, οἱ δὲ κλίνας καὶ θρόνους. οἱ δὲ, λαχάνων γῆν, καὶ ὀπώρας εἴδη μυρία, οἱ δὲ, πυρὸν καὶ κριθάς, καὶ τὰ ἐκ γεωργίας ἀγαθὰ, ὧν δίχα ἀφανίσειεν ἂν τὴν ἀνθρωπίνην. κἂν ἔχῃ τις τὸν Κροίσου καὶ Μίδου χρυσόν. τῷ δὲ πένητι, καὶ ἄρτος ἀπόχρη κεχρειδίας, καὶ πτυελείας, καὶ ὃ τυχὸν ὄψον ἔχει. τίνα οὖν ὀρθῶς καὶ δικαίως δικάζων καλέσῃς ἐνδεᾶ καὶ πένητα, καὶ τῶν ἀναγκαίων ἀπορίζοντα, τὸν τῶν ὀλίγων δεόμενον, ἢ τὸν παμπόλλων; τὸν ἐν ταῖν χερσῖν ἔχοντα τῆς ζωῆς τὰς ἀφορμὰς, ἢ τὸν χρυσῷ τῷ ἀπίστῳ πιστεύοντα; ὃς καὶ σφραγῖδας ὑποβαίνει καὶ σήμαντρα, καὶ κλεῖθρα καὶ θύρας ἐρρῶσθαι φράσας, ταῖς τῶν τοιχωρύχων χερσὶν ἁρπάζεται. καὶ τῷ μὲν τέχνῃ τῇ πένητος, οὐδεὶς ἂν λάθοι λῃστὴς, τὸν δὲ πλοῦτον, οὐ λῃστὴς μόνον, ἀλλὰ καὶ συκοφάντης ἁρπαγεῖται τοὺς κεκτημένους. καὶ ὁ μὲν πένης ὅπου τῆς ἀγορᾶς κάθηται, σκυτοτομῶν, ἢ χρυσὸν ἐλαύνων, ἢ ἀργύρου, ἢ ἐσθῆτα, ἢ ἄλλο τι τῶν ἀναγκαίων ἀποδιδόμενος. ὁ δ' ὅπου δὴ πλούτου γωνιῶν, καὶ ὃ σῶμα ὑπὲρ τὸν κεφαλὴν αἴρων, καὶ τὰς χεῖρας περιφέρων, μετὰ τῶν πολλῶν δορυφόρων ᾗδε τῶν φοιτᾷ· καὶ ὁ μὲν, ὡς εἰκὸς, καθήμενος, ἢ τὰ δέρματα ῥάπτων, ἢ ἀφανλύφων τὰργυρον, ἢ ἄλλοτι δρῶν ἧς μετέρχεται τέχνης· ὁ δ' ἔστηκε περιδεξιούμενος, καὶ τῷ χειρὶ

τῇ προνοίᾳ σημαίνων. τί τοίνυν ἀγανακτεῖς, καὶ τῆς πενίας κατηγορεῖς, ὁρῶν τὸν πλοῦτον ταύτης μάλα. δεόμενον, καὶ τοὺς τοῦτον ἔχοντας ταύτης αὖθ' ἡδέως ἂν μὴ διαμένοις; θαύμασον τὸν οὕτω ταῦτα σοφῶς πρυτανεύσαντα, καὶ τούτοις μὲν χρήματα, τούτοις δὲ τέχνας ὀρέξαντα, καὶ εἰς ὁμόνοιαν καὶ φιλίαν ἀφ' ἧς χρείας συνάγοντα. οἱ μὲν γὰρ, χορηγοῦσι χρήματα, οἱ δ' ἔργοις τὰ τῆς τέχνης βλαστήματα. ἀντιφιλοτιμεῖται γὰρ ἡ πενία, καὶ νικᾷ τοῖς δώροις τὸν πλοῦτον. ἀλλ' ἐκεῖνος ὡς ἀχρηστα ἔχει, ταῦτα ἀφ' ἧς τέχνης αὕτη μεταποιοῦσα, ἀναγκαῖα δείκνυσι, καὶ πρὸς πᾶσαν ὠφέλιμα χρείαν. εἰ δέ τις ἀκριβῶς καταμάθοι, καὶ αὐτὰς τοῦ πλούτου τὰς ὕλας ἡ πενία συλλέγει. αὕτη γὰρ μεταλλεύει τὸν χρυσὸν, καὶ τὸν ἄργυρον, χαλκόν τε καὶ σίδηρον, δι' ὧν ὁ πλοῦτος συνίσταται. ἐκ πάσης γὰρ τέχνης ἐργαζόμενός γίνεται, αἱ δὲ τέχναι τῆς πενίας ἴδιαι. καὶ ταύτας δὴ πάλιν τὰς ἀμόρφους ὕλας ἡ πενία λαβοῦσα, εἰδοποιεῖ καὶ μορφοῖ, καὶ κατασκευάζει δακτυλίους, ἔρματα, περιδέραια, ἐπίπλα, κύλικας, ἐκπώματα, καὶ τὰ ἄλλα πάντα, ὅσα τῶν πλουσίων τὸν γάνδον φυσᾷ. εἰ τοίνυν καὶ ὁ πλοῦτος ἀφ' ἧς πενίας συνίσταται, καὶ ἡ πενία τὸν πλοῦτον ἔχει τῶν τεχνῶν ὑπήκουον, τί ἀνισότητα κατηγορεῖς τῆς ἰσότητος; τί δ' ἐναντία τὰ φίλα προσαγορεύεις; τί δὲ πολιτείαν ἀφανίζεις, δι' ἧς καὶ τοῖς πένησι καὶ τοῖς πλουσίοις ὁ βίος ἥδιστ ἂν συμπέρατο; ἀλλήλων γὰρ καὶ οὗτοι καὶ ἐκεῖνοι δεόμενοι λαμβάνοντες, ἀναπληροῦσι τὸν χρείαν. Ἀλλ' ἴσως μοι εἴποις, τί δήποτε τῶν ἀπόρων οἱ πλείους ἀδικίᾳ συζῶσι; ἀφ' τί δὲ οὐχ ἅπαντες δικαιοσύνης ἐπαρχοῦσι ἔφιμοι; ἀλλὰ πάλιν κἀγὼ σοὶ τὸ αὐτεξούσιον ἀφαιρῇ, καὶ ἀποστερεῖς τὸ ζῶον τιμῆς, ἣν αὐτῷ τὸ πεποιηκότος ἐδέξατο. ἄλλως τε δὲ καὶ πολλοὶ αὐ χώραν ἀπολογίας ἔλαβον οἱ τῆς κακίας ἐργάται, εἰ τὸν παρόντα βίον μόνοις τοῖς δικαίοις τὸν πλοῦτον ἀπένειμεν ὁ κριτής. εἶπον γὰρ ἄν, ἀφ' αὐτῶν ὁ διδάσκαλος τοῦ Ἰὼβ ἐφθέγξατο; ὅτι σὺ περιέφραξας τὰ ἔσωθεν καὶ τὰ ἔξωθεν τῆς οἰκίας αὐτῶν πάντα, σῖτον καὶ οἶνον ἐπλήθυνας αὐτοῖς. ἀλλ' ἀπόστηθι τοῦ χεῖ-

tia sua necessitatem & vsum indicans adstat. Quid ergo indignaris, & paupertatem accusas, cùm diuitias quoque huius opera cum primis indigere, eósque qui diuitiis affluunt, sine hac viuere non posse videas? Quin illum admirare, qui hæc tam sapienter instituit: qui his quidem pecunias, illis verò artes largitur, & mutuam concordiam amicitiámque hac necessitate conciliat. Nam hi quidem pecunias largiuntur, illi verò artis suæ opera proferunt. Paupertas enim de honore contendit, & diuitias suis muneribus superat. Quæ enim diues ceu inutilia possidet, ea paupertas arte transmutans, necessaria & ad omnem vsum idonea exhibet. Quin etiam, si quis rem omnem exactè cognoscat, ipsam quoque diuitiarum materiam paupertas colligit. Ipsa enim aurum, argentum, æs, & ferrum, quibus diuitiæ constant, effodit. Et diuitiæ quidem ex omnibus artibus aliquid erogantes nascuntur: artes verò paupertatis propriæ sunt. Sed & hanc ipsam informem diuitiarum materiam paupertas sumens effingit & format, & ex hac annulos, inaures, monilia, calices, torques, pocula, & quæcunque alia diuitum buccas inflare solēt fabricat. Quapropter cùm diuitiarum thesaurus paupertate constet, & paupertas vicissim diuitiarum auxilio subleuata artes obeat, quid tu æqualitatis tantæ inæqualitatem accusas? Cur quæ sibi inuicem amicissima sunt, contraria nominas? Cur politiam calumniosè carpis, cuius beneficio & pauperibus & diuitibus vita est suauior & iucundior? Dum enim tam hi quàm illi res necessarias à se mutuò recipiunt, vsum rerum implent, omnémque necessitatem sarciunt. Sed dicas fortasse, Cur autem plures diuitum iniustè viuunt? cur non omnes iustitiæ alumni vel cultores sunt? Verùm hîc denuò liberam homini voluntatem eripis, & præstantissimum hoc animal honore, quem à Conditore suo accepit, spolias. Prætereà apertissimum defensionis cāpum haberent malitiæ operarij, si in hac præsenti vita solis iustis diuitiarum thesauros iudex ille distribuisset. Eadem enim, quæ ipsorum magister ac doctor contra Iobum locutus est, dicerent: *Quia tu circumuallauisti interiora & exteriora domus ipsorum: frumentum & vinum multiplicauisti eis. Sed mitte ma-* Cap. 1.

num tuam, & tange quæcumque habent, ni- A *si in faciem te benedixerint.* Hæc, inquã, dicerent homines improbissimi, si soli virtutis cultores & alumni diuitiarum munera accepissent. Postquam verò paupertatem & diuitias, quasi materias quasdam, in medium proposuit rerum conditor, his verò quidam ad virtutem comparandam vtuntur, alij verò easdem malitiæ suæ materiam habent, iam nec pauperibus nec diuitibus, qui in malitia vitam transigunt, excusationis vel veniæ locus relinquitur. Qui enim diuitias benè & honestè administrant, nec aliorum detrimentis B vel ærumnis has augent, & opulentiæ suæ consortes adhibent egenos, ij in illorum accusationem iustam sufficiunt, qui diuitiis malè vtuntur, & auaritiæ studeant. Qui item paupertatem sapientiæ studio temperant, & illius insultus forti & generoso animo sustinent, eorum iusti accusatores erunt, qui malitiam in paupertate imbibêre. Simul autem aliam quoque summi illius gubernatoris dispensationem inspice, quo feruentiùs & alacriùs illius gloriam decantes. Postquam enim multam circa diuites curam vidit, corporis valetudinem integram paupertati ceu sorte attribuit. Et dives quidem magno cum labore & studio gestatur, pauper verò alienis pedibus nequaquã opus habẽs incedit. Et hic quidem pauperis valetudinem optat, ille verò diuitis infirmitatem miseratur. Sed in ipsis quoque morbis videre est, hunc quidem multorum cura foueri, interim verò acerrimis doloribus excruciari, & morbi vehementiam sustinere non posse. Et hyberno quidem tempore miserabiliter domi desidet, molli lecto affixus iacet, vestibus multis & calidis inuoluitur, focos vndique circumstantes habet, qui frigoris vim arceãt, pharma- D ca itẽ innumera, quæ cum morbis certent, medicorum quoque pollicitationes consolationis plenas audit, & amicorum præsentia fruitur, qui morbi vires suauibus colloquiis auferunt vel fallunt. Quòd si verò æstiuum aduenerit tempus, mox aliæ illum domus suscipiunt, patentiores nimirùm, quæ ventorum auras facilè admittant, & vbi hæ cessauerint, famuli flabellis motis ventulum studiosè faciunt. Rami circumquaque fixi adstant, qui hortum ex tempore referant, & domum

ρά σου, καὶ ἅψαι πάντων ὧν ἔχουσιν, εἰ μὴ εἰς πρόσωπόν σε εὐλογήσουσι. Ταῦτα ἂν εἶπον οἱ τῇ κακίᾳ συζῶντες, εἰ μόνοι οἱ τῆς ἀρετῆς ἔφιμοι τὸ πλοῦτου ὃ δῶρον ἐδέξαντο. ὅπερ δὲ, προσῆκε μὲν πενίαν καὶ πλοῦτον εἰς μέσον, οἷον ὕλας τινάς, ὁ ποιητὴς, χρῶνται δὲ τούτοις τινὲς μὲν, εἰς ἀρετῆς κτῆσιν, τινὲς δὲ, εἰς κακίας ὑπόθεσιν, οὔτε πλουσίοις, οὔτε πένησι κακίᾳ συζῶσιν ὑπολείπεται συγγώμης πρόφασις. οἵ, τε γὰρ τὸν πλοῦτον δὴ καὶ καλῶς οἰκονομήσαντες, καὶ κοινωνοὺς τῆς ἀπορίας τοὺς δεομένους λαβόντες, ἀποχρῶσιν εἰς κατηγορίαν τῶν ἀδίκως καὶ πλεονεκτικῶς χρησαμένων τῷ πλούτῳ· οἵ, τε τὴν πενίαν φιλοσοφίᾳ κοσμήσαντες, καὶ καρτερικῶς αὐτῆς καὶ γενναίως τὰς προσβολὰς ἐνεγκόντες, ἀληθεῖς κατήγοροι τῶν ἐν πενίᾳ τὴν κακουργίαν μεμαθηκότων γενήσονται. Βλέπε δὲ καὶ τὴν ἄλλην τοῦ κυβερνήτου οἰκονομίαν, ἵνα θερμότερον αὐτοῦ προσεπαίνεσης τὸ ὑμνῳδεῖν. ὅπερ γὰρ πολλοὺς εἶδε πρὸς τοὺς πλουτοῦντας τὴν θεραπείαν, ὑγείαν συνεκλήρωσε τῇ πενίᾳ. καὶ ὁ μὲν, φέρεται φοινικίδων, ὁ δὲ, βαδίζει ποδῶν ἀλλοτρίων μὴ δεόμενος. καὶ ὁ μὲν, ἐπιθυμεῖ τῆς τοῦ πένητος ὑγείας, ὁ δὲ, ἐλεεῖ τοῦ πλούτου τὴν ἀῤῥωστίαν. ἔστι δὲ ἰδεῖν καὶ ἐν ταῖς νόσοις, τὸν μὲν, ὑπὸ μυελῶν θεραπευόμενον, & πικρὰς ἀλγυνόμενον, & φέρειν οὐ δυνάμενον τὴν τοῦ νοσήματος πρόσβολήν. καὶ ἐν ὥρᾳ μὲν χειμῶνος, ἐν ἀλεεινοῖς οἴκοις κατάκειται, ὑπὸ ῥωμαίας μαλακῆς καλινδούμενος, ἱματίοις πολλοῖς καὶ θερμοῖς ἐνειλημμένος, ἐχάρας ἔχων πρεικεμένας, καὶ τὸν κρυμὸν πολεμούσας, φάρμακα μυελῶν τῇ νόσῳ μαχόμενα, ἰατρῶν ὑποφήτας ψυχαγωγούσας, φίλους πρόνοιαν, καὶ τῶν παθῶν τὰς ἀκίδας τῇ ὁμιλίᾳ συλῶντας. Εἰ δὲ θέρους εἴη καιρὸς, ἕτεροι τοῦτον οἶκοι πάλιν ὑποδέχονται, ἀναπεπταμένοι· καὶ τὰς τῶν ἀνέμων αὔρας ῥᾳδίως ὑποδεχόμενοι· εἰ δὲ καὶ αὐτὰ λήξαιεν, σφίζονται ταῖς ῥιπίσι τὸν ἀέρα οἱ θεράποντες. κλάδοι πανταχόθεν πρεικεινται, κῆπον ἐκτυπόντες, καὶ ἄλσος τὴν

οἰκίαν ἀποφαίνοντες. ὕδατος μηχανωνται A
χρυνοὺς ἐν τειωρόφοις, τὸν ὕπνον αὐ-
τοῦ τοῖς βλεφάροις ὑπτεῖναι βουλόμε-
νοι. καὶ τοσαύτης πανταχόθεν θεραπείας
προσφερομένης, οὐδὲν ἧττον ἐκεῖνος
ἀλγωδέσι, γυμνούμενος, ἀστρεφόμε-
νος, τῇ κινήσει τῶν χειρῶν τὸ κεκρυμ-
μένον σημαίνων πυρόν. ὁ δὲ πένης, ἕνα
μόνον οἰκίσκον ἔχει, καὶ τοῦτον πολλάκις ὑπὸ
μισθῷ· εἰσὶ δὲ, οἳ μισθὸν παρέχειν οὐ
δυνάμενοι, τοῦ ἀγροῦ ἔχουσιν οἰκίαν,
καὶ κλίνην ὁ ἔδαφος, καὶ τρομμύων τὸν B
φορυτόν· καὶ οὔτε ἰατρὸς παρίσταται, οὔτε
ὑποποιὸς τοῖς τοῦ ἰατροῦ διακόνοις ὑπαγό-
μασιν, οὐκ οἰκέτης, οὐ θεράπαινα, τυ-
χὸν δὲ οὐδὲ γυνὴ σώφρων. πάντα δὲ
αὐτῷ γίνεται ἡ τοῦ θεοῦ προμήθεια, ἀμ-
βλύνουσα μὲν τῶν παθῶν τὰς ἀκίδας,
ἀμαυροῦσα δὲ τὰς ὀδύνας, σβεννῦσα
δὲ φαρμάκου δίχα τὸ τοῦ πυρὸς φλέ-
γα, ἀπείργουσα δὲ τὸ βλάβος, τὸ
ἀπὸ κρυμοῦ, τὸ ἀπὸ φλογμοῦ, τὸ
ἀπὸ τῆς ὑποκειμένης νοτίδος. οὐδεὶς ἀφ-
νον διδάσκει, τίνα τῶν ἐδεσμάτων πέφ C
κε τὸ νόσον, τίνα τῇ ὑγείᾳ συναγωνίζεται,
ἀλλὰ ἀδρείτως καὶ ἀδιακρίτως ὁ τυ-
χὸν ἐσθίει, καὶ ὃ βλαβερὸν ὠφέλιμον
γίνεται, καὶ ὃ ψυχρὸν ὕδωρ πινόμενον
φάρμακον ἀναφαίνεται, καὶ ὁ ξηρὸς ἄρτος
τὸ φλέγα καταβέννυσιν. οὐ δεῖται τῶν
ἄνωθεν μαλαττόντων, ἢ τῶν κάτωθεν ἐνιε-
μένων ὑποκλυστήρων. ἀναπληροῖ γὰρ ἡ φύ-
σις τὸ ἔνδεον, καὶ τὸ ἀπὸ τῶν ἰατρῶν
βοήθημα αὐτὴ προσφέρει τῷ κάμνοντι.
καὶ ἔστιν ἰδεῖν τὸν ὑπὸ ἐδάφους ἐρριμμέ-
νον, ῥᾷον φέροντα τὸ νόσον, ἐκείνων τῶν
προφερομένης θεραπείας ἀπολαυόντων. D
ὁρᾷν διαφερῶ σὺ ἑκάστῳ τῶν γινομένων
τοῦ θεοῦ τὸ κηδεμονίᾳ, μὴ πολυπραγ-
μόνει τῶν γινομένων ἕκαστον. εἰ δὲ καὶ τοῦτο
θέλεις ποιεῖν, λάβε τῆς πολυπραγμο-
σύνης σωφρονὸν τὸ εὐσεβείᾳ. αὕτη
σου τῆς πορείας ἡγείσθω, αὕτη σε πρὸς
τὸ τῶν ζητουμένων ἔρευναν ποδηγείτω.
ταύτῃ πειθόμενος, λάβε πᾶσαν ἀφορ-
μὴν εἰς ὑμνῳδίαν τοῦ κτίσαντος. μίμησαι δὲ
τοὺς ἐκείνους παῖδας, οἱ καμίνῳ παραδοθέν-

syluæ aut nemori similem reddãt. Fontes quoque in summis ædium fastigiis ingeniosè parantur, quorum scilicet strepitu palpebris ipsius somnum conciliare studeant. Et tanta licet vndique cura adhibeatur, nihilominus tamen ille nudus hac & illac sese circumuolutans cruciatur, & manuum iactatione absconditum & latentem morbi calorẽ indicat. Pauper verò vnicam domunculam, eámq; sæpè mercede conductã inhabitat, imo eos etiã inuenire licet, qui cùm mercedem exoluere non possint, foro pro domo vtuntur, quibus lecti ioco solum est, & straguli mollioris vsum storea exhibet, illísq; nec medicus adstat, nec cocus medici mandatis subseruiens, non famulus, non famula, & nonnumquam nec femina coniux. Ad omnia autem ipsi Dei prouidentia sufficit, quæ morborum stimulos hebetat, dolores mitigat, caloris ignem & æstum citra omnem pharmaci opem extinguit, simúlq; omne quod vel ex frigore vel æstu vel inhærẽte humore detrimentum oboritur, arcet. Nemo illũ docet, quinam cibi morbi vires alant, qui item valetudini & sanitati auxilium ferant. Sed nullum horum discrimen obseruans, indifferenter quodcumque fortè nactus fuerit comedit, & quod per se noxium erat, ipsi vtile & proficuum redditur: tum etiam frigidæ aquæ haustus illi loco pharmaci esse conspicitur, & aridus siccúsque panis morbi æstum ac flammam extinguit. Non indiget iis quæ per os sumuntur pharmacis, nec qui inferiùs immittuntur clysteribus. Natura inopiã supplet, & medicam opem ipsa laboranti offert. Et sanè videre licet eum qui in solo nudo prostratus iacet, faciliùs morbũ sustinere, quàm ij qui omni illa, quam paulo ante commemorauimus, cura fouentur. Quapropter, cùm in omnibus quæ fiunt, Dei curam & iustam dispensationem videas, ne tu curiosiùs singula quæ fiunt inquiras. Quòd si verò curiosiùs aliquid inquirere libet, curiositatis tuæ sociam & adiutricem assume pietatem. Hæc tuum iter deducat, hæc ad eorum quæ inquirenda sunt inuestigationem te præcedat, & viæ dux sit. Huic obtemperans omnem occasionem ad creatoris laudem celebrandam apprehende. Tres illos pueros imitare, qui camino inclu-

si, inanimatam quoque creaturam ad gloriæ diuinæ celebrationem & confessionem inuitauerunt, ac tyrannum, qui illos crudeli sententia camino tradiderat, ad miraculi contemplationem pertraxerunt, & vt illum Deum, quem ipse oppugnabat, adoraret, suo illo miraculo compulere. Illos quidē nec caminus linguas suas ad blasphemiam commouere coëgit, sed tanto flammarū ardore & æstu circumsepti, hymnis benefactorem venerabantur: te verò nec caminus, nec leones blasphemare cogūt, sed cùm in donis, quæ tibi diuina concessit liberalitas, luxuriari consueueris, dona tamen non sentis. Quòd si mihi obedire voles, linguam pietate exornabis, & creaturam quidem laudibus prosequēris, Creatorem verò hymnis coles, & vbique præsentem illius prouidentiam adorabis. Ipsi sit gloria & imperium, nunc & semper, & in æternum, Amen.

τες, καὶ τὴν ἄψυχον κτίσιν εἰς κοινωνίαν τῆς δοξολογίας ἐκάλεσαν, καὶ τὸν ὡμὸν τῇ καμίνῳ παραδεδωκότα τύραννον, εἰς θεωρίαν τοῦ θαύματος εἵλκυσαν, καὶ τὸν πολεμηθέντα θεὸν προσκυνῆσαι τῇ θαυματουργίᾳ κατηνάγκασαν. ἐκείνους μὲν οὖν οὔτε κάμινος εἰς βλασφημίαν κινῆσαι τὴν γλῶτταν ἠδύνηθεν, ἀλλὰ καὶ τοσαύτῃ παραδοθέντες φλογὶ, ὕμνοις τὸν εὐεργέτην ἐγέραιρον· σὲ δὲ οὔτε κάμινος, οὔτε λέοντες βλασφημεῖν ἀναγκάζουσιν, ἀλλὰ τοῖς θεοσδότοις ἀγαθοῖς ἐντρυφᾶν, οὐκ ἀπαθαίνῃ τὰ δωρεᾶν. εἰ δέ μοι πείθοιο, τὴν γλῶτταν εὐσεβείᾳ κοσμήσεις, καὶ τὴν μὲν κτίσιν ἐπαινέσεις, τὸν δὲ κτίσην ὑμνήσεις, καὶ τὴν πρόσοψιν αὐτοῦ πανταχοῦ προμήθειαν προσκυνήσεις. ὅτι αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

QVOD SERVITVS ET HERILIS potestas ad humanam vitam vtiliter constitutæ sint.

ORATIO VII.

NOn humana quidem linguas ad laudes suas celebrandas summus ille omnium conditor opus habet. Nam nec eam, quæ ab Angelis ipsi confertur, gloriæ suæ enarrationē quasi indigus huius recipit, sed illorum beneuolentiam cernens, gratitudinem probat: & cùm legales victimas olim offerrent, non tanquam Deo necessarias offerebant, sed pro innumeris, quæ ab illo percipiebant, beneficiis, quam poterant gratiam referre conabantur. Quapropter nec vnam & eandem victimam omnes obtulisse videmus. Hic enim vitulum, ille agnum, alius hœdum sacrificabat. Et alius quidem plures, alius pauciores victimas: cui verò paupertate presso hæc omnia deerant, illi par turturum aut pulli columbarum ad oblationem sufficere poterant. Qui autem etiam illis carebat, simila parua, & aliquanto thure rem diuinam faciebat. Vnde iustum illum iudicem animi qualitatem, non donorum quantitatem respicere

ΟΤΙ ΔΟΥΛΕΙΑ ΚΑΙ δεσποτεία προσφορὰ τῷ βίῳ.

ΛΟΓΟΣ Ζ'.

ΟΥ δεῖται τῆς μὲ αὐθεντίνης γλώττης εἰς ὕμνων χορηγίαν τῶν ὅλων ὁ ποιητής· οὐδὲ γὰρ τὴν τῶν ἀγγέλων δοξολογίαν ὡς δεόμενος δέχεται, ἀλλὰ τὴν διάνοιαν ὁρῶν, τὸ εὐγνωμον ἀποδέχεται. καὶ τὰς θυσίας δὲ τὰς νομικὰς ἰδίᾳ προσέφερον οἱ προσφέροντες, οὐχ ὡς χρείαν δι' αὐτὸν ἀναπληροῦντες ἔφερον, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν μυρίων εὐεργεσιῶν, ὧν ἐδέχοντο, τὴν δυνατὴν χάριν ἐκτίνειν πειρώμενοι. αὐτίκα τοίνυν ἔστιν ἰδεῖν, οὐδὲ πάντας μίαν καὶ τὴν αὐτὴν θυσίαν προσφέροντας. ὁ μὲν γὰρ, ἔθυε μόσχον, ὁ δὲ, ἀμνόν, ὁ δὲ χίμαρον· καὶ ὁ μὲν, πλείω τὰ θύματα. ὁ δὲ, ἐλάττω· ὁ δὲ τούτων ἀπορῶν, ἐκ πενίας συζῶν, ζεύγος περιστερῶν, ἢ νεοττοὺς προσέφερεν· ὁ δὲ καὶ τούτων ἀπορίζων, σεμίδαλιν ὀλίγην, καὶ βραχύτι λιβανωτόν. ποιότητα τοιγαροῦν γνώμης, οὐχὶ ποσότητα δώρων προσέχειν τὸν δίκαιον κριτὴν ἐντεῦθεν δῆπουθεν

διδασκόμθα. καὶ τοὺς ὑτελεῖς ἡμῶν τοὺς
φέρομθ λόγους, οὐχ ἵνα τῇ βραχυτάτῃ σα-
γόνι τὼ ἀβύσσον τῆς Σοφίας αὐξήσωμθ,
ἀλλὰ καὶ τὼ οἰκέτας τρέπουσθμ εὔνοιαν
ἐπιδεῖξαι πειρώμθοι, καὶ τὴν ὁμοδούλων
διελέγξαι θ θράσος, καὶ τὸν δεσποτικὸν αὐ-
τοῖς ἐπιθεῖναι ζυγὸν τοσθμηδούμθοι. κομι-
δῇ γὸ ἀχθόμθα τὼ τὰ πάντα κυβερνῶσθμ
τὸ θεοῦ Σοφίαν ὑπ' αὐτῶν συκοφαντουμθέω
ὁρῶντες· οὗ χάριν καὶ τὸν πρόντα τὸ λό-
γου πόνον ἐδεξάμθα, καὶ πᾶσαν τοῖς ἐλέγ-
χοις τὼ βλασφημίαν πειρώμθα. Οπι μὸν
οὖν λίαν αὐοήτως καθηπίδηται τὼ δοκοῦ-
σθμ ἀνωμαλίαν τὸ βίου, καὶ ὀδυπόμον-
τες ὃ δέον οὐ σκοροῦσιν, ἱκανῶς ὁ τοσὸ τού-
του λόγος ἐδίδαξε, & τῆς πενίας ὑποδείξας
ὃ χρήσιμον, & τὸ πλούτου διελέγξας τὼ
ἔνδειαν. Επειδὴ δὲ οὐ μόνον τῆς πενίας κατηγο-
ροῦσιν, ἀλλὰ καὶ τὼ δουλείαν ὀλοφύρονται,
καὶ τοὺς βασιλικοὺς ἀποδύρονται φόρους, καὶ
ἕτερα τὰ τῷδε τῷ βίῳ λίαν ἁρμόττοντα,
φέρε καὶ τοῦτ' ὀλίγα διεξέλθωμθ,
καὶ τοὺς ἀείσους τῶν ἰατρῶν μιμησώμθα,
οἳ τοὺς ἀῤῥώστους ἀποσίτους ὁρῶντες, καὶ τὰ
προσφερόμθα σιτία πάντα βδελυττομθέους,
τέχνας τιὰν ἰατρικὰς ὃ δυσάρεστον αὐτῶν
ἧ μάλα καταστέλλονται. τὰ γὸ ξηρότερα
& τρυφνότερα τῶν ἡδυσμάτων τοθαμιγνῦ-
τες, ὃ βδελυκτὸν τῷ ἀῤῥώστῳ φαινόμθον ἧδι-
στον ἀποτελοῦσι. & οὗτοι δὲ ὁμοίως ἐκείνοις,
πᾶσι τοῖς ὁρωμθέοις & γινομθέοις ἐπιμέμ-
φονται. ἀλλ' ἐκείνοις μὲ ἡ νόσος τοθὸ γνώμην
συμβαίνῃ, ἢ ἀλγυνόμθοι λίαν τῶν σιτίων
ἀπέχονται, ἢ μεταλαβεῖν ποθοῦντες ὑπὸ
τῆς νόσου κωλύονται. τούτοις δὲ ἑκούσια καὶ
αὐθαίρετα πολεμεῖ τὰ πάθη, & ὃ δυσά-
ρεστον ἔχουσιν, οὐ τοθὶ σιτία & ὄψα, ἀλλὰ
τοθὶ πάντα τὰ σοφῶς καὶ δικαίως ὑπὸ τῆς
θείας τοσθμηθείας οἰκονομούμθα. & ἀπεί-
ροντες μὲ τ' ὄμβρων ἐπιθυμοῦσιν, ὁδοιποροῦ-
τες δὲ, τῶν ὄμβρων κατηγοροῦσι. χρήζουσι δὲ
θερμοτέρας τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος, ἵνα πέ-
πονας τῶν σπερμάτων τοὺς καρποὺς ἀπερ-
γάσηται· καὶ δυσχεραίνουσι πάλιν, καὶ τὸν
φλογμὸν αἰτιῶνται. πάντα πόνον ὑπὲρ
τῆς γαστρὸς καταδέχονται, καὶ γηπονίας,
& ναυτιλίας, καὶ μακρᾶς ὁδοιπορίας·

A discimus. Similiter & nos tenues hosce
sermones nostros offerimus: non equi-
dem, vt hac ceu minima gutta im-
mensam sapientiæ abyssum augeamus,
sed famulis conuenientem animi no-
stri gratitudinem testari & conseruo-
rum temeritatem arguere, & eosdem
herili iugo subiicere instituimus. Ma-
gnus etenim & acerbus nos dolor ex-
cruciat, cùm, quę omnia gubernat, Dei
sapientiam illorum calumniis proscin-
di videmus: cuius gratia & præsentem
hunc dicendi laborem suscepimus, &
blasphemas voces argumentis compes-
cere conamur. Quòd verò nimium im-
prudenter eam, quæ esse videtur, vitæ
inæqualitatem accusent, & desipientes
id quod opus est non perspiciãt, abun-
dè satis proximo sermone docuimus,
qui & paupertatis vtilem vsum de-
monstrauit, & diuitiarum inopiam eui-
dentissimè arguit. Quoniam verò non
modò paupertatem accusant, verum-
etiam seruitutem deplorant, & ob re-
galium tributorum exactionem lamen-
tantur, tum ob alia quoque innumera,
quæ vitæ nostræ cum primis conue-
niunt: agedum illa quoque paucis per-
curramus, & peritos medicos imite-
mur, qui vbi ægrotos cibis abstinere, &
oblata sibi edulia fastidire vident, me-
dicis quibusdam artibus illorum moro-
sitatem callidè admodum eludunt.
Quæ enim aridiora & acerbiora sunt,
dulcioribus condimentis temperant,
& gratissimum efficiunt, quod ægroto
nauseã mouere videbatur. Et hi sanè,
perinde vt illi, omnia quæ vident, &
quæ fiunt reprehendunt. Verùm illis
quidem morbus præter animi senten-
tiam contingit, & acerbis cruciati do-
loribus à cibis abstinent, cúmque illis
vesci cupiant, morbi tamen vi prohi-
bentur: hos verò voluntariæ animi
perturbationes oppugnant, & fastidio
laborant, non cibi aut obsoniorum, sed
eorum omnium, quæ & sapienter & iu-
stè à diuina Prouidentia dispensantur.
Et dum sementem faciunt, imbres de-
siderant: iter verò facientes eosdem ac-
cusant. Prætereà vt seminum fructus
ad maturitatem excoquantur, feruen-
tiori radiorum solarium æstu opus ha-
bent: eosdem tamen molestiùs quo-
que ferunt, & æstum vituperant. Om-
nes labores ventris causa suscipiunt,
nempè agrorum culturas, nauigatio-
nes, tum etiã profectiones longissimas:

& rursum amarulentissimi accusatores fiunt: quasi is non in hoc ordinatus sit, vt animæ nutibus seruiat, sed vt eidem imperet. Fulmina, grandines, & si quæ eiusmodi sunt castigationes culpant: è cõtra autem Dei longanimitatẽ reprehendunt, & nec iustitiæ Dei, nec longanimitatis reuerentia tanguntur. Sed ipsi quidem, si vel maxima committant flagitia, precantur tamen, vt Dei longanimitate frui possint: in eos verò, à quibus ipsi offensi sunt, stricto prorsus iure & absoluto iustitiæ rigore animaduerti volunt. Vident pauperẽ, & mox linguam contra prouidentiam mouent, & paupertatem plurimis obruunt scommatis. Vt autem è contrà, diuitem summis pedum digitis incedere, leoninum tueri, hinc inde humeros circumferre, aut vehiculis inuehi, famulorum & satellitum multitudine stipari conspexerunt, mox contra opes blasphemiæ suæ rabiem proferũt. Vitam quasi inæqualitatis plenam molestissimè ferunt: mortem verò, quæ inæqualitatem tollit, & parem omniũ corporibus conditionem affert, odio prosequuntur. Atqui vitam eos amare decebat, qui mortem vituperãt: aut mortem laudare eos qui de vita quiritantur. Ex diametro enim mors & vita sibi inuicem contraria sunt. Sed hi confusè omnia simul conuitiis proscindunt, & omnia similiter vituperant. Et cùm pueri sunt, viros felices iudicant: virilem verò ætatẽ ingressi, pueros beatos dicunt. Sed quorsum opus est omnes, quas prauus iste morbus gignit, enumerare calumnias? Nihil enim est ex omniũ quæ fiunt numero, quod non aliquod ab illorum lingua emissum conuitij telum excipiat. Eia igitur, medicis compendiis vsi, ea ipsis iucundissima demonstremus, quæ ipsos hactenus offenderunt. Atqui de diuitiis & paupertate, de inæqualitate item quæ in illis esse videtur, sufficienter in priori oratione disseruimus, tam huius quàm illarum vtilem vsum demonstrãtes. Quòd verò hominum genus non ab initio rerum conditor in seruitutem & herilem potestatem distinxerit, mox ostendemus. Huc ergo ad primam nostri generis creationem accedito, & vide, vt vnus quidem homo è terra conditus, mulier verò ipsi similis non similiter è terra formata sit. Costam enim vnam ex illo rerum conditor accipiẽs,

A καὶ πάλιν αὐτῆς πικροὶ κατήγοροι γίνονται· ὥσπερ οὐ δουλεύειν τοῖς τῆς ψυχῆς νεύμασιν, ἀλλ' ἄρχειν τεταγμένης. μεμφόμενοι σκηπτοῖς, καὶ χαλάζαις, καὶ ταῖς τοιαύταις παιδείαις, καὶ πάλιν τῆς τοῦ θεοῦ μακροθυμίας κατηγοροῦσι. καὶ οὔτε τὸ δίκαιον αἰδοῦς, οὔτε τὸ μακρόθυμον καταδεῖ. ἀλλ' αὐδὶ μὴ τῆς μακροθυμίας ἀπολαύειν, καὶ μεγάλα πλημμελοῦντες, εὐχονται· τοὺς δὲ σφᾶς αὐδοῖς λελυπηκότας ἄκρατον δέχεσθαι θέλουσι τὸ δικαίου τῆς ἐπιβολῆς. εἶδον πένητα, λοιδοροῦσι τῆς γλώττης καὶ τῆς προνοίας ἐκίνησαν, καὶ πολλοῖς τοῦ πένητος κατέχωσαν σκώμμασιν. ἐθαύμασε πλούσιον ἐπ' ἄκρων ὀνύχων βαδίζοντα, λεόντειον βλέποντα, τῇδε κἀκεῖσε τοὺς ὤμους περιφέροντα, ἢ ἐπ' ὀχημάτων φερόμενον, καὶ πολλοῖς οἰκέταις καὶ ῥαβδοφόροις κυκλούμενον, μεταφέρουσι καὶ τῷ χρημάτων τοῦ βλασφημίαν. δυσχεραίνουσι τὸν βίον, ὡς ἀνωμαλίας ἀπάπλεω, καὶ μισοῦσι τὸν θάνατον, τὸν τοῦ ἀνωμαλίαν παύοντα, καὶ τοῦ ἰσοτιμίαν τοῖς σώμασιν ἀπονέμοντα. καὶ μὰν ἔδει τὸν βίον θαυμάζειν τοὺς τῷ θανάτῳ μεμφομένους, ἢ τὸν θάνατον ἐπαινεῖν τοὺς τὸν βίον ἀντιπαροῦντας. ἐναντία γὰρ ἀλλήλοις ἐστὶ ζωὴ καὶ θάνατος καὶ ζωή. οἱ δὲ, φύρδην ἅπαντα βλασφημοῦσι, καὶ πάντων ὁμοίως κατηγοροῦσι· καὶ παῖδες μὲν ὄντες, μανικείοισι τοὺς ἄνδρας, ἄνδρες δὲ γενόμενοι, ζηλωτοὺς ἀποκαλοῦσι τοὺς παῖδας. καὶ τί δεῖ πάντα λέγειν, τὰ ὑπὸ τῆς πονηρᾶς ταύτης νόσου συκοφαντούμενα; οὐδὲν γάρ ἐστι τῶν γινομένων, ὃ μὴ δέχεται λοιδορίας βέλος ὑπὸ τ' τούτων γλώττης πεμπόμενον. φέρε γοῦν, ταῖς ἰατρικαῖς μεθόδοις χρησάμενοι, δείξωμεν αὐδοῖς ἥδιστα τὰ τέως αὐδοῖς ἀποκαίοντα. Περὶ μὲν οὖν πλούτου καὶ πενίας, καὶ τ' ἐν τούτοις δοκούσης ἀνωμαλίας, ἀποχρώντως ἐν τοῖς πρὸ τοῦδε λόγῳ διεξήλθομεν, καὶ ταύτης καὶ τούτου δηλωσάντες τὸ χρήσιμον. Ὅτι δὲ εἰς δουλείαν καὶ δεσποτείαν οὐχ αὐτὸς ὁ ποιητὴς ἐξ ἀρχῆς τῇ φύσιν διέκρινεν, αὐτίκα δηλώσομεν. Δεῦρο γοῦν πρὸς ταύτην ἡμῖν τὴν πρώτην διάπλασιν, καὶ βλέπε ἕνα μὲν ἄνδρα πλασθέντα ἀπὸ γῆς, γυναῖκα δὲ μίαν οὐκέτι ὁμοίως ἀπὸ γῆς. πλευρὰν γὰρ ἐξ ἐκείνου λαβὼν ὁ ποιητὴς;

οὕτω ὁ θεὸς τὸ γένος διέπλασεν, ὅπως μὴ φύσεως ἑτέρας αὐτὴ νομίζηται ἀφ' ἑτέρου τινὸς χώματος ἑτεροῖον. Εἷς τοιγαροῦν ἀπὸ γῆς διεπλάσθη, καὶ ἐξ ἀνδρὸς ἡ γυνή, καὶ ἐξ ἀμφοῖν ἅπασα τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις. οὐ γὰρ ἐξ ἀρχῆς ὁ ποιητὴς, τοῖς μὲν δουλείαν, τοῖς δὲ δεσποτείαν ἀπένειμεν, ἀλλ' ἓν ἁπάντων ἐδημιούργησε θεός. Ἐπὶ τοῦ Νῶε δὲ κιβωτὸν κατασκευάσαι κελεύσας, καὶ μισθὸν αὐτῷ τῆς δικαιοσύνης τὴν σωτηρίαν ποιήσας, αὐτὸν καὶ τὴν σύζυγα αὐτοῦ τοῖς υἱέσι, καὶ ταῖς ἐκείνων γαμεταῖς, εἰς τὴν κατασκευασθεῖσαν εἰσελθεῖν προσέταξε κιβωτὸν, καὶ δοῦλος οὐδεὶς εἰσεπήλυσε. οὐδέπω γὰρ ἡ φύσις τούτων ἐδέδεκτο τὴν διαίρεσιν· ἀλλὰ μόνα τὰ τοῦ ὄντι δοῦλα, τῶν ἀλόγων τὰ ζῷα, ἃ τούτου χάριν τῶν ὅλων ὁ ποιητὴς εἰς τόνδε τὸν βίον παρήγαγε. Ἐπειδὴ γὰρ πολλοὶ ἐν τοῖς μετέπειτα τὴν ἀκοσμίαν εἶδεν ἐκ τῆς ἀναρχίας γεγενημένην, καὶ πᾶσαν ἀδεῶς παρανομίαν ἐκτελουμένην, εἰς ἄρχοντας καὶ ἀρχομένους διεῖλε τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος, ἵνα τῶν ἀρχόντων τὸ δέος συμκρύπτῃ τῶν ἁμαρτημάτων τὸ πλῆθος. οὕτω γὰρ φόβος χαλινοῦ τῶν ἀλόγων παθῶν τὰς ἀφορμὰς, καὶ τῆς ψυχῆς τὴν πρὸς τὸ χεῖρον ἀμβλυώπην ῥοπήν. Καὶ πολλάκις ἃ λόγος οὐκ ὤνησεν, ὁ φόβος κατώρθωσεν. ὅπου γὰρ ἡ φύσις πρὸς τὸ χεῖρον ὤκειλε, καὶ ὁ νοῦς τοῖς πάθεσι παρεκλυσθεὶς, ταραχώδης τε γιγνόμενος, οἷόν τι σκάφος ἀγκύρας, ἀτάκτως φέρεσθαι τὸ σῶμα κατέλιπεν, ἀναγκαίως ἐδεήθημεν νόμων, καθάπερ λιμένος ἀγκύρας, ἰσχούσης τὸ σκάφος, καὶ τὴν ὑπὸ πρόσω φορὰν κωλυούσης, καὶ συγχωρούσης ἀναδῦναι τὸν κυβερνήτην, καὶ τῶν οἰάκων ἅπτεσθαι. τούτων γὰρ τῶν νόμων γενέσθαι τὴν θέσιν οὐκ οἷόν τε ἦν, ἰσοκρατίας οὔσης, καὶ πολιτευομένης ἰσονομίας. οὐδὲ γὰρ ἐν ταῖς δημοκρατουμέναις πόλεσιν, ἔνθα ὁ δῆμος ἔσχε τῶν πραττομένων τὸ κῦρος, τῶν ἴσων ἁπάντων μετειληχότων· ἀλλ' οἱ μὲν ἦσαν θεσμοθέται, οἱ δὲ νομοθέται, οἱ δὲ, στρατηγοὶ, οἱ δὲ τῶν ἀρχομένων ἐπλήρουν τὴν τάξιν. ὁ δὲ δημαγωγὸς, καὶ τῶν ἀρχόντων ἐκράτει, καὶ τῶν ἀρχῶν. Ἐν δὲ ταῖς ὀλιγαρχουμέναις δὲ πό-

sic sexum illum creauit, ne illa alterius cuiusdam naturæ propter terræ diuersitatem esse videretur. Vnus itaque è terra creatus est, & ex viro mulier, & ex duobus hisce vniuersũ genus mortalium. Non enim ab initio statim rerum opifex his quidem seruitutis iugum, illis verò herilem potestatem distribuit, sed vnum omnium nostrũm genus creauit. Præterea cùm Noë arcam parare iussisset, & salutem ipsi iustitiæ mercedem tribueret, ipsum & vxorem, vnà cum filiis & eorum dem nuptis, extructam arcam ingredi præcepit, nec quisquam seruus ingressus est. Nec dum enim hominum natura illam diuisionem susceperat, sed ea solummodo quæ verè serua sunt, brutorum videlicet animalium genera, quæ & idcircò vniuersalis rerum cõditor in hanc vitam induxerat. Postquàm verò in iis quæ posteà contigerunt, multa inordinatè & indecenter ex hominum licentia, nullo magistratuum metu coërcita, prodiisse vidit, omnémque iniquitatem citra omnem timorem patrari, in magistratus & subditos humanum genus diuisit, vt nimirum magistratuũ metus peccatorum multitudinem imminueret. Timor enim rationi obstrepentium affectuum motus frenare, & animæ propensionem ad malum coërcere consueuit: sæpè etiam quæ ratio minùs afficere potuit, timor rectè & egregiè gessit. Postquam enim natura in malum impegit, & mens affectibus circumdata atque subuersa, ipsum corpus absque omni ordine, ceu nauem saburra carentem, abripiendum destituit, necessariò nobis legibus opus fuit, quæ anchoræ instar essent, quæ & nauem sisteret, & procliuem pronúmque eius impetum inhiberet, ac gubernatorem denuò emergere, clauúmque arripere permitteret. Atqui in eadem & pari potestate omnibus constitutis, & æqualitate regnãte, legum promulgationem fieri impossibile erat. Nam nec in iis vrbibus, quæ democratiâ reguntur, vbi rerum agendarum auctoritas penes populum est, eadem & æqualis erat omnium conditio: sed alij quidem Thesmothetæ, alij verò Legislatores, alij autem exercituum duces erant, alij subditorum numerum implebant: Demagogus autem tam subditis quàm reliquis primatibus imperabat. In iis verò quæ oligarchiâ re-

guntur, plures quidem ad ſubditorum catalogum pertinent, pauci verò, qui & prudentia excellunt, & virtutibus inſignes habentur, rerum publicarum adminiſtrationem & imperium obtinent. Et hi quidem Ephori, alij verò Nauarchi, alii rurſum Harmoſtæ fuerunt, & populum prout illis vtiliſſimum eſſe viſum eſt, gubernauerunt. Proinde peccato legum neceſſitas introducta eſt. Leges verò legiſlatorum poteſtate opus habebant, imò non legiſlatorum modò, ſed illorũ quoque qui tranſgreſſores punire poſſent. Et peccatum quidem inordinatã & indecentem rerum confuſionem introduxit: huic verò ſummus ille rerum omnium gubernator ordinem præſcripſit, & peccati impetum legibus quaſi freno quodam cohibuit, atque freni huius habenas magiſtratibus, tanquam aurigis, cõmiſit. Ab his & ciuitates ritè reguntur, & pagi, & militiæ. Quis enim iniuſtorum manus ferre poſſet, niſi cupiditatis & auaritiæ illorum flammam & impetum legum metus coërceret? Nam perinde vt piſces ſolent, magni minores deuorarent, niſi gladiũ acutum, ardentem rogum, & quæcumque alia in malorum ſupplicium à magiſtratibus excogitata ſunt, lex oſtenderet? Si enim, cùm & leges minitentur, & ſcelerum pœnas magiſtratus exigant, adhuc tamen nonnulli ſunt, qui omni ferâ crudeliores animos contra proximos gerunt, & vt ſcorpii in illos irruunt, vt ſerpentes mordent, vt canes rabidi furunt, & erga eiuſdem generis conſortes ac ſocios, quemadmodum leones aduerſus diuerſi generis animalia rugiunt, quid non facerent illi, ſi nec leges eſſent, nec vlli magiſtratus pœnas exigerent? Nunc verò audent quidem nonnulli iniquiùs agere, iidem tamen illi latere ſtudent, quia leges metuunt, & iniuſtitiam ſuam verborum viribus velare conantur. Et qui iniuriam paſſus eſt, intrepidè iudicem adit, & iniuriarum actionem inſtituit, atque iniurii in ſe hominis nec potentiam metuit, nec diuitiarum ipſius ſplẽdorem horret. Sed in forũ, ceu in portum aliquem feſtinat, iniuriæ ſpecies enumerat, & vt leges in medium adducantur orat, iudicémque, vt ſecundùm has ſentẽtiam ferat precatur. Hic verò calculum ſuum profert, & ereptam domum, aut agrum, aut ſupellectilem ei

Αλεσιν, οἱ μὲν πολλοὶ, τὸν τῶν ὑπηκόων ἐπλήρωσαν καταλογον· οἱ δὲ ὀλίγοι, καὶ φρονήσει πρεύχοντες, καὶ ἀρετῇ διαλάμποντες, τὰ τε κοινὰ διᾳκονεῖν, καὶ τὰς πόλεμονίας διελάγχανον· καὶ οἱ μὲν ἔφοροι, οἱ δὲ ναύαρχοι, οἱ δὲ ἁρμοσταί. καὶ ἦν ὅτε τὸ πλῆθος ἦ αὐτοῖς ἄρισα ἐδόκει. ὅθεν ὦ μὲ ἁμαρτία τῶν νόμων τὴν χρείαν εἰσήγαγε· οἱ γὰ νόμοι τῆς τῶν ὑφ᾽ἑντων ὀξυτητος ἐδέοντο. οὐ μόνον δὲ τῶν πλημμελούντων, ἀλλὰ καὶ τῶν κολάζειν τοὺς παραβαίνοντας δυναμένων. καὶ ἡ μὲν ἁμαρτία τὴν ἀταξίαν εἰσήγαγε· ὁ δὲ τῶν ὅλων πρύτανις τῇ ἀταξίᾳ τὴν τάξιν ἐπέθηκε, καὶ τῆς ἁμαρτίας τὴν ῥυμὴν, οἷόν τινι χαλινῷ, τοῖς νόμοις ἀνέστειλε. τούτου δὲ τὸ χαλινοῦ τὰς ἡνίας, καθάπερ ἡνιόχοις, τοῖς ἄρχουσιν ἐνεχείρισεν. ὑπὸ τούτων δὲ πόλεις κοσμοῦνται, καὶ κῶμαι, καὶ στρατεῖαι. τίς γὰ ἂν ἴσχυσε τῶν ἀδίκων τὰς χεῖρας, εἰ μὴ τῆς πλεονεκτικῆς αὐτῶν φλογὸς τὴν ὅπλα τὸ πρόσω φορὰν ἐπεῖχε τῶν νόμων τὸ δέος; δίκην γὰ ἰχθύων κατέφαγεν ἂν οἱ μείζους τοὺς ἐλάττους, εἰ μὴ τὸ ξίφος ὁ νόμος τεθημμένον ἐδείκνυε, καὶ τὴν πυρὰν ἀπειλούμενον, καὶ τὰ ἄλλα πρὸς τιμωρίαν τῆς κακουργίας συζώντων ἐπενοήθη τοῖς ἄρχουσιν. Εἰ γὰρ καὶ τῶν νόμων ἀπειλούντων, καὶ τῶν ἀρχόντων κολαζόντων, εἰσί τινες, οἳ θηρίου πάντος ἀγριώτεροι πρὸς τοὺς πέλας διάκεινται, καὶ ἄπουσιν ὡς σκορπίοι, καὶ δάκρουσιν ὡς ὄφεις, καὶ λυττῶσιν ὡς κύνες, καὶ βρύχονται κατὰ τῶν ὁμοφύλων, ὥσπερ κατὰ τῶν ἀλλοφύλων οἱ λέοντες, τί ὰν οὐκ ἂν ἔδρασαν νόμων ὄντων, καὶ ἀρχόντων μὴ κολαζόντων; νυνὶ δὲ, τολμῶνται μὲν ἐπ᾽ἐνίοις παρανομεῖν, λανθάνειν δ᾽ ὅμως οἱ τολμῶντες πειρῶνται, τοὺς νόμους δεδιότες, καὶ τὴν ἀδικίαν τὴν δεινότητι τῶν λόγων συγκαλύπτειν ἐπιχειροῦσι· καὶ ὁ ἀδικούμενος ἀδεῶς προέρχεται τοῖς δικάζουσι, καὶ τὴν τῆς ἀδικίας εἰσαγγελίαν γράφει, καὶ τὴν τοῦ ἠδικηκότος δεδοικε δυναστείαν, οὐδὲ φείδεται τοῦ πλούτου τὴν προφάσιν· ἀλλ᾽ ὡς εἰς λιμένα εἰς ὃ δικαστήριον τρέχει, καὶ τῆς ἀδικίας διηγεῖται τὰ εἴδη, καὶ τοὺς νόμους εἰς μέσον ἀγαγὼν παρακαλεῖ, καὶ κατὰ τούτους δικάζειν τὸν δικαστὴν ἱκετεύει. ὁ δὲ, τὴν ψῆφον ἀναφέρει, καὶ τὴν ἁρπαγεῖσαν οἰκίαν, ἢ τὸν ἀγρὸν, ἢ τὸ σκεῦος ἀπο-

ἀποδοθῶσι τῷ ἠδικημένῳ κελεύει· κολάζει δὲ πολλάκις καὶ ζημίᾳ χρημάτων τὸν τῷ ἀδικήματι τετολμηκότα. διὰ τοῦτο δὲ δέος, καὶ τοιχωρύχοι, καὶ λωποδύται, οὐ φανερῶς, ἀλλὰ κρύβδην τοῖς ἀδικίαν μετίασι, καὶ τοῖς πειρᾶσθαι λανθάνειν, δέος κηρύττουσιν. εἰ γὰρ αὖ, ἐγχειρίδια λαβόντες, ἅπαντας τοὺς προστυγχάνοντας κατέσφαξαν, καὶ τὰς ἐκείνων κτήσεις διείλοντο. ὅπερ δὲ δημαγωγοῦσιν, οἱ πολλοὶ μὲν ἡσυχάζουσιν, οἱ δὲ τῆς πονηρίας καταλαμβάνοντες, ἢ τοῖς ὁδοιπόροις ἐρημοτέρας καταλαχῶσιν, ἢ νύκτωρ ἐν ταῖς πόλεσι κακουργοῦσι, δέος σκότος, καὶ τὸν ὕπνον, καὶ τῷ ἀπόντων ἡσυχίᾳ, εἰς συμμαχίαν τὴν λῃστείας λαμβάνοντες. εἰ δύο δὲ τούτων ἢ τρεῖς φωραθέντες, καὶ κολασθέντες ὑπὸ τῶν νόμων, ἱκανὸν τοῖς ἄλλοις ὠφελείας ὑπόδειγμα γίνονται, καὶ τῶν ὁμοίων τῷ πτοίᾳ ὁρῶντες, μισοῦσι τὸν πονηρίαν, ὡς θανάτων τοιούτων μητέρα. Ἀλλὰ γὰρ οὐκ οἶδ' ὅπως εἰς τούτους ἐξέβλυσε τοὺς λόγους, τὸν τῆς δουλείας αἰτίαν διεξελθεῖν ἐθελήσας. ἐπάνειμι οὖν ὅθεν ἐξέβλυσα πάλιν. Ὅτι μὲν οὖν ἐξ ἀρχῆς ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς, μίαν εἰργάσατο πάντων τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν, καὶ ἐξ ἑνὸς ἀνδρὸς καὶ μιᾶς γυναικὸς ἅπασαν τὸν οἰκουμένην τοῦτον τὸν γένους ἐπλήρωσε, μάρτυς ἡ θεία γραφή· μάρτυρα δὲ καὶ ἡ φύσις τὴν θείαν γραφήν. οἵ, τε γὰρ πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα καὶ δυόμενον, οἵ, τε τὰ νότια καὶ τὰ βόρεια μέρη διειληχότες, καὶ οἱ τὰ μέσα τῆς γῆς οἰκοῦντες, ἓν ἔχουσι τὸ τῆς διαπλάσεως εἶδος, τὸν αὐτὸν τῶν αἰσθητηρίων ἀριθμὸν, οὐ μόνοις ἤθεσι καὶ χρώμασι διαφέροντες. ἀλλὰ τὰ μὲν ἤθη τὰ ἔθη ποιεῖ, καὶ τὸ τῆς ψυχῆς αὐτεξούσιον. τούτῳ δὲ καὶ παρ' ἡμῖν αὐτοῖς ἔστιν εὑρεῖν τὴν διαφοράν. τὸ δὲ τῶν χρωμάτων ἑτερογενὲς ἡ τῶν χωρίων ἀνωμάλεσις θέσις. οἱ μὲν γὰρ πόρρω τοῦ ἡλιακῆς ἀκτῖνος οἰκοῦντες, λευκοτέραν ἔχουσι τὴν τοῦ σώματος ἐπιφάνειαν. οἱ δὲ τοῖς ἑῴοις καὶ ἑσπερίοις τμήμασι πλησίον τὸ νότιον τοῦ πόλου μέρος ἐνδιαιτᾶσθαι λαχόντες, πλησιέστεροι τῆς ἀκτῖνος γινόμενοι, μελάνουσι τὸ σῶμα, ξύλων τινῶν δίκην τῇ πλειονὶ τοῦ πυρὸς ὁμιλίᾳ ἐπανθρακυμένων, καὶ τὴν μέλαιναν χροιὰν ἐνδυομένων. ὁμοίως μία μὲν τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις, καὶ ἀρχόντων καὶ

A qui iniuriam passus est, reddi præcipit: sæpè etiam pecuniariam mulctam ab eo qui alteri iniuriam inferre ausus est, exigit. Hoc timore & murorum perfossores & fures coërciti, non palàm, sed occultè delicta sua patrant, & eo ipso quòd latere conantur, timorem suum prædicant: alioqui enim pugionibus aut gladiis arreptis omnes sibi obuiam factos iugularent, & illorum opes diriperẽt. Quoniam verò timent, multi quidem omninò abstinent: qui verò malitiam patrare audent, vel viarum deserta insidiosè obsident, aut noctu in vrbibus nequitiam suam exer- B cent, tenebrarum nimirum, & somni & quietis, cui omnes indulgent, auxilio adiuti. Quòd si autem duo aut tres ex illorum numero deprehensi secundùm leges puniantur, illi sufficiens admodum ad salutem exemplum fiunt reliquis: qui vbi sociorum supplicia vidẽt, malitiam, vt pote suppliciorum huiusmodi matrẽ, odio prosequũtur. Atqui nescio quo pacto in hęc verba digressus sim, qui seruitutis causam exponere institueram: quare eò vnde digressus sum redire tempus postulat. Quòd itaque C summus ille omnium rerum opifex vnam omnium hominum naturam fecerit, & ex vno viro & vna muliere vniuersum orbem habitatum hoc hominum genere complerit, diuina Scriptura testatur: sed & natura diuinæ Scripturæ testimonium dicit. Quicumque enim vel Orientem, vel Occidentem, vel Australes, vel Boreales mundi partes acceperunt, quicumque item medium terrarum orbem inhabitant, vnam obtinent formationis speciem, eundem sensoriorum numerum, solis moribus & colorum diuersitate differentes. Mores autem à diuersa viuendi consuetudine effinguntur. Eandẽ verò D apud nos ipsos differentiã reperire licet. Porrò colorũ diuersitatem locorũ situs inducit. Qui enim à solaribus radiis remotiores habitant, corporis superficiem candidiorem habent. Qui verò in Oriente vel Occidente Australiorem poli plagam incolũt, cùm radiis hisce magis vicini sint, corporibus nigredinem contrahunt, perinde vt ligna quædam, quæ assidua ignis inflammatione contacta carbones referre, nigrúmque colorem induere consueuerunt. Proinde vna quidem hominum natura est, tam magistratuum quàm

ſubditorum, tam regum quàm illorum imperio ſubiectorum hominum, ſeruorum item & dominorum. Vna autem hæc & eadem natura opificis iuſtitiam prædicat: eadem verò temporis progreſſu in ſeruos & dominos diuiſa, interim tam in his & in illis eumdem characterẽ integrum conſeruans, peccatum accuſat, quod iſtiuſmodi conditionem vel neceſſitatẽ inuexit. Simul autem & hoc loco Creatoris æquitas demonſtratur. Nam vnam illam & eandem ſubſtantiæ conditionem in finem vſque conſeruauit: confuſionem verò, quæ per peccatum introducta eſt, magiſtratus ordinatione expulit, & illius cupiditatẽ nimiam legum regula moderatus eſt, perinde vt faber nauium tabulas amuſſi dirigit, & quod in illis ſuperfluũ eſt reſecat. Quapropter cùm ſeruitutem vides, nequaquam rerum opificem accuſabis: quin potiùs peccatum & blaſphemiæ crimen fugito, propter quæ humanum genus in ſeruilem & herilem conditionẽ diuiſus eſt. Atqui tu, cùm nauim ſecundis ventorũ flatibus ferri, & vectores tutos & quietos ſedere, nautas verò vel remos agere, vel rudẽtes trahere, vel aliud quidpiã eorum quæ iubentur exequi, proræ autem rectorẽ ſcopulos, ſyrtes, & ſaxa obſeruare, & gubernatori oſtendere, hunc verò omnib⁹ præeſſe & clauo nauim dirigere vides, ordinẽ hunc admiraris, nec iubes vt omnes gubernatores fint, nec omnibus nauis imperiũ decernis: & dum hos quidem quietos ſedere, illos verò iuſſa exequi, aliúmque quod vidit prędicere, illum verò omnibus ſimul præeſſe cernis, nequaquam hoc indignius fers, nec hãc nauis gubernationem ceu inordinatam vituperas, quin potiùs talem ordinẽ ſumma admiratione proſequeris: domos verò nauium inſtar gubernari nõ vis, ſed iniquè fers, dum alium quidem totam domum regere, alios autẽ omnes ab hoc regi conſpicis. Atqui quod ad adminiſtrationẽ attinet, magna admodum inter nauim domúmque ſimilitudo eſt. Dominus enim, tanquam gubernator aliquis, arrepto familiæ clauo omnibus præeſt. Qui verò inter vernas primatum obtinet, cuíque aliorum omnium cura cõmiſſa eſt, proræ rectorem imitatus, dominum ea docet, quæ illi è re futura videntur. In reliqua verò domeſticorum turba, alii quidem tanquam natu-

A δεσποτῶν, καὶ οἰκετῶν καὶ βασιλέων, καὶ δούλων καὶ δεσποτῶν. μία δὲ οὖσα ἡ φύσις, τὸ δημιουργὸν κηρύττει ὅ δίκαιον. διαιρεθεῖσα δὲ τῷ χρόνῳ εἰς δουλείαν καὶ δεσποτείαν, καὶ τούτοις κἀκείνοις τὸν αὐτὸν φυλάξασα χαρακτῆρα, κατηγορεῖ μὲν τῆς ἁμαρτίας, ταὐτὸν εἰσαγούσης τῷ χρείαν, τῷ δὲ ποιητῷ καὶ ταὐτῷ τὸ ἰσότιμον δείκνυσιν. ἐφύλαξε γὰρ μέχρι τέλους τὸ τῆς οὐσίας ταυτότητα, τὸ δὲ ἀταξίαν τῆς ἁμαρτίας τῇ τάξει τῆς ἡγεμονίας ἐξέλασε, καὶ τὸ ἀκείνης πλεονεξίαν τῷ κρείττονι τὸ νομοθεσίας ἐρρύθμισεν, οἷον τὸς ναυπηγὸς ἁρμονίᾳ τινὶ σανίδας ἁπτομένων, ἢ ὁ τεκτὼν ἁρμογεύμενος. μὴ τοίνυν τῷ δημιουργῷ κατηγόρει τὸ δουλείας ἀγώμενος, ἀλλὰ τὸ ἁμαρτίαν καὶ βλασφημίαν φεῦγε, δι' ὧν εἰς δουλείαν καὶ δεσποτείαν διηρέθη τὸ ἀνθρώπων ὅ γένος. σὺ δὲ, σκάφος μὲ ὁρῶν ὀξ ὠκείων φερόμενον, καὶ τοὺς μὲν πλουτῶντας ἡσυχῇ καθημένους, τοὺς δὲ ναύτας, ἢ τὰς κώπας ἐρέσσοντας, ἢ τὰς τεταμένους ἕλκοντας, ἢ ἄλλοτι τῶν κελευομένων ἐργαζομένους, τὸν δὲ πρῳρέα σκοπέλους καὶ βράχη καὶ σπιλάδας προσκοποῦντα, καὶ τὰ κυβερνήτῃ μηνύοντα, τὸν δὲ κυβερνήτην πᾶσι ὑπισχνούμενον, καὶ τοῖς πηδαλίοις ὃ σκάφος ἰθύνοντα, θαυμάζεις τὴν τάξιν, καὶ οὐ κελεύεις εἷς πάντας κυβερνήτας, οὐδὲ πᾶσι τὴν τῆς νηὸς ἡγεμονίαν πιστεύεις· καὶ τοὺς μὲν, ἡσυχάζοντας βλέπων, τοὺς δὲ ὃ κελευόμενον δρῶντας, τὸν δὲ προλέγοντα ὃ φαινόμενον, τὸν δὲ πάντων ὁμοῦ προστατεύοντα, οὐκ ἀγανακτεῖς, οὐδὲ καταγορεῖς ἀκοσμίαν, ἀλλὰ μάλα θαυμάζων τὴν τάξιν ἀποτελεῖς· τὰς δὲ οἰκίας οὐκ ἐθέλεις τοῖς ὅλοις πρόσπλησίως κυβερνᾶσθαι, ἀλλὰ δυσχεραίνεις, τὸν μὲν ἡγούμενον βλέπων τῆς οἰκίας, τοὺς δὲ ἀγομένους. καὶ μὴν οἰκία καὶ ναῦς κατὰ τὴν οἰκονομίαν λίαν ἀλλήλαις ἐοίκασιν. ὁ μὲν γὰρ δεσπότης, καθάπερ ὁ κυβερνήτης, πάντων τῆς οἰκίας οἰάκων ἐπειλημμένος, τοῖς πᾶσιν ἐφέστηκεν· ὁ δὲ τῶν οἰκετῶν προστατεύων, ὁ τῶν ἄλλων ἁπάντων τὴν ἡγεμονίαν πεπιστευμένος, τὸ πρῳρέα μιμούμενος, διδάσκει τὸν δεσπότην ἃ νομίζει συμφέρειν. τὰ δ' ἄλλων οἰκετῶν, οἱ μὲν ναύτας πρόσπλησίως, με-

εικῇ ἐγκεχλεισμένοι φερετίδας, τὰ κε- A
λευόμενα ποιοῦσιν· οἱ δὲ λοιποὶ, δίκην
πλωτήρων, ἐν μέσῳ τούτων εἰσὶ, ὑπὸ
τούτων ἰθυνόμενοι, καὶ τῶν ἀναγκαίων ὑπὸ
τούτων τυγχάνοντες. τί δήποτε τοίνυν σκά-
φος μὲν οὕτω κυβερνώμενον ἐπαινεῖς, οἰ-
κίαν δὲ τῷ αὐτῷ δεχομένην οἰκονομίαν
σκώπτων διατελεῖς; ἐγὼ δέ σε ἡγοῦμαι καὶ
στρατιὰν ἐπαινεῖν, ἧς ἡγεῖται μὲν ὁ στρατη-
γὸς, φυλάττουσι δὲ τοὺς λόχους οἱ λοχαγοὶ,
ἐν κόσμῳ δὲ τὰς τάξεις ἄγουσιν οἱ ταξιάρχαι.
ἑκατόνταρχοι δὲ, καὶ χιλίαρχοι, τὰ παρὰ τοῦ B
στρατηγοῦ σημήματα τούτοις διαφορευόμε-
νοι, καὶ νῦν μὲν εἰς φάλαγγα καθιστῶσι τὸν
στρατιὰν, νῦν δὲ ἐν πλινθίῳ, ἄλλοτε ὀρθὴ
κέρας ἄγουσιν. ἔστι δὲ ὅτε κέρας ἑκάτερον
ὀρθὴ πλεῖσον ἐκτείνοντες, κυκλοῦσι μὲν τοὺς
πολεμίους, οὐδὲ φυγεῖν ἐπιτρέποντες, ἀλλὰ
πάντοθεν ὁμοίως ἀφιέντες τὰ βέλη, καὶ ἅπαν
ἀπολλύντες ἀναμαχητί. τούτων δὴ οὐδὲν ἐγε-
γένῃ, μὴ τῆς στρατιᾶς εἰς ἀρχοντας καὶ ἀρ-
χομένους διῃρημένης. πολυαρχία γὰρ ἐν στρα-
τιᾷ πάντων μάλιστα βλαβερώτατον, εἰς πολ-
λὰ κατατέμνουσα, καὶ τὴν ὁμόνοιαν διαφθεί-
σασα, C πολλαῖς βουλαῖς ἰθύνειν μὲν πειρω-
μένη, βλάπτουσα δὲ μᾶλλον ἢ κυβερνῶσα.
πῶς τοίνυν οὐκ ἄτοπον, καὶ ἐν νηΐ σε θαυμά-
ζοντα τὴν τοῦ ἑνὸς πρόνοιαν, καὶ στρατιᾶς
ἐπαινοῦντα τὴν τάξιν, ἐν οἷς τῶν στρατηγῶν
ἐργάζονται νόμοι, μέμφεσθαί σε οἰκίαν τῶν
ἀνθρώπων τὸν δεσπότην; ἀλλὰ πικρόν φησι τὸ δου-
λεύειν, κἂν τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ δεσπότου ἔχῃ τὴν
τῶν ἀναγκαίων ἀπόλαυσιν, καὶ πόνοις διηνε-
κέσι ταλαιπωρεῖσθαι. ἀλλ' εἰ φιλαλήθως
τῶν εἰρημένων ἕκαστον σκοπῆσαι θελήσας, D
ἐρρῶσθαι φράσας τοῖς ἐρεσχηλοῦσι λόγοις, ἀνή-
σῃς, τὰ μὲν θυμηδίας, τὰ δὲ πολλῆς ὠφε-
λείας μεστά. ὁ μὲν γὰρ τῆς οἰκίας δεσπότης,
πολλαῖς πολιορκεῖται φροντίσι, σκοπούμε-
νος ὅπως τοῖς οἰκείοις ποιήσῃ τὰς χρείας,
ὅπως βασιλεῦσι τῷ τεταγμένῳ εἰσφορὰν
εἰσενέγκῃ, ὅπως ἀποδῶται μὲν τῶν περισσῶν
τὰ περιττὰ, ὠνήσηται δὲ τὰ ἐνδέοντα.
ἀγνώμων ἡ γῆ ποτὲ τοὺς γηπόνους ἐλύπει, τῷ
τῶν ἀνθρώπων ποτὲ τὸν ποιητὴν ἀγνω-
μοσύνῃ οὕτω πως μιμουμένη· ὁ δὲ αἰτᾶται,
καὶ δανείσας περισκοπεῖ, καὶ γραμ-

ræ curis inter se distributis iussa exe-
quuntur, reliqui verò tanquam vecto-
res in medio horum consident, qui &
ab illis diriguntur, & illorum opera si-
bi necessaria acquirunt. Quid igitur
nauim, quæ hoc modo gubernatur,
collaudas: domum verò, cui eadē omni-
nò administrationis ratio contigit,
vituperare pergis? Ego sanè te exerci-
tus quoque rationem probare arbitror,
cuius dux summus imperator est, ma-
nipulos autem manipulares duces ser-
uant, decenter verò à ductoribus du-
cuntur ordines: Centuriones autem &
Tribuni à supremo duce acceptas tes-
seras ipsis transmittunt. Et nunc qui-
dem in aciem exercitum constituunt,
nunc verò in transuersum, aliàs etiã in
directum ducunt. Fit etiã vt vtroque
cornu quàm latissimè extenso hostes
concludant, nec aliquam fugæ copiam
permittant, quin simul vndique im-
missis telis omnes conficiant prorsus.
Atqui nihil horum fieret, nisi exerci-
tus in duces, vel in ductores & milites,
qui horũ iussis obediunt, diuisus esset.
Nam quæ penes multos est rerum agẽ-
darum potestas, in bellis malum om-
nium nocentissimum est, quæ exerci-
tum in partes secat, & concordiam dis-
trahit. Nam pluribus quidem consi-
liis exercitum ducere conantur, qui-
bus tamen ille læditur magis quàm gu-
bernatur. Quomodo igitur non absur-
dum fuerit, te qui & in naui vnius pri-
matum laudas, & exercitus ordinem,
quem imperatorum leges instruunt,
probas, domum culpare quæ eodem
modo regitur? Sed durum & amarum
est, inquiunt, seruire, & assiduis vexari
laboribus, atque pro dominorum arbi-
trio dimensum suum accipere. Cæte-
rùm si cùm veritatis studio singula quæ
diximus, inspicere velis, contentiosis
illis vale dicens sermonibus, herilem
potestatem tristitiæ, seruilem autem
conditionem vtilitatis plenam inue-
nies. Paterfamilias enim plurimis cu-
ris oppugnatur, multùm nimirum co-
gitans & circumspiciens, vt domesti-
cis necessaria suppeditet, regibus con-
stitutum tributum exoluat, vt quæ ex
reditibus superflua sunt diuendat, ea
verò quæ ipsi desunt coëmat. Quòd
si terra agricolas ingrata fefellerit, ho-
minum scilicet erga creatorem suum
ingratitudinem imitata, ille mœrore
cõficitur, creditores circumspicit, syn-

graphas conscribit, & voluntariam sibi seruitutem contrahit. Quòd si eadē fructus protulerit, si, inquam, frugibus tota oneretur, segetibus luxuriet, si denique arborum ramos fructuum copia oneratos deorsum nutare cogat, ille nouis rursum vrgetur stimulis. nam prouentuum emptores sollicitè quærens nullos inuenit, & fertilitatis abundantia ipsi nonnihil fit intolerabilior. Nec interdiu solummodo curę illis obuersantur, animúmque circumstipantes affligunt, sed noctu longè grauiùs oppugnant. Anima enim externis negotiis liberata, quietem agens, domesticarum rerum, siue illæ bonæ, siue malæ sint, sensu acriùs tangitur. Seruus autem corpore seruiens animam liberam & omnium istiusmodi expertem possidet. Nec enim ob terræ sterilitatem dolet, nec venalium vtilitatē queritur, nec in creditoris cōspectum cum mœrore incidit, nec exactorum turbā formidat, nec foro assidere cogitur, nec præconis vocem, nec iudicem terribili se vultu ostentantem metuit. Dimēsum suum iuxta mensuram quidem, sed omni cura liberum accipit. In solo prostratus dormit, sed nulla cura somnum excutit: quin potiùs hic dulcis admodum palpebris ipsius infusus soli duritiē sentire non permittit. Idipsum Sapiens quoque iuxta naturæ rationes pronunciauit, *Dulcis somnus serui*. Vnica veste corpus tegit, sed corporis viribus herum longè superat. Furfuraceo pane vtens, nullo alio ad hoc obsonio vescitur, sed suauiùs multo quàm ipse dominus epulatur. Hic etenim ventri assiduè inseruiens, & satietatis limites trāscendens, cibos vrget, ac vi quadam vētri transmittit. Hic verò manu dimēsum suū metiens, & datum chœnicem aptè ac ritè distribuens, auidè & cum appetitu cibum sumit, eundémq; facilius concoquit, laborem scilicet sibi adiutorē habens. Cæterùm tu seruitutem quidem vides, valetudinem autē corporis integram non vides: & ministerium quidem cernis, sed quod huic subest solatium, non perspicis, & laborem quidem damnas, vitam verò securam non laudas: sed seruitium calumniosè carpis, somnum verò illum dulcissimum non animaduertis. Atqui hinc quoque Dei prouidentiam videre & gubernationis ipsius æqualitatem perspicere oportebat. Quandoquidem

Eccl. 5.

ματεῖα ἀφαιρεῖται, καὶ τὴν αὐθαίρετον ὑπισχνεῖται δουλείαν. ἰδὼν ἔσχεν ἡ γῆ τοὺς καρποὺς, καὶ βεβρίθη ταῖς ὠδῖσι, καὶ τοῖς λήϊοις καλύπτεται, καὶ βαρυνθεῖσα ταῖς πλήθεσι τοῦ καρποῦ τῶν δένδρων τοὺς κλάδους πρὸς ἑαυτὴν νεύειν κατεπαναγκάζει· ὁ δὲ πάλιν ἕτερος κεντεῖται. τῶν καρπῶν γὰρ τοὺς ὠνησομένους περισκοπῶν οὐχ εὑρίσκει, καὶ γίνεται αὐτῷ τῆς ἀκαρπίας ἡ ἀθυμία μικρῷ τινι ἀφορητοτέρα. οὐ μόνον δὲ ἀθλίοις μὲν ἡμέραις αἱ φροντίδες ὑπάσαι, καὶ τὴν ψυχὴν περισοχίζουσι καὶ κυκῶσιν, ἀλλὰ καὶ νύκτωρ χαλεπώτερον πολεμοῦσιν. ἡσυχάζουσα γὰρ ἡ ψυχὴ, καὶ τῶν ἔξωθεν πραγμάτων ἀπηλλαγμένη, ἀκριβέστερον τὰ οἰκεῖα, ἢ ἀγαθὰ, ἢ κακὰ ἐπαισθάνεται. ὁ μὲν οἰκέτης τὸ σῶμα μὲν δουλεύων, ἐλεύθεραν ἔχει τὴν ψυχὴν, καὶ τούτων ἀπηλλαγμένων. οὐ γὰρ ὀδύρεται γῆς ἀκαρπίαν, οὐδὲ ὠνίων ἀπορεῖται· οὐκ ἀλγύνεται τὴν δημοσίαν θεωρῶν, οὐ δέδιε πρακτόρων ἐσμόν. δικαστηρίοις παρεστάναι οὐκ ἀναλίσκεται, οὐ τὴν δημόσιον τοῦ κήρυκος τὴν φωνὴν, οὐ τὴν δικαστὴν βλοσυρὸν δεδιυῖα τὸ ὄμμα. μέτρῳ λαμβάνει τὸ σιτηρέσιον, ἀλλὰ φροντίδος ἀπηλλαγμένον. ἐπ' ἐδάφους καθεύδει, ἀλλ' οὐ μέεμνα τὸν ὕπνον ἐξελαύνει, ἀλλὰ γλυκεῖς αὐτῷ τοῖς βλεφάροις ἐπιχέομενος οὐκ ἐᾷ τὸν ἔδαφος αἰσθάνεσθαι. καὶ τοῦτο φυσιολογῶν ὁ σοφὸς ἔλεγε· γλυκὺς ὁ ὕπνος τῷ δούλῳ. ἐνὶ χιτωνίῳ τὸ σῶμα καλύπτει, ἀλλὰ ῥωμαλεώτερον ἔχει τοῦ δεσπότου τὸ σῶμα. ἄρτον ἐσθίει πιτυρίαν, καὶ μικροῦ δεῖσοψήματος ἀπολαύων· ἀλλ' ἥδιον τοῦ δεσπότου τὸ ἔψημα ἀπολαύει. ὁ μὲν γὰρ διὰ νεκῶς γαστρίζόμενος, καὶ τὸν κόπον τοῖς ὄρεσι χαρίζεται, ὠθεῖ τὰ σιτία, καὶ κατ' ἀνάγκην τῇ γαστρὶ προσπέμπει. ὁ δὲ τῇ χειρὶ μετρῶν τὴν μετάληψιν, καὶ τὸν χοίνικα τὸν δισσὸν οἰκονομικῶς διαιρῶν, ὀρεγόμενος τὴν ἔψησιν ὑποδέχεται, καὶ πέπτει ῥᾳδίως, σπουδὴν λαβὼν τὸν πόνον. σὺ δὲ, τὴν μὲν δουλείαν βλέπεις, τὴν δὲ ὑγίειαν οὐ βλέπεις· καὶ τὴν μὲν διακονίαν ὁρᾷς, τὴν δὲ ἀυπνίαν οὐ θεωρεῖς· καὶ τὸν μὲν πόνου κατηγορεῖς, τὸν δὲ ἀφροντίδα βίον οὐ μακαρίζεις· καὶ τὴν μὲν ὑπουργίαν διαβάλλεις, τὸν δὲ ἥδιστον ὕπνον οὐ βλέπεις. καὶ μὴν ἔνθα καὶ τεῦθεν τὴν τοῦ θεοῦ πρόνοιαν κατιδεῖν, καὶ τὴν τῆς οἰκονομίας ἰσότητα θεωρῆσαι. ὅτε

γὰρ ἡ τῆς ἁμαρτίας ἀνάγκη, εἰς ἡγεμονίαν καὶ δουλείαν τὴν ἀνθρώπων τὴν φύσιν διένειμε, τῇ μὲν μετὰ ἡγεμονίας τὴν φροντίδας συνέζευξε, καὶ ἀγρυπνίας συνεκλήρωσε, καὶ νόσους πλείους ἀπένειμε· τῇ δὲ δουλείᾳ, πλείονα δέδωκε τὴν ὑγίειαν, καὶ ἡδίω τὴν ἔφηβον ἀπόλαυσιν, καὶ ὕπνον ἡδίω, καὶ μακρότερον, λύσας τὸν κόπου τὸ σῶμα δυνάμενον, καὶ πρὸς τοὺς πόνους αὐτὸ τὴν ὑστεραίας ἐρρωμενέστερον ἀποφῆναι. μὴ τοίνυν μόνους ὅρα τοὺς πόνους, ἀλλὰ καὶ τὰς τῶν πόνων θεωρῶν θεραπείας, καὶ τὴν τῶν ὅλων πρύτανιν ὕμνει θεῶν αὐτόμενος. τί δήποτε γὰρ βλασφημεῖς τοὺς πόνους ὁ πόνῳ ῥᾳδίως συνηθόμενος; τί τὴν ἀνθρωπίνων ἀγαθῶν δίκα πόνου κατορθοῦται; ποίαν δ' ἂν κλείθρου τὴν ἀνθρώπων ἡ φύσις ἄνευ πόνων καρποῦται; τὰ ἐκ γεωπονίας ἀγαθὰ ἄνευ πόνων καρπούμεθα, καὶ τοὺς τῆς ἐμπορείας καρποὺς· πόλεις οἰκοδομοῦμεν, μὴ πόνου ταύτας κατασκευάζοντες· πόνων ἡμῖν ὠνουμένων, οἰκίαν ἀπολαύομεν, ἐσθῆτι τὸ σῶμα καλύπτομεν, ὑποδήματα τοῖς ποσὶ περιτίθεμεν, σιτία ποικίλα καὶ παντοδαπὰ προσφερόμεθα. καὶ τί δεῖ πάσας καταλέγειν τὰς ἀνθρώπων χρείας, ὧν οἱ πόνοι δημιουργοί; ἀλλ' ἔοικας κηφὼ τις εἶναι, καὶ ἀργίᾳ συντεθραμμένος, καὶ τὰ ἀλλοτρίων πόνων δρεπόμενος τοῖς καρποῖς, οὐδὲν ὢν αὐτὸς συμφοφέρων τῷ βίῳ, ἀλλὰ γλῶτταν μόνην, πάντα σκώπτειν πεπιστευμένον. ἀλλὰ καὶ τοῦτον τὸν ὕθλον, καὶ τὴν πολλὴν ἀδολεσχίαν, ἡ ἀργία γεγέννηκεν. ὁ γὰρ πόνοις ἐσχολακὼς, ὀλίγα μὲν φθέγξεται, πολλὰ δ' ἂν ἐργάσεται. εἰ τοίνυν πόνῳ τὰ ἀγαθῶν ἕκαστον κατορθοῦται, μὴ βλασφήμει πρὸς τοὺς πόνους τὴν δουλείαν, ὦ φίλος. σκόπησον δ', ὡς καὶ πολλοὶ τῶν δεσποτῶν οὐκ ἔλαττον πονοῦσι τῶν οἰκετῶν, μᾶλλον δὲ καὶ πολλῷ πλείω, εἰ καὶ τοῖς ἔργοις καὶ τὰς φροντίδας συναριθμήσῃς. σὺ μὲν οὖν τῶν νῦν ὄντων τοὺς ἀπονδαίους θεώρησον, ἐγὼ δέ σοι τοὺς παλαιοὺς ἐπιδείξω πλείω τῶν οἰκετῶν πεπονηκότας. Βλέπε τὸν μακάριον Νῶε, ξύλα τέμνοντα, καὶ ταῦτα ὡς σκεπάρνῳ καθαίροντα, καὶ πρὸς γωνίαν δίκαιαν ἐξομαλίζοντα, καὶ τὸν κιβωτὸν ὡς προσετάχθη ἐκ ξύλων τετραγώνων κατασκευάζοντα, καὶ γόμφοις ταῖς ἁρμονίας συνδέοντα, καὶ τούτῳ ὡς ἔστιν πᾶσαν ὑφαίνοντα, καὶ τῇ ἀσφάλτῳ καὶ τῇ πίσῃ καταχρίοντα, καὶ τοῖς ὕδασι τὴν εἴσοδον ἀποτειχίζοντα. τὸν δὲ μέγαν Ἀβραὰμ τὸν πατριάρχην, τὸν ὀκτωκαιδε-

A enim peccati neceſſitas in herilem & ſeruilem conditionem humanum genus diuiſit, illis quidem cum imperio curas quoque coniunxit, & vigiliarum moleſtiam tradidit, ſed & morbos in illos plures effudit: his verò corporum valetudinem præſtantiorem, & ſuauiorem cibi eſum, ſomnum item dulciorem longioremque, qui corpus à laboribus recreet, & illud ipſum ad craſtini diei labores robuſtius reddat, conceſſit. Quapropter, non labores dumtaxat, ſed etiam laborum ſolatia inſpice, & communem omnium gubernatorem hymnis celebra. Quid verò labores carpis, tu qui omnia calumniis facilè appetis? Et quodnam ex omnibus, quæ homini contingunt, bonis citra laborem rectè peragitur? Quam felicitatem hominum natura citra laborem percipit? Agriculturæ bonis, & mercaturæ fructibus per labores fruimur. Vrbes ædificamus cum labore eas extruentes. Labore duce domus incolimus, veſte corpus velamus, calceamenta pedibus inducimus, & variis cibis veſcimur. Et quid attinet omnes rerum neceſſarios vſus exponere, quorum vtilitas nobis per labores conſtat? Sed fucus quidam otio innutritus eſſe videris, qui ex alienis laboribus fructus percipis, ipſe verò nihil, præter ſolam linguam, quæ omnia carpere nouit, ad communem vitam confers. Atqui nugas iſtas & garrulitatem hanc nimiam otij abundantia peperit. Qui enim laboribus dat operam, pauca quidem loquitur, plurima autem opera peragit. Cùm itaque per labores ſingula bona rectè ritéque perficiantur, nequaquam, ô amice, propter labores ſeruitutem vituperaueris. Quin potiùs vide, vt plures domini non minùs quàm ſerui laborent, imò multò magis, ſi curas quoque illorum laboribus adnumeraueris. Et tu quidem eos, qui nunc induſtrij habentur, inſpice: ego autem veteres illos, qui plus quàm ſerui laborauerunt, demonſtrabo. Noë quippe illum beatum ſpectato, qui & ligna ſecat, & eadem aſcia dolat, & ad angulos rectos exæquat, arcam quemadmodum iuſſus erat ex lignis quadratis extruit, clauis compages conſtringit, hoc denique modo totam illam ædificat, bitumine ſimul & pice illinit, & aquarum influxũ hiſce arcet. Prætereà magnũ Abrahamum Patriarchã, octode-

Gen. 6.

Gen. 14. 18.

cim & trecentorum vernarum domi- A num, ipsum opus aggredi, hospitibus ministrare, ad armenta currere, vitulum attrahere, vxorem ad panes conficiendos vrgere, & eandem illam similiter farinam subigere, subcineritios panes coquere, nec ancillis ministeriũ hoc iniungere: ipsum verò admirandum illum senẽ hospitibus adstare, & ad mensam quidem non accumbere, eius verò ministerium omne exequi, contemplare. Similiter Rebeccam, Bathuelis filiam, Nachoris neptem, nubilem iam & forma præstantem vide: quæ nequaquam in thalamis desidere B sustinet, sed manum operi admouet, & aquam gestat, & ad fontem extra vrbẽ excurrit: nec aquam modò domum defert, sed & hospitibus officium præstat: quæ & aquam haurit, & tam ipsis quàm camelis affert, & pulchrum illud continentiæ donum incolume custodit, & virginitatem illibatam conseruat: interim verò laboribus omni alacritate studet, his potiùs conspicua esse, quàm formæ dono splendere desiderãs. In his & eius filius, tanquã eius filius, magnus Iacob, viginti annos trãsegit, quibus & greges pauit, C & cum feris colluctatus est, ęstúsq; molestias sustinuit: qui somno saturari ne noctu quidem potuit. Simul autem eiusdem vxores, propter quas labores hosce perpessus est, oues pauisse in historiis legimus. Sed & huius filij pastores ac operarij fuerunt, multiuarium seruorum laborem sustinentes. Ad hęc diuinissimus Moses quadraginta vitæ annos hoc modo absoluit. Et huius cõiux, cùm sacerdotis filia esset, oues pauit, & ab improbis pastoribus huius auxilio liberata, ipsi matrimonio iuncta est. Atqui superuacaneum foret sermonem longiùs extendere, omnésque eos è sacra Scriptura producere, qui D per labores vitæ huius stadium emensi sunt. Quòd si ergo non seruorum modò, sed & dominorum proprium est laborare, quam ob causam seruitutem propter labores accusas? Serui enim ipsos heros laborum socios habent, ipsi verò dominorum curas minimè participant. Quòd si autem labor quidem seruorum & dominorum communis est, cura autem dominorum propria, qua ratione mouebimur, ne beatos iudicemus eos qui à curis liberi sunt, sed eosdẽ miserorũ numero adscribimus?

Gen. 28. 29. & 30.

Gen. 42. & 47.

καὶ τὴν τεσσαρακοσίων οἰκετῶν δεσποτῶν, ἀλλ' ὑπουργοῦντα, καὶ τοῖς ξένοις διακονοῦντα, καὶ εἰς τὰ βουκόλια βαίνοντα, καὶ τὸ μοσχάριον ἕλκοντα, καὶ τὸ ὁμόζυγα τῆς τροποποιοῦ ἐπείγοντα. καὶ ἐκεῖνα ὥσαύτως μαθήσῃ τὰ ἄθυρα, καὶ τοὺς ἐξ ὑφῆς ὀπτοὺς, καὶ τὴν τραπεζαν μὴ διακονοῦντα, τὸ δὲ διακονίαν πληροῦντα. Βλέπε τὴν Ρεβέκκαν, τὴν τοῦ Βαθουὴλ θυγατέρα, τὴν Ναχὼρ τὸ ἔκγονον, ἡλικίαν μὲν ἔχουσῃ γάμου, ὥρᾳ δὲ λάμπουσῃ, καὶ θαλάμοις ἐμφιλοχωρεῖν οὐκ ἀνεχομένην, ἀλλ' ἀὐτουργοῦσῃ καὶ ὑδροφορούσῃ, καὶ εἰς τὸ ἐκτὸς τῆς πόλεως πηγὴν διατρέχουσῃ· καὶ οὐ μόνον οἰκαδε τὸ ὕδωρ κομίζουσαν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀφικνουμένοις τὴν αὐτουργίαν παρέχουσαν, καὶ ἀντιμετροῦσαν τὸ ὕδωρ, καὶ αὐτοῖς τε καὶ τοῖς καμήλοις προσφέρουσῃ, καὶ τὸ σωφροσύνης τὸ κάλλος κτῆμα σῶον διαφυλάττουσῃ, καὶ τὴν παρθενίαν ἀκήρατον διασώζουσῃ, καὶ τοὺς πόνους μὴ πάσης ἀρετῆς θυμίας· καὶ τούτοις ὡραϊζομένην μᾶλλον, ἢ δι' ὧν κτᾶσθαι λαμπρυνομένην. ἐν τούτοις ὁ ταύτης υἱὸς, ἅτε δὴ ταύτης υἱὸς, ὁ μέγας Ιακὼβ, εἴκοσι διετέλεσεν ἔτη, ποιμαίνων καὶ θηρίοις παγαίοις, καὶ τὸ ἀκτῖνος λυπηρὸν ἀνεχόμενος, καὶ ὕπνου κόρον λαβεῖν δὲ νύκτωρ δυνάμενος καὶ ἀπὸ τοῦ γάμετας, δι' ὃς καὶ τὸ πόνων ἐώθει, τεθλασμένους ἐν τῇ ἰσοείας δυείσκοιτο. καὶ οἱ τούτου παῖδες, κτηνοτρόφοι τε ἦσαν, ἐν ἀὐτουργοὶ, καὶ ποιμένες, καὶ πολλαπλάσιον τῶν οἰκετῶν ὑπομένοντες πόνον. καὶ ὁ Μωϋσῆς δὲ τεσσαράκοντα ἔτη τῶν διετέλεσε βιοτεύων τὸν ἔπορον. καὶ ἡ τούτου γαμετὴ, ἱερέως οὖσα θυγάτηρ, τεθλασμένη, καὶ τὸ ἀδίκων ποιμένων διὰ τὸ τούτου βοηθείας ἀπηλλαγεῖσα, τὸ μητρὸς ἐδέξατο. ἀλλὰ γὰρ περιττὸν μηκύνειν τὸν λόγον, καὶ πάντας εἰς μέσον ἄγειν τὸ θείας γραφῆς τοὺς μὴ πόνων τὸν βίου διαφράμοντας τὸν δίαυλον. Εἰ τοίνυν οὐκ οἰκετῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ δεσποτῶν ἴδιον τὸ πονεῖν, τίνος χάριν τῆς δουλείας διὰ τοὺς πόνους κατηγορεῖς; τῶν μὲν γὰρ πόνων οἱ δοῦλοι κοινωνοὺς ἔχουσι τοὺς δεσπότας, τὸ δὲ φροντίδων τοὺς δεσπότας οὐ κοινωνοῦσιν. εἰ δὲ ὁ μὲν πόνος κοινὸς δούλων καὶ δεσποτῶν, ἡ δὲ φροντὶς ἰδία τῶν δεσποτῶν, πῶς οὐ μακαρίους κρίνομεν τοὺς τῶν φροντίδων ἀπηλλαγμένους, ἀλλὰ τοῖς ἀθλίοις ἐγκαταλέγομεν;

Επειδὴ τοίνυν αὐτάρκης ἐδείχθη καθ' ἑαυτὸν τῶν ὅλων ἡνδεμόνος ἡ πρόνοια, φέρε τῶν εἰρημένων ἕκαστον εἰς ἓν συναγαγόντες, ἀνακεφαλαιωσώμεθά τε, καὶ σαφεστέραν αὐτῶν τὴν κατάμοιρον ποιησώμεθα. ἀποδείξαμεν τοίνυν, ὡς μὲν ἐξ ἀρχῆς ὁ ποιητὴς ἐδημιούργησε φύσιν, καὶ ταύτην αὐτεξουσίας λόγῳ τετίμηκεν. εἶτα ὅτι εἰς οὐδὲν αὖτη τῷ αὐθαιρέτῳ τῆς γνώμης χρησαμένη ἐξέβη, ὅτι δὲ χεῖρον, εἰς μυρία τὲ πλημμελημάτων ἐξώκειλεν εἴδη. ἔδει τοιγαροῦν νόμοις ἀναχαιτίσαι τῆς ἁμαρτίας τὴν ῥύμην, οἱ δὲ νόμοι τῶν ἡμφιεσμένων ἐδέοντο. διηρέθη τοίνυν αὐταῖς ἀνθρώποις διχῇ τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις· καὶ οἱ μὲν ἄρχειν ἐτάχθησαν, οἱ δὲ τοῖς ἄρχουσιν ὑπακούειν· ἵνα τῶν νόμων ὁ φόβος, καὶ τῶν ἀρχόντων ὁ δέος, τὴν πολλὴν τῆς κακίας καταπαύσῃ φοράν. ἄρχουσι τοιγαροῦν πόλεων μὲν, ἄρχοντες· κώμης δὲ, κηδεμόνες· φρατρίαις, φρατέρες· καὶ τούτων δὲ κρείττονες οἱ βασιλεῖς. τῆς νεὼς, ὁ κυβερνήτης· τῶν ἀθλητῶν, οἱ παιδοτρίβαι· ὁ γραμματιστὴς, τῶν μειρακίων· ὁ σκυτοτόμος, τῶν φοιτητῶν· ὁ χαλκοτύπος ὡσαύτως τῶν παρ' αὐτὸν μαθεῖν βουλομένων τὴν τέχνην. ἄρχει τοιγαροῦν καὶ τῆς οἰκίας ὁ δεσπότης. οὔτε γὰρ οἷόν τε δεσπότου δίχα φρατρίαν καλῶς οἰκεῖσθαι· καὶ μαρτυροῦσιν αἱ τούτων ἐρημίαι, πανταπασιν ἐρημούμεναι. ταύτην τὴν ἡγεμονίαν ἔχουσι καὶ τῶν ἀγγέλων οἱ δῆμοι. διδασκόμεθα γὰρ ὑπὸ τῆς θείας γραφῆς, ὡς οὐκ ἀγγέλους ἔχει μόνους, ἀλλὰ καὶ ἀρχαγγέλους οἰκήτορας ὁ ὑπὲρ κεφαλῆς ἡμῖν οὐρανός· καὶ οἱ μὲν πειθαρχοῦσιν, οἱ δὲ ὑπακούουσιν. εἰ δὲ καὶ ὁ παρανομίας ἐλεύθερον χωρίον· καὶ ἡ σωμάτων καὶ παθῶν ὑπερτέρα φύσις, ταύτην οὐκ ἠρνήθη τὴν τάξιν, ἀλλ' οἱ μὲν εὐπειθῶς ὑπακούουσιν, οἱ δὲ κοσμίως ἡγεμονεύουσι, τί δυσχεραίνεις ἄνθρωπε, πρὸς ἀνθρώποις βλέπων, ἔνθα πολλὴ πρὸς τὸ χεῖρον ἡ ῥοπὴ, τὸ ἄρχον καὶ τὸ ἀρχόμενον; οἶδ γὰρ τι φάρμακον ἀλεξίκακον τοῖς τῆς ἀνομίας ἕλκεσι, τὴν τῶν ἀρχόντων οἰκονομίαν ὁ ποιητὴς ὑπετέθηκεν. ἄρχει καὶ παίδων πατὴρ, καὶ παιδεύει τοὺς παῖδας ἀνηλιτηριάστους, καὶ ἐπαινεῖ σω-

A Quoniam itaque etiam hinc summi illius omnium rerum gubernatoris prouidentia demonstrata est, agedum singula, quæ dicta sunt, in vnum collecta summatim repetamus, & clariorem faciamus illorum considerationem. Demonstratum ergo est, vt vnam ab initio naturam Creator condiderit, & eandē ratione libero arbitrio prædita dignatus sit. Deinde, quòd hæc libero mentis arbitrio secus quàm oportuit vsa in peius declinarit, & in infinitas delictorum species impegerit. Legibus ergo peccati impetum refrenare oportebat, B hæ verò legislatores postulabant. Vnde necessariò humanum genus bifariā diuisum est, & hi quidem vt imperarent, alij verò vt magistratibus obedirent, ordinati sunt: vt scilicet legum metus, & magistratuum timor, nimium peccati cursum vel progressionem sisteret. Ciuitatibus ergo præsides, vicis verò curatores, exercitibus duces, & his autē & illis reges, naui nauclerus, athletis pædotribæ præsunt: pueris etiam literator, suis quoque discipulis coriarius, similiter & faber ferrarius iis qui ab ipso artem perdiscere volunt. C Quapropter domui quoque paterfamiliâs præest. Nec enim fieri potest, vt domus aliqua sine patrefamilias salua sit & incolumis: quod hæ ipsæ testantur, quæ cùm his destituuntur, tantùm non prorsus desolatæ videntur. Simile imperium vel primatum Angelorū quoque populi habent. Nam quod supra caput nostrum est cælum, non Angelos modò, verùm etiam Archangelos habere incolas, è sacris Scripturis didicimus. Et hi quidem præsunt, illi verò obediunt. Quòd si & omnis iniquitatis expers locus, & Angelorum natura, quæ vt corporum conditione præstat, ita affectibus quo- D que cunctis superior est, hunc ordinem nequaquam detrectat: sed hi quidem obedienter parent, illi verò ritè & decenter imperant vel præsunt: quid ergo stomacharis, ô homo, cùm inter homines, vbi plurima est ad malū propensio, & magistratuum potestatem, & huic parentes subditos esse vides? Magistratuum enim gubernationem, tanquam pharmacum quoddam depulsorium peccati vlceribus, rerum creator imposuit. Præterea pater liberis imperat, & eosdem petulantiùs viuentes corrigit, & modestiæ studiosos

collaudat. Pueris item præceptor præeſt, & vir coniugi, & ſeruis paterfamilias, qui reliquis obedientiores, magíſque induſtrios probat, & honoribus, & officiis, ac libertate ſæpiùs impertit: ignauos verò & improbos caſtigat, & honeſtis præceptis inſtituit. Eundē ordinem inter ſacerdotes quoque cōmunis omnium Deus eſſe voluit: & hos quidem ſacerdotio dignos iudicauit, aliis verò horum imperium concredidit: quin alios quoque his inferiores ordines, aut claſſes inſtituit. Quòd ſi verò dominos aliquos nimiū crudeles & inſolentes admodum eſſe, ſimiliter & magiſtratus aliquot ius muneribus vendere videns offenderis, & ideò mihi contradictorium quiddam parturis, ego prauum illum mentis fœtum præripiens dico, quòd iſtiuſmodi hominibus non Deus imperium commiſerit, ſed ſubditorum nequitia horum imperium ſibiipſi contraxerit. Cùm enim fructum aliquem ab iis, qui benè & honeſtè rempublicam adminiſtrauerunt, percipere noluerint, ſed improbiſſimis ſuis moribus omnem illorum diſciplinam contumeliosè tractarint, diuina cura ſeipſos ſpoliauerunt: deinde huius conſiliis & gubernatione deſtituti, iſtiuſmodi duces & principes receperunt, vt peiores experti meliorum recordarentur, & illorum honeſtam, bonámque diſciplinam in memoriam reuocarent. Sed & Deum illum ſummū propter immenſam hominum malitiam, & improbitatem habenas ſæpiùs laxare inuenimus, & vt humanum genus pro ſuo feratur arbitrio, permittere. Quod ipſum per prophetam docens ad Iſraëlem dixit: *Et dixi, Non paſcam vos: quod moritur moriatur, & quod perit pereat, & ex reliquis deuoret vnuſquiſque carnem proximi ſui.* Cùm ergo magiſtratus improbi rebus præſident, & heri immanes ac diri domus gubernāt, ſummo illi rerum gubernatori ſupplices nos fieri oportet, & vitæ conuerſione, morúmque mutatione placidiorem efficere, ac in auxilium nobis excitare, feruentibúſque precibus, vt temporis difficultatem in melius tranſmutet, inſiſtere. Quòd enim ipſe, qui bonus eſt, & miſereri naturaliter nouit, imò miſericordiæ fons eſt, eos, qui ex ſyncera mente profectis precibus ipſi occurrunt, exaudire facilis velit, ipſe teſtis eſt, qui ſupplicantibus auxilium

Zach. 11.

A φρονιῶτας. ἀρχὴ γὰρ παιδίων ὁ διδάσκαλος, καὶ τῆς ὁμόζυγος ὁ ἀνὴρ, καὶ τῶν οἰκετῶν ὁ δεσπότης, τοὺς μὲν δυνατέρους ἀποδεχόμενος, καὶ τιμῆς ἀξίους, καὶ θεραπείας, καὶ ἐλευθερίας πολλάκις· τοὺς δὲ νωθεῖς καὶ κακουργεῖν εἰθισμένους παιδεύων, καὶ καλοκαγαθίαν διδάσκων. Ταύτην τὴν τάξιν καὶ τοῖς ἱερεῦσι δέδωκεν ὁ τῶν ὅλων θεός· καὶ τοὺς μὲν ἱερωσύνης ἠξίωσεν, τοῖς δὲ τὴν τούτων ἡγεμονίαν ἐπίστευσε· καὶ ἄλλα δὲ εἴδη ταγμάτων ὑπ' ἐκείνους πεποίηκεν. Εἰ δὲ βλέπων ἐνίους τῶν δεσποτῶν,

B ἄγαν ὠμοὺς, καὶ λίαν ἀκηλήτους, καὶ τινὰς τῶν ἀρχόντων δώροις ἀπεμπολοῦντας τὸ δίκαιον, θεσπαίσῃς, καὶ τὴν αὐτηλογίαν ὠδίνῃς, ἐγώ σου θεολαμβάνω τὸν πονηρὸν τῆς διανοίας τόκον, καὶ φημὶ, ὡς τοῖς τοιούτοις οὐχ ὁ θεὸς τὴν ἡγεμονίαν ἐπίστευσεν, ἀλλ' ἡ τῶν ἀρχομένων πονηρία τὴν τούτων ἀρχὴν ἐπεσπάσατο. ὄνησιν γὰρ οὐδεμίαν τῶν δι' ἣν καλῶς εἰσηγησαμένων ἐλκύσαι δεδύνηται, μᾶλλα τῇ μοχθηρίᾳ τῆς ἔργου τὴν ἐκείνων διδασκαλίαν ὑβρίσαντες, τῆς θείας ἐπιμελείας σφᾶς αὐτοὺς ἀπεστέρησαν· εἶτα τῆς θείας γυ-

C μνωθέντες οἰκονομίας, τῶν τοιούτων ἡγεμόνων ἀπήλαυσαν, ἵνα τῇ πείρᾳ τῶν χειόνων εἰς μνήμην ἔλθωσι τῶν κρειττόνων, καὶ τὴν καλῆς καὶ ἀγαθῆς ἐκείνων ἀναμνησθῶσι παιδαγωγίας. δυσωπῶμεν δὲ τὸν τῶν ὅλων θεὸν, δι' ὑποβολῆς τῆς τῶν ἀνθρώπων πονηρίας τὰς ἰδίας ἐᾶσαι πολλάκις, καὶ φέρεσθαι τὸν ἀνθρώπων ὡς ἂν θέλωσι συγχωρῆσαι τὸν ὄχλον. καὶ τοῦτο ἡμᾶς αὐτὸς διὰ τοῦ προφήτου διδάσκων, καὶ πρὸς τὸν Ισραὴλ ἔλεγε. καὶ εἶπον· οὐ ποιμανῶ ὑμᾶς. τὸ ἀποθνῆσκον, ἀποθνησκέτω, καὶ τὸ ἀπολλύμενον ἀπολλύσθω, καὶ τὰ

D καταλείπετα κατεσθιέτω ἕκαστος τὰς σάρκας τοῦ πλησίον αὐτοῦ. χρὴ δὲ σιγᾶσθαι, ἀρχόντων πονηρῶν ἡγουμένων, καὶ δεσποτῶν ὠμῶν καὶ πικρῶν οἰκίας κυβερνώντων, τὸν τῶν ὅλων παρακαλεῖν ἱκετεύειν, καὶ τὴν τοῦ βίου μεταβολὴν, καὶ τὴν τῶν ἔργων ἀλλαγὴν, ἵλεώ τε ποιεῖν, καὶ εἰς ἐπιείκειαν ἐγείρειν, καὶ θερμῶς ἱκετεύειν τὸν τοῦ καιροῦ δυσκολίαν μεταβαλεῖν. Οἶδα γὰρ ῥᾳδίως τοῖς εἰλικρινῶς αἰτοῦσιν ἀντιβολοῦσιν, ἀγαθός τε ὢν, καὶ ἐλεῆσαι πεφυκὼς, μᾶλλον δὲ ἐλέους τυγχάνων πηγὴ, αὐτὸς μάρτυς τοῖς οὕτως ἱκετεύουσιν ὑπὲρ

χούμθνος, & λέγων· ὅτι καλέσῃς, ἐγὼ δέ σου ἐπακούσομαι· ἔτι λαλοῦντος σου ἐρῶ, ἰδοὺ πάρειμι. Οπῃ γὰρ οὐδὲ οἱ λίαν πονηροὶ, καὶ δυσσεβείᾳ πάντας ἀποκρύψαι φιλονεικήσαντες, οἷοί τε λωβᾶσθαι τοὺς τὸ λογικὸν ἐρρωμένους, καὶ τὴν εὐσεβείας ἐπαρχοντας ἐφικέσθαι, μᾶλλον τοῦτο λόγου, σὺν θεῷ φαναῖ, δηλώσομεν. ὅπῃ δὲ τῆς πρόνοιας τὸν & κοινὰς καὶ ἰδίας τοῖς ἀνθρώποις δωρεὰς χορηγοῦντος, καὶ μυρίοις ὅσοις ἀγαθοῖς τὸ ἡμέτερον ἐπικλύζοντος γένος, ὑμνήσομεν. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

A suum pollicetur, hæc dicens: *Quoniam tu vocabis, ego verò te exaudiam: adhuc loquente te dicam, Ecce adsum.* Quòd verò nec ij quoque, qui iniquissimi sunt, & impietate sua omnes superare conãtur, eos lædere possint, qui ratione sana vtuntur, & pietatis studiosi cultores sunt, in sequenti oratione, Deo adiuuante, demonstrabimus. Nunc autem eum, qui publica & priuata munera hominibus largitur, & infinitis quodammodo bonis genus nostrum effusè cumulat, decantemus. Ipsi sit gloria in æternum. Amen.

B

ΟΤΙ ΤΟΥΣ ΕΥ ΦΡΟΝΟΥΝΤΑΣ, οὐδὲ ὑπὸ πονηρῶν δουλεύειν δεσποτῶν λυμαίνεται.

QVOD HI QVI SANAE ET bonæ mentis sunt, nihil ex eo lædantur, quòd prauis dominis seruiant.

ΛΟΓΟΣ Η'.

ORATIO VIII.

ΜΕΓΑΛΗΣ μοὶ, οὐκ οἶδα σαφῶς, δεῖται γλώττης & διανοίας, ὦ μεγάλων οὕτω λόγων ὑποθέσιν ἀναδέχεσθαι πειρωμένῳ· πέφυκε γάρ πως κινδυνεύειν ἐν τοῖς λόγοις τὸ τῶν πραγμάτων ἀξίωμα· τῇ γὰρ τούτων ἀσθενείᾳ καὶ ῥώμῃ φιλοῦσι κρίνειν τὰ πράγματα, οἱ μὴ τῇ φύσει τούτων, ἀλλὰ τῇ δυνάμει τῶν λόγων προσέχειν ἐθέλοντες. ἐγὼ δὲ τῇ τῆς ὑποθέσεως δυνάμει θαῤῥήσας, οὐκ ἐμέτρησα τούτῳ τὰ τῆς διανοίας κυήματα, οὐδ' ἐλογισάμην τὰς μικρὰς αὐτῆς καὶ ἐξιτήλους ὠδῖνας, ἀλλ' ἐσκόπησα μόνον, ὡς δῆλόν ἐστι τοῖς εἰδέναι θέλουσι τῆς ἀληθείας τὸ φῶς, καθάπερ ἥλιος τοῖς ἐῤῥωμένοις τὰς ὄψεις. καὶ μηδενὸς γε συκοφαντοῦντος, βοᾷ τὸ ποιητὸν καὶ σωτῆρος ἡμῶν ἡ πρόνοια. οὐδὲν οὖν ἀπειλακὸς δραῖν φαίνεται, οὐδὲ μέμψεως ἄξιον, πᾶσαν εἰς ὑπουργίαν τὴν γλῶτταν, τῇ πρώτῃ φερομένῃ φωνῇ, & ταύτην ὑπηχῶν τοῖς βεβυσμένοις τὰ ἀκούειν ὠσίν. Οτι μὲν οὖν καὶ πενία & πλοῦτος ἀναγκαῖα τῷ βίῳ καὶ χρήσιμα, καὶ δουλείαν δέ τινα καὶ δεσποτείαν, καθάπερ τινὰ φάρμακα, τοῖς ἕλκεσι τῆς ἁμαρτίας ὁ τῶν ψυχῶν προσήνεγκεν ἰατρὸς, τὴν θείαν χάριν συνεργὸν ἐσχηκότες, ἱκανῶς ἀπεδείξαμεν. Οπῃ δὲ οὐ λωβᾶται δουλεία τοὺς

ΝΟΝ equidem me latet magnis admodum tam linguæ quàm ingenij viribus illi opus esse, qui tantum orationis argumentum suscipere instituit: quoniam ita ferè natura comparatum est, vt in verbis rerum majestas periclitetur. Iuxta horum etenim infirmitatem, vel vim, de rebus iudicare consueuerunt, qui non rerum naturam, sed verborũ vim obseruant. Ego verò argumenti viribus confisus, mentis conceptus nequaquam iuxta hoc metiri volui, nec huius paruos & exiles partus expendi: sed eò duntaxat respexi, quòd veritatis lux iis, qui ipsam videre cupiunt, manifesta est, quemadmodum & Sol iis, quorum oculi integri & sani sunt. Et sanè licet nemo defendat, clamat tamen ipsa Creatoris & Saluatoris prouidentia. Nihil ergo absurdũ vel reprehensione dignum me facturum putaui, si linguæ meæ officium huic quæ vndique personat voci præstarem, ipsamque obturatis ingratorum hominum insonarem auribus. Atqui paupertatem & opulentiam vitæ nostræ necessariam & vtilem esse, tum seruitutem & herilem potestatem, ceu pharmaca quædam, peccati vlceribus animarum medicum imposuisse, abundè satis diuinæ gratiæ beneficio adiuti demonstrauimus. Quòd autem seruitus iis, qui huius iugo subiacent, nihil

C

D

damni afferat, quin potiùs iis qui volunt plurimùm profit, mox Deo sic volente demonstrabitur: hoc enim heri dicturos nos esse promisimus. Atqui, poterit quis, siquidem velit, etiam omissis veterũ exemplis, conseruos examinare, & multos virtutis studiosos cernere, qui seruitutem beneuolè & promptè obeunt, nec vlla necessitate compulsi ex animo quod decet faciunt, & dominorum curam sponte capessunt: quos ideò etiam libertate donari, & opum maximarum dominos fieri, & fideliter peractæ seruitutis præmia percipere videmus. Non tamen ab instituto nostro alienum fuerit, quosdam eorum qui olim seruierunt in medium producere, & pietatis thesaurum detegere, quem illi congregauerunt, ad eos reprehendendos, qui seruitutem vituperare conantur, & hanc maioris blasphemiæ causam faciunt, dum hinc contra Dei prouidentiam iacula emittere audent. Primus ergo omnium prodeat primarius ille Abrahami patriarchæ famulus. Hic etenim, cùm senio iam correptus patriarcha, ac naturæ terminum vitæque finem (senectus enim mortis præludium est) coràm cernens, de filio ipsi mandaret, & veterum execrationum & benedictionum verbis confisus, illi è propria aut paterna gente vxorem adducere, & Chananæorum cognationem fugere hortaretur: tunc ille, inquam, admiratione dignus famulus, primò quidem diligenter singula heri verba examinat, & iuramenti, quo obstrictus erat, religionem metuens, summúmque illum omnium inspectorem oculum reueritus, primò num filium muliere profectionem detrectante ad patrium solum reducere debeat, quærit. Cúmque id negaret Abraham, & puerum non abducendum, quin potiùs Deo, qui ipsum vocauerat, confidendum, & illius gubernationi credendum esse diceret: soluit quidem ex herili domo famulus, & multas stationes emensus, tandem sub seram vesperam ad Charras peruenit: vbi camelos quidem recumbere finit, quiete nimirum illorum laboribus mederi volens: ipse verò donis, quæ secum ferebat, & omni diuitiarum splendori longum valere renuncians, manibus in cælum extensis Deo supplicat, vt is herili filio pronubus esse, & illi puellam, quæ heri

Gen. 24.

Gen. 24.

Α χρωμένοις, ἀλλὰ καὶ λίαν τοῖς βουλομένοις ὠφελεῖν, αὐτίκα, σοῦ θεοῦ φανέντος, δηλώσει. τοῦτο γὰρ ἐχθὲς ἐρεῖν ὑπεσχόμεθα. Δοκιμάσαι μὲν γὰρ τῷ βουλομένῳ, καὶ δι' ἄλλα τῶν παλαιῶν παραδειγμάτων, τοὺς σπουδαίως δουλεύοντας ἐξετάσαι, καὶ θεωρῆσαι πολλοὺς ἀρετῆς φροντίσαι, καὶ τὴν δουλείαν ἑκουσίως κοσμιῶντας, καὶ τῆς μὲν ἀνάγκης οὐ δεομένους, γνώμῃ δὲ τὸ δέον ἐργαζομένους, καὶ τῆς δεσποτικῆς θεραπείας προθυμουμένους, καὶ τούτου χάριν καὶ ἐλευθερίας ἀξιουμένους, καὶ χρημάτων πολλῶν κυρίους γινομένους, καὶ τῆς καλῆς δουλείας τὰ ὑπέρογκα δρεπομένους. οὐ πρέλκον δ' ἴσως καὶ τῶν πάλαι δεδουλευκότων ὀλίγους εἰς μέσον προαγαγεῖν, καὶ γυμνῶσαι τὴν εὐσεβείας τὸν θησαυρὸν, ὃν ἐκεῖνοι συνηγάγοντο, εἰς ἔλεγχον τῶν τὴν δουλείαν διαβαλλόντων ὑπερφυῶν, καὶ τῆς μείζονος βλασφημίας ταύτην ἀφορμὴν ποιουμένων, καὶ κατὰ τοῦ θεοῦ προνοίας ἐντεῦθεν ἀφιέναι τὰ βέλη τολμώντων. Παείτω τοιγαροῦν πρῶτος ἁπάντων, ὁ πρῶτος Ἀβραὰμ τοῦ πατριάρχου θεράπων. Ὅστις τοίνυν, ἡνίκα γηραϊκὸς ὁ πατριάρχης ὤφθη, τὴν φύσεως τὸν ὅρον εἰδὼς, καὶ τοῦ βίου τὸ τέλος ὁρῶν, γῆρας γὰρ θανάτου προοίμιον, περὶ τοῦ υἱέως ἐνετέλλετο, καὶ φέρειν αὐτῷ γυναῖκα προσέταττεν ἐκ τῆς οἰκείας φυλῆς, καὶ φεύγειν τὴν τῶν Χαναναίων συγγένειαν προτρέπων, τὴν παλαιὰς ἀρὰς καὶ ἀλογίας πιστεύων. τί ποτε οὖν τὰ θαυμαστὸς οὗτος οἰκέτης, πρῶτον μὲν ἀκριβῶς ἁπάντα βασανίζει τοῦ δεσπότου τὰ ῥήματα, καὶ τὸν προφερόμενον δεδιὼς ὅρκον, καὶ τὸν ἁπάντων ἐποπτεύοντα ὀρρωδῶν ὀφθαλμὸν, πυνθάνεται πρῶτον, εἰ δεῖ τὸν υἱὸν εἰς τὴν πατρῴαν ἀπαγαγεῖν οἰκίαν, καὶ γυναικὸς τὴν ἐκδημίαν πραγματευομένης. τοῦ δ' Ἀβραὰμ ἀπαγορεύσαντος, καὶ φήσαντος μὴ δεῖν ἀπάγειν, ἀλλὰ τῷ θεῷ τῷ κεκληκότι θαρρεῖν, καὶ τοῖς ἐκείνου πηδαλίοις πιστεύειν· ἀπαίρει μὲν ὁ παῖς ἐκ τῆς δεσποτικῆς οἰκίας, πολλοὺς δὲ σταθμοὺς ὁδεύσας, εἰς τὴν Χαρρὰν ὀψὲ τῆς ἡμέρας παρεγένετο. καὶ τοὺς μὲν καμήλους καθίζει, φάρμακον τῶν πόνων τὴν ἀνάπαυλαν προσφέρων, αὐτὸς δὲ μακρὰ χαίρειν εἰπὼν οἷς ἐκόμιζε δώροις, καὶ πάσῃ τῇ τοῦ πλούτου περιφανείᾳ, εἰς οὐρανὸν τὰς χεῖρας ἐκτείνας, τὸν θεὸν ἱκετεύει, προμνήστρια τὴν Ἐφίμου γλυκάζει, καὶ κατευχὴν κόρῃ αὐτῷ τοῖς δεσποτικοῖς

συμβαίνουσαν ἠθεσιν. ἄξιον ὃ & αὐτῶν ἐκεί- A moribus conueniat, despondere dignetur. Dignum verò est, vt hæc supplicis verba audiamus. *Domine*, inquit, Ibid.
νων τ̃ εὐσεβῶν ἀκουσαι ῥημάτων. κύριε γάρ φησιν ὁ θεὸς τ̃ κυρίου μου Αβραάμ, ἰδοὺ ἐγὼ ἕστηκα ἐπὶ τ̃ πηγ̃ τ̃ ὕδατος, αἱ θυγατέρες τ̃ν οἰκούντων τ̃ πόλιν ἐκπορεύονται αὐτλ̃ησαι ὕδωρ, & ἔσται ἡ παρθένος ἣ ἂν ἐγὼ εἴπω, ἐπίκλινον τ̃ ὑδρίαν σου, ἵνα πίω, & εἴπῃ μοι πίε, & τ̃ καμήλοις σου ὑδροδύσομαι ἕως ἂν παύσωνται πίνουσαι, ταύτ̃ ἡτοίμασας τ̃ παιδί σου Ισαάκ· & ἐν τούτῳ γνώσομαι, ὅτι ἐποίησας ἔλεος τ̃ κυρίῳ μου Αβραάμ. πῆς οὐκ ἂν ἀγαθείη τ̃ς εὐσεβείας τὸν αὐθα; μᾶλλον δὲ πῆς ἂν ἀξίως τ̃ν εἰρημένων ἕκαστον ἐφημήσειεν; ἔστι γὰρ ἰδεῖν καὶ ταύτ̃ πίστ καὶ σοφία & εὐσεβείᾳ πρὸ ψυχ̃ κοσμουμένῳ. ὃ γὰρ πᾶσιν ἐρρῶσθαι φράσαντα & τ̃ τ̃ θεοῦ προμηθείᾳ πρὸ τ̃ς ἐκδημίας ὑποθέσιν ἁμαρτ̃σαν, πῶς οὐκ εὐσεβείας ὄντ & σοφίας τ̃ς ὠφελιμωτάτ; ὃ δὲ τ̃ τ̃ δεσπότου θαρρ̃σαν δικαιοσυν̃ , & τούτου καλέσαν θεὸν τὸν κοινὸν ἁπάντων θεὸν , & δι' ἐκεῖνον ἐλπίσαν τέλος πάντως λήψεσθαι πρὸ ψυχ̃, καὶ πρὸ αἴτησιν εἰς ὥρας ἀφίξεσθαι , ποίαν πίστεως ὑπερβολὴν καταλείπει; τετυχηκὼς C ὧν ἠτησε, θεοφιλὴς ἀποδέδεικται. οὐ γὰρ ἂν οὕτω ῥᾳδίως ἔτυχεν, εἰ μὴ λίαν ἐῶ φίλους & δεδωκότι· τ̃ φύσιν ὃ ἡ τ̃ ψυχ̃ ἐδημιούργησεν ἀρετή. ὅτι δὲ τετύχηκε, καὶ πρᾶγμα τετύχηκεν, ἡ ἱστορία διδάσκ. εἰς γὰρ τ̃ς ψυχ̃ς ὃ τέλος ἔφθασεν ἡ Ρεβέκκα, & ὃ τ̃ς φιλοξενίας ἐπιδείκνυσι σημεῖον· καὶ σμικρὸν ὕδωρ αἰτηθεῖσα, & τὰς καμήλους ἁπάσας ποτίζειν ἐπείγεται· & μ̃ πόνου ὃ ὕδωρ ἀνιμωμένη, λογικῶν & ἀλόγων ἀναπαύσ ὃ δίψος, ἀνδρείαν ὁμοῦ & φιλανθρωπίαν ἐπιδεικνυμένη, καὶ τ̃ς ἐν ταῖς λόγοις τ̃ ψυχ̃ς ζω- D γραφηθείσης κόρης ἀρχέτυπον φαινομένη, & τ̃ς Αβραμιαίας οἰκίας ἀξία δεικνυμένη, & τ̃ φιλοξένῳ κηδεσῃ συνομολογουμένη κεκτημένη τὸν γνώμονα· τοῦτο γὰρ καὶ ὁ πιστὸς ἐκεῖνος οἰκέτης ἠτησεν ἱκετεύων, οὐκ εἶδος, οὐ μέγεθος, οὐ πρέπων ἄνθος, οὐκ ὀφθαλμῶν κάλλος, οὐκ ὀφρύων ὑφέτους γραμμάς, οὐ χρώτος εὐφάνειαν, οὐ πλούτου εὐετοσίαν, ἀλλὰ φιλόξενον γνώμην, ἤπιον ἔθος, φθέγμα σεμνὸν & μέτριον, ἦθος ὑπήκοον & φιλανθρωπον, ἄξιον τ̃ς δεσποτικ̃ς οἰκίας, τ̃ς

pietatem hanc virum admiretur? Quin potiùs quis singula, quæ dixit, dignè collaudet? Precationem enim videre B est fide simul & sapientia & pietate ornatam. Quod enim omnibus renũciat, & profectionis causam diuinæ prouidentiæ committit, quis non & pietatis & supernæ sapientiæ opus esse dicat? Quòd verò domini sui iustitiæ confidit, & eum, qui communis omnium Deus est, huius Deum vocat, & propter hunc preces lætum finem accepturas, & petitionem ratam fore sperat, num aliquem fidei excellentissimum gradum sub se reliquit? Quòd verò iis quæ petiit potitus est, Dei amicum fuisse demonstrat. Nec enim tam facilè iis potiri potuisset, nisi in largitorem fuisset gratissimus. Gratitudinem verò hanc animæ virtus elaborauit. Atqui hunc statim voti compotem factum esse, docet historia. Priusquàm enim finirentur preces, Rebecca aduenit, & hospitalitatis signum exhibet. Nam cùm pauxillum aquæ ab ipsa peteretur, se omnes camelos adaquaturam esse promittit: & non sine labore aquam hauriens iumentorum simul & hominum sitim restinguit: quo facto & fortitudinis & humanitatis specimẽ præbens, eius puellæ, quam precationis verba depinxerant, exemplum plenè expressit, & se Abrahamica domo dignam demonstrauit, vt potè quæ mentem hospitali socero optimè conuenientem possideat. Hæc enim fidelis ille famulus petierat: non formam, non corporis staturam, non genarum florem, non oculorum venustatem, non elegantes superciliorum lineas, non generis splendorem, non diuitiarum abundantiam: sed mentem hospitalem, mores placidos, mansuetam, & modestam facundiam, æquum & humanum animi habitum, & herili domo dignum, quæ ad

omnem hoſpitum aduentum patebat, varias excipiebat hominum formas, & omnibus, prout commodum erat, miniſtrabat. Hæc petiit, hæc accepit. Nec ſtatim nullo adhibito examine vel iudicio arripuit, ſed ſingula eorum quæ fiebant expendens, videre volebat, num dominus proſperauiſſet viam ipſius, ſeu minùs. Poſtquàm verò ſigna quæ petierat, vidit omnia, ne tunc quidem ante gratiarum actionem deſponſationis ſymbola dedit, nec voluptate victus largitoris oblitus eſt. Sed donum coràm videns, ſe doni quoque largitorem videre credidit, & priùs pro virili ipſum collaudauit, deinde hoc modo munus oblatum ſuſcepit. Sciſcitatus enim quæ eſſet, & quibus progenita parentibus, cùm & Bathuelis filiã eſſe, & diuerſorium pabulúmq; camelis ſufficiens habere cognouiſſet, *Feſtinans*, inquit, *ſeruus adoranit, & dixit: Benedictus dominus Deus domini mei Abraham, qui non dereliquit iuſtitiam ſuam & veritatem à domino meo, & me proſpera via deduxit in domum fratris domini mei.* Poſtquam enim plura quàm poſtulauerat, accepit, (nec enim potum ſolummodò puella dederat, verùm etiam hoſpitium vltrò pollicita erat, cibúmque tam ipſi quàm camelis ſe exhibituram eſſe promiſerat, ſed & cognationem omnem, quod non petierat, vnà cum iis quæ interrogarat, expoſitam cognouit) quantis potuit laudibus beneficij huius auctori gratias retulit, & diuinis promiſſionibus veritatis teſtimonium tulit. *Benedictus* enim, inquit, *dominus Deus domini mei Abraham, qui non dereliquit iuſtitiam ſuã & veritatem à domino meo, & me proſpera via deduxit in domum fratris domini mei Abraham.* Iuſtus equidem, ait, exiſtis, qui plurimam & magnam piorum curam geris, & tuum promptiſſimum ſeruum, meum videlicet benignum dominum, omni cura dignaris. Veritatem verò verborum tuorum res ipſæ prædicant. In liberis enim promiſſiones confirmas, quas domino meo dediſti. Et poſtquam hoc modo munificentiſſimum Deum celebrauit, puellæ deſpõſationis ſymbola offert. Et aures quidem, vtpote quæ hoſpitum petitiones facilè excipiebãt, auro exornat: ſimiliter & manus, vtpote animæ magnanimitati pulchrè ſubſeruientes, eodem veſtit. Poſtquam autem domum

A πᾶσι ξένοις ἀνεῳγμένης, τ εἰδη ποικίλα δεχομένης, καὶ πᾶσι παρασφερούσης τὰ πρόσφορα. ταῦτα ἠτήσε, ταῦτα ἔλαβε. καὶ οὐδὲ δίχως ἀβασανίστως ἔλαβεν, ἀλλ' ἐξετάζων τ γινομένων ἕκαστον, ἰδεῖν φησὶν ἐβούλετο, εἰ δώωκε κύριος τ ὁδὸν αὐτῇ, ἢ οὔ. ὅπερ ὃ ἄπαντα εἶδεν ἃ ἠτήσατο σημεῖα, οὕτε οὕτως ἔδωκε πρὶ τ ὑμνῳδίας τ μνηστείας τὰ σύμβολα, οὐδὲ ὑφ' ἡδονῆς ἥττηθεὶς, ἐπελήσθη τ δεδωκότος. ἀλλὰ δῶρον βλέπων, βλέπειν ὑπέστευε καὶ τ τ δώρου δοτῆρα, καὶ πρότερον ἐκεῖνον εἰς δυνάμιν ὕμνησεν, εἶθ' οὕτως τὸ δῶρον ἐδέξατο. πυθόμενος γὰρ τίς τε εἴη, καὶ ὅτινος ἔφυ, καὶ μαθὼν ὅτι Βαθουὴλ μὲν ὑὸς μήτηρ, ἔχει δὲ καταγωγὴν καὶ χιλὸν τοῖς κτήνεσι παρασκευῶντα, πεύσας φησὶν ὁ παῖς προσεκύνησε, καὶ εἶπεν· εὐλογητὸς κύριος ὁ θεὸς τ κυρίου μου Αβρααμ, ὃς οὐκ ἐγκατέλιπε τὸ δικαιοσύνῳ αὐτ, καὶ τὸ ἀλήθειαν ἀπὸ τ κυρίου μου, ἐμέ τε δυώδωκεν εἰς οἶκον τ ἀδελφοῦ τ κυρίου μου. ὅπερ γὰρ ὧν ἠτήσεν ἔλαβε πλείονα, οὐ γὰρ μόνον ὕδωρ ἔδωκεν ἡ κόρη, ἀλλὰ καὶ καταγώγιον δώσειν ἀθρόως ἐπηγγείλατο, καὶ B ἔφη καὶ αὐτῇ καὶ τοῖς κτήνεσι πρέξειν ἐπιτήδεια, καὶ τὸ συγγένειαν, ἣν οὐκ ἠτήσε, μᾶλλον ὧν ἠτήσεν εἰδὼς προθυμουμένην, ὑμνοις οἷς ἠδυνάτο, τὸν τ χάριτος ἠμείβετο χορηγὸν, καὶ τ θείας ἐπαγγελίας ὃ ἀψευδὴς ἐμαρτύρει. εὐλογητὸς γὰρ φησιν ὁ κύριος, ὁ θεὸς τ κυρίου μου Αβρααμ, ὃς οὐκ ἐγκατέλιπε τὸ δικαιοσύνῳ αὐτ, καὶ τὸ ἀλήθειαν ἀπὸ τ κυρίου μου Αβρααμ· δίκαιος μὲν γὰρ φησιν ὑπῆρχες, πλείονα τ θυσιῶν ποιούμενος ἐπιμέλειαν, καὶ C τὸν σὸν μὲν οἶνοιν οἰκέτην, ἐμὸν δὲ χρηστὸν δεσπότην, πάσης ἀξίαν θεραπείας. τὸ δὲ ἀλήθειάν σου τ λόγων κηρύττει τὰ πράγματα. ἐν παισὶ γὰρ τοῖς ὑπαρχέσι βεβαίοις, ἃς τ κυρίῳ μου δέδωκας. οὕτως ὑμνήσας τὸν μεγαλόδωρον, προσφέρει τῇ κόρῃ τῆς μνηστείας τὰ σύμβολα. ἐκόσμει μὲν χρυσῷ τὰ ὦτα, ὡς εὐπετῶς καὶ μάλα ταχέως τ ξένων τοῖς αἰτήσεσι δεχόμενα· κοσμεῖ δὲ τὰς χεῖρας ὡσαύτως. ὡς καλῶς ὑπουργούσας τῇ μεγαλοψυχίᾳ τῆς γνώμης. Ἐπειδὴ δὲ εἰς τὸ οἰκίδιον εἰσελή-

εἰσελήλυθε, καὶ τοὺς ἐκείνης γονέας ἐθεάσατο, καὶ τῶ δεσπότου τὰς ἐντολὰς ἀπεκάλυψε, καὶ τῆς θεοῦ τὴν βοήθειαν ἐγνώρισε, καὶ θεραπείας, ἃ τε δὴ γνώριμος, πλείστης ὅσης ἀπήλαυσεν, ἆρα ἐπελάθετο τοῦ δεσπότου, καὶ κεντούμενος ὑπὸ φροντίδων τὸν δεσπότην παρεῖδε, καὶ τὴν οἰκείαν ἀνάπαυλαν τῆς ἐκείνου προετίμησε θεραπείας; οὐδαμῶς. Ἀλλὰ καὶ τῶ τοῦ κόρου φύσαντος, καὶ τῆς γυναικομήνης, καὶ τῶν ὠδίνων κοινωνήσαντος μόνω αὐτιβολεύοντων, ἵν' ὡς ἐκδημούσης τῆς κόρης προὸς ὀλίγας ἡμῶν αὐτῆς ἀπολαύσωσιν ἡμέρας, δὴ ἔλεγε, μὴ κατέχετέ με, ὅτι κύριος εὐώδωκε τὴν ὁδὸν μου· ἐκπέμψατέ με, ἵνα ἀπέλθω προὸς τὸν κύριόν μου. καὶ πολυτρόπως τοῖς λόγοις τὴν θείαν προσηγείαν κοσμῆς, καὶ τὰ ἀγαθῶν ἐκ θεοῦ ἔλκει τὴν χορηγίαν, καὶ τὰ καθ' αὑτὸν ἐκείνης ἀνάπτει τῆς προμηθείας. τί τοῦτον εἰπέ μοι προέβλαψεν ἡ δουλεία; τίς γὰρ ἐν ἐλευθερίᾳ τεθραμμένων, καὶ ἐπ' ἐλευθερίοις γονεῦσιν προγόνοις, τοσαύτης ἀρετῆς ἐπίδειξιν ἐποιήσατο; ποίαν γὰρ ἀκρότητα εὐσεβείας ὑπερβολὴν καταλίποι; Ἀλλ' ἴσως ἄν τις εἴποι τὴν συκοφαντίας ῥᾴδιον ἐπισκήπτων, καὶ τὰ καλὰ ἀφανίζειν διδασκόμενον, ὡς ἡ τοῦ δεσπότου φιλοσοφία τοῦτον οὕτως ἐπαιδοτρίβησε, καὶ προὸς ἐκεῖνον ὁρῶν οἷόν τι κάτοπτρον, εἴλκυσεν ἐκεῖθεν τοὺς τῆς ἀρετῆς χαρακτῆρας· οἱ δὲ πονηροὶ ἐκμισθοῦντες δεσπότας, ἐκμάττονται πάλιν ἐκ τοῦ ἀρχετύπου τὸ μίμημα, καὶ ἐκ τῆς πονηρίας ἀφορμὰς ἐκεῖθεν λαμβάνοντες, ἐργάται γίνονται κακίας, ἐν ἑαυτοῖς ἐκείνους διδασκάλους δείκνυντες. φέρε γοῦν, ἔμψυχος αὐτῶν διελέγξωμεν, καὶ δείξωμεν ὡς αὐθαίρετος καὶ τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς κακίας ἡ κτῆσις, καὶ τὸ μὲν βουλόμενον οἰκέτην κακίαν συλῶ, μηδεὶς δὲ πονηρὸς ἀναγκάσῃ δεσπότης. ἀγέσθω δὴ εἰς μέσον ὁ ἁγιώτατος Ἰωσήφ, ὁ τῆς μὲν γυναικὸς ἐκείνης ἔκγονος, τοῦ δὲ πατριάρχου Ἀβραὰμ ἀπόγονος, ἐν ἥβῃ, ἐν ἀκμῇ, ἐν ὥρᾳ (τὸ γὰρ ὥρας ἡ ἀκμαιοτέρα θέαρ τυγχάνει) ἐν ἥβῃ μὲν τῶ τῆλικίας, εἶχε δὲ αὐθις τὸ χρόνου, ὥρᾳ δὲ λαμπρὸν καὶ τὸ σῶμα, λαμπροτέραν εἶχε τὴν σώματος τὴν ψυχῆς. ἐραστὸς δὲ ἦν τῶ πατρὶ, καὶ λίαν ἐράσμιος, οὐχ ὡς ὀφθεὶς μόνον, ἀλλ' ὡς καὶ τοῖς ἤθεσι συμβαίνων, καὶ τῆς παιδὸς

A ingressus parentes illius vidit, & domini sui mandata exposuit, Dei item auxilium præsens sensit, & seipsum humaniter & studiosè, vt pote notum iam, tractari conspexit, num domini sui oblitus est, & à curis stimulatus dominum neglexit? num propriam quietem & otium seruitio, quod illi debebatur, prætulit? Nequaquam. Sed cùm & pater & mater virginis, tum ille etiam, qui omnium dolorum cum his particeps fuerat, illum vt maneret enixè rogarent, vt puella mox peregrè abitura paucis duntaxat diebus frui
B possent, sic dixit: *Ne detineatis me, quoniam Dominus prosperam fecit viam meam: dimittite me, vt abeam ad dominum meum.* Et sermones suos vbique diuini nominis mentione exornat, & bonorum largitionem inde trahit, atque ea quæ in se erant, ad illius prouidentiam refert. Quid hunc, dic mihi, læsit seruitus? An quisquam eorum qui in libertate enutriti sunt, & liberis parentibus gloriantur, tam eximium de se virtutis specimen præbuit? Quem, inquam, hic summæ pietatis gradum non attigit? Porrò dicat fortasse aliquis eorum, qui calumnias texere, &
C optima quæque reprehendere norunt, quòd heri sui philosophia hunc à puero sic instituerit, & quòd in hunc ceu speculum quoddam respiciens, inde virtutis characteres contraxerit. Quibus verò mali sunt domini, inquiunt, ij sui quoque exemplaris formam exprimunt, & malitiæ primordiis inde desumptis, malitiæ & iniquitatis operarij fiunt, dum in seipsis doctores quoque suos exprimunt. Sed agedum, horum mendacium arguamus, & tam virtutis quàm malitiæ possessionem nostri arbitrij esse, famulúmque, si in malitia vitam suam transigere nolit, nullis
μίοις νενικηκότα τινὰ, εἰκόνι δὲ τοῦ ὁμοφύλων τιμώμενον, μετὰ τῆς σκυλῆς ἐκείνης, culum sunt emensi, retribue. Hoc e-
nim tuæ æquitatis proprium est: hoc
decet iustum tuum iudicium. Hæc,
inquam, corpus quoque diceret, quod
animæ vtilem in certaminibus ope-
ram præbuit, si quidem vocis vsum
aliquem reciperet. Sed nec corpus
hæc dicet, nec altera illa quæ iniqui-
tati inseruiuit anima. Nec enim tali
supplicatione indiget: sed quemad-
modum sapienter regit, ita iustè iudi-
cat: & cùm corpora animabus reddit,
similiter pro dignitate singulis retri-
buit. Quomodo enim non absurdum
foret, fortissimũ militem, qui ex acie
victoriam retulit, & cui statuæ honor
à suis delatus est, cum ea armatura

qua vsus hostes fugauit, vel pingi, vel fingi, vel sculpi, siue lapis, siue æs, siue tabula imaginis materia fuerit; & si arcu vicerit, cum arcu repræsentari, si verò hastâ, galeâ, & clypeo, iisdem rursus armis exsculpi: animam verò, quæ corpore simul iuuante certamen confecit, & inuisibiles hostes superans victoriam retulit, quæque pictorem habet vniuersalem omnium creatorem, nudam & omni armatura spoliatam prostare? Nec verò ducem exercitus solummodò sic honorari videmus, sed athletam quoque, & pugilem, & cursorem, & Tragœdiarum mimum, & curruum habenas regentem aurigam. Horum enim singuli eo, quo vicerunt, habitu in statuis proponũtur. Et hic quidem cum cothurnis prostat, & chlamyde imperatoria, Oenomai cuiusdam aut Creontis personam gerens, omnibus tantùm non dicens, quòd horum personas egerit, & eum his victoriæ præmio potitus sit. Hic verò nudus currit, ipse quoque certaminis speciem referens. Alius luctari videtur, vel coronam tenet, & ignaros docet quale certamen sustinuerit. Alius item pugnat, & aduersarium ferit. Alius habitu & flagello ostendit, quam artem exercens victoriam retulerit. Ne ergo naturam, per quam omnia hæc ritè fiunt, his inhonoratiorem constituas: nec Deum, qui iustitiæ fons est, hominibus iniustiorem existimes, nec etiam illum suos victores hominum more honorare suspiceris. Nam si homines, qui sæpenumerò non magnam iusti æquíque rationem habent, quin ea potiùs omninò negligunt, vilium huiusmodi & inutilium certaminum victores sic honorare solent: multò magis insignes istos magnósque virtutis athletas pugnæ huius legislator simul & agonotheta honorabit, coronabit, & ipsam iustitiam munerum magnificentia vincet. Sed video vnde in hanc blasphemiã impegeris: ex infirmitate enim tua diuina metiris, & infirmitatem tuam diuinæ potentiæ terminum constituis: quæque tibi impossibilia sunt, similiter Deo quoque impossibilia factu existimas. Sed nequaquam hęc ita sunt. Nec enim idem, quod figulus, potest lutum, tametsi ex eadem vterque natura constet. E terra enim

A ἢ χρώμενος τοὺς πολεμίους ἐτρέψατο, ἢ γράφεται, ἢ πλάττεται, ἢ διαγλύφεται, εἴτε λίθος, εἴτε χαλκὸς εἴη, εἴτε σκιὰ, τὸ εἰκόνος ἢ ὕλη· καὶ εἰ μὲν τόξοις κεχρημένος ἐνίκησε, μετὰ τῶν τόξων αὐτὸν ἐκτυποῦσθαι· εἰ δὲ αἰχμῇ, καὶ κράνει, καὶ ἀσπίδι, μετὰ ταύτης αὖ πάλιν τῆς σκευῆς. τιμῶ δὲ ψυχὴν μετὰ τοῦ σώματος ἀγωνισαμένην, καὶ τῶν ἀοράτων πολεμίων κρατήσασαν, καὶ ζωγράφου τυχεῖν τοῦ τῶν ὅλων δημιουργοῦ, γυμνὴν οὖσαν, τῆς πανοπλίας ἐστερημένην; οὐ μόνον δὲ φρατηγὸν ὅστις ἰδεῖν οὕτω πεφιλημένον, ἀλλὰ καὶ ἀθλητὴν, καὶ πύ-

B κτην, καὶ δρομέα, καὶ τραγῳδίας ὑποκριτὴν, καὶ ἁρμάτων ἡνίοχον. τούτων γὰρ ἕκαστος μετ' οὐ ἐνίκησε κτήματος, τιμῶ φασιν ἐν ταῖς εἰκόσι λαμπρύνεσθαι. καὶ ὁ μὲν, ἔστηκε μετὰ τῶν ὑποδημάτων, καὶ τῆς φρατηγικῆς στολῆς, Οἰνομάου τινὸς, ἢ Κρέοντος προσωπεῖον ἔχων, μονονουχὶ λέγων πρὸς ἅπαντας, ὅτι μετὰ τούτων ὑπεκρινάμην, καὶ μετὰ τούτων νενίκηκα. ὁ δὲ, γυμνὸς τρέχει, διδάσκων τὸ ἀγῶνος ὃ εἶδος. ὁ δὲ, παλαίειν δοκεῖ, ἢ καὶ κατέχειν τὸν στέφανον, καὶ

C διδάσκειν τοὺς ἀγνοοῦντας, ποῖον ἀγῶνα ἠγώνισται. ὁ δὲ, πυκτεύει, καὶ τὸν ἀντίπαλον παίει. ὁ δὲ δηλοῖ διὰ τοῦ κτήματος καὶ τῆς μάστιγος ὁποίαν μετιὼν τέχνην τῆς νίκης ἔτυχε. μὴ τοίνυν τούτων ἀπρεπῶν ἀτιμοτέραν ἀποφήνῃς τὴν φύσιν, δι' ἧς τούτων ἕκαστον κατορθοῦται· μὴδὲ τὸν ἀνθρώπων ἀδικώτερον τὸν θεὸν ὑπολάβῃς, δικαιοσύνης ὄντα πηγήν· μηδὲ τοῖς ἀνθρώποις αὐτὸν ἁπλοϊκώτερον τοὺς οἰκείους νικηφορίας ὑποπτεύσῃς γεραίρειν. εἰ γὰρ ἄνθρωποι πολλάκις, οὐδὲ τὸ δίκαιον περὶ πολλοῦ ποιούμενοι, ἀλλὰ καὶ τούτου λίαν ὀλιγωρήσαντες, πρὸς ἐν τοῖς

D λέσι τούτοις καὶ ἀκερδέσιν ἀγῶσιν οὕτω λαμπρῶς εἰώθασι, πολλῷ μᾶλλον τοὺς λαμπροὺς καὶ μεγάλους τῆς ἀρετῆς ἀγωνιστὰς, ὁ ταύτης καὶ νομοθέτης, καὶ ἀγωνοθέτης τιμήσει, καὶ στεφανώσει, καὶ τὸ δίκαιον νικήσει τῷ μεγέθει τῶν δωρεῶν. ἀλλ' οἶδα πόθεν εἰς ταυτηνὶ τὴν βλασφημίαν ἐξώκειλας· ἀπὸ γὰρ τῆς ἀσθενείας τὰ θεῖα τεκμαίρῃ, καὶ τὴν σὴν ἀσθένειαν ὅρον ποιεῖς τῆς θείας δυνάμεως, καὶ τά σοι λίαν ἀδύνατα ὑπολαμβάνεις καὶ θεῷ νομίζεις ἀδύνατα. ἀλλ' οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστιν. οὔτε γὰρ ταυτὸν ὁ πηλὸς τῷ κεραμεῖ δυνατὸν, καὶ μὴν ἄμφω μιᾶς ὑπάρχουσι φύσεως. ἀπὸ γὰρ γῆς

καὶ σὺ τὸ κἀκεῖνος. καὶ μάρτυς ὁ τῷ Ἰὼβ προσδιαλεγόμενος ἀνθρωπος, ὅτι τῷ αὐτῷ διαπρησαμένω λέγων πηλοῦ σὺ ὡς καὶ ἐγώ. ἀλλ' ὅμως καὶ μιᾶς φύσεως οὔσης τότε πηλοῦ καὶ τῷ κεραμέως, οὐ πάντως ἴσην δυνάμιν ἐν ἀμφοῖν ἔστιν εὑρεῖν. ὁ μὲν γὰρ κινεῖ, ὁ δὲ κινεῖται, καὶ ὁ μὲν πλάττει, ὁ δὲ πλάττεται, καὶ ὁ μὲν κεραννύει, ὁ δὲ κεραννύται, καὶ ὁ μὲν εἰδοποιεῖ, ὁ δὲ εἰδοποιεῖται, καὶ ὡς ἂν ὁ κεραμεὺς ἐθέλοι, μεταχηματίζεται. εἰ δὲ ἔνθα μία ἡ φύσις, οὐκ ἴση ἡ δύναμις, πολλῷ μᾶλλον ἔνθα διάφορος ἡ φύσις, διάφορος καὶ ἡ δύναμις· ἀλλὰ γὰρ οὐδὲ συγκρίναι δυνατὸν τὰ ἀσύγκριτα. πῶς γὰρ ἂν παραβληθείη ὃ οὐκ μὴ ὄντων τῷ ἀεὶ ὄντι; ὃ ἐν χρόνῳ τῷ πρὸ αἰώνων; τῷ ἐκ πηλοῦ τῷ οὐρανοῦ καὶ γῆς ποιητῇ; μὴ τοίνυν τά σοι λίαν ἀδύνατα, νομίσῃς εἶναι ἀδυνάτα καὶ θεῷ. πάντα γὰρ ἐκείνῃ τῇ φύσει δυνατὰ καὶ λίαν ὑπήκοα. δύναται τοιγαροῦν, καὶ τάχα ἁπαξ εἰς ἰχῶρα διαῤῥυεῖσάν τοῦ σώματος φύσιν, εἶτα κόνιν γεγενημένην, καὶ πάλιν ἁθρόον διαφαρεῖσάν, ἐν ποταμοῖς, ἐν πελάγεσιν, ἐν οἰωνοῖς, ἐν θηρίοις, ἐν πυρὶ, ἐν ὕδατι, (πάντα γάρ σου τὰ τῆς ἀπιστίας εἰς μέσον φέρω κυήματα) συναγαγεῖν σε θέλων πάλιν, καὶ εἰς ὃ πρότερον καὶ μέγεθος καὶ κάλλος ἐπαναγαγεῖν. ἠθέλησε γὰρ μόνον, καὶ ἐγένετο οὐρανός, καὶ ἐκυρτώθη τοσοῦτον, ὅσον ἠθέλησεν. ἠβουλήθη, καὶ ὑπεστορέσθη ἡ γῆ, καὶ χρέμασεν μόνον τοῦ θεοῦ τὸν ὅρον θεμέλιον ἔχουσα. εἶπε, καὶ ἐγένετο φῶς. ἐκέλευσε, καὶ πρήνθη τῶν ὑδάτων ἡ φύσις· προσέταξε, καὶ τῆς γῆς ἀπεκρίθη. ἔνευσε, καὶ ἐκοσμήθη ἡ γῆ, λαμπῶσι, καὶ ἄλσεσι, καὶ λειμῶσι πανταχοῦ, εἶπε, καὶ πρήνθη ζώων εἴδη μυρία, χερσαῖα, ἔνυδρα, καὶ ἀέρια. ὁ τοῦτα λόγῳ πεποιηκώς, ῥᾷον κἀκ τούτων πολλῷ πάντως τὸ σώματος ἀνίστησι φύσιν. ῥᾷον γὰρ πολλῷ τὸ παλαιωθὲν καινουργῆσαι, ἢ τὰ μὴ ὄντα δίχα ὕλης ποιῆσαι. εἰ δὲ ἀπιστεῖς, ἐρεῖ σοι Παῦλος ὁ μέγας τῆς οἰκουμένης διδάσκαλος· ἄφρον, σὺ ὃ σπείρεις, οὐ ζωοποιεῖται ἐὰν μὴ ἀποθά-

A tam figulus quàm lutum est. Idémq; Iobo colloquens homo testatur dicens, *Ex eodem luto factus es tu sicut & ego.* Nihilominus tamen, cùm ex vna natura tam lutum quàm figulus constet, non tamen æqualem in ambobus potentiam inuenire licet. Hic enim mouet, lutum verò mouetur: & hic quidem fingit, illud verò fingitur: hic macerat, illud maceratur: hic format, illud formatur, & in quamcumque figulus voluerit figuram transit. Si verò vbi vna & eadem natura est, non æqua tamen est po-
B tentia: multo magis vbi diuersa natura est, diuersa quoque potentia erit. Cæterùm ne conferre quidem possibile est, quæ incomparabilia sunt. Quomodo enim quod è nihilo factum est, cum eo quod semper fuit, conferetur? quod temporis initium habuit, cum eo quod æternum est? quod ex luto factum est, cum cæli & terræ creatore? Ne igitur quæ tibi valdè impossibilia sunt, Deo quoque impossibilia esse existimes. Omnia enim diuinæ potentiæ possibilia & valdè facilia sunt. Potest itaque cùm
C vult, corporis naturam, quæ semel in saniem diffluxit, deinde in puluerem redacta, & vndiquaque dispersa est, in fluminibus, in fretis, in volucribus, in feris, in igne, in aqua, (nam omnes quas incredulitas profert rationes, in medium adducere libet) denuò colligere, & in priorem magnitudinem & formam reducere. Nam voluit solummodò, & factum est cælum, & inflexum est quantum voluit. Voluit, & substrata est terra, & suspensa est, non aliud quàm à Deo præscriptum limitem fundamentum habens. *Dixit, & facta est lux.* Iussit, Gen. 1.
D & congregata est aquarum natura: præcepit, & à terra separata est. Annuit, & ornata est terra segetibus, syluis, & pratis omniuariis. Dixit, & productæ sunt animalium infinitæ species, terrestria nimirùm, aquatilia, & aëria. Qui hæc verbo effecit, faciliùs multo ex his corporis naturam resuscitat. Multo enim facilius est quod vetustate consumptum erat, innouare, quàm ea quæ non sunt sine materia facere. Quòd si huic fidem negas, Paulus magnus ille orbis doctor dicet tibi: *Stulte, tu quod se-* 1. Cor. 15.
minas non viuificatur nisi mortuum fue-

rit. Et hoc quod seminas, non corpus, quod nascetur, seminas, sed nudum granum, exempli causa, tritici, aut alicuius ex cæteris: sed Deus illi dat corpus, vt voluit. Si verò huius quoque doctrinam delirium quoddam & fabulam esse putas, en naturam accipe, quæ resurrectionem docet & prædicat. Nam agricola primò quidem sulcos exscindit, & ceu sepulcra quædam effodit, deinde semina iis mandat, & quasi corpora sepulturæ tradens, operit. Nec quicquam ampliùs præter hæc ille facere potest: nisi cùm aquarum copia ipsi fuerit, hanc solam fortè præbere poterit, Deus verò cælitùs pluit, vel aquam è fontibus & fluuiis deductam seminibus exhibet, deinde irrigans illa & humectans, & putredine tanquam humana corpora resoluens, illa quidem inutilia in posterum ad esum hominibus, vtilissima autem iis, quæ ex ipsis proditura sunt, corporibus efficit. Vbi enim humorem exceperunt, & dilatata ac putrefacta sunt, radicum fibras pariunt, quibus illa proximam sibi terram apprehendunt: deinde humorem ex hac per radices ceu fistulas quasdam attrahũt, & herbam sursum crescentem germinant: & paulatim quidem eo, quem diximus, modo nutriuntur, & calamum in altum emittunt, & spicam absconsum in se fructum continentem, atque aristis ceu satellitibus quibusdam stipatum proferunt. Ne ergo resurrectionem negare pergas, cùm quotidie resurrectionis exempla videas, & eiusdem audias subinde præconia. Porrò vt firmam de resurrectione fidem concipias, denuò ad plantarum historiam mihi reuertere, & vitium palmites, vel ex arboribus auulsos surculos, vel è radicibus enatos stolones inspice. Hi enim amputatione quasi mortem subeunt: defossi autem quasi sepulturæ mandantur: deinde terra operti & putrefacti, Dei voluntate radices deorsum agunt, & sursum germinant, & vigent, & in altum extollũtur, & fructu ingraueſcunt, adeò vt quæ enatæ sunt plantæ, sepultis palmitibus longè pulchriores sint. Sed quid palmites & arbores ac semina dicere opus est? quin ad tuæ ipsius naturæ officinã accedito. Tuæ formationis materiam inspice, quàm vilis sit, & parua, & à pi-

A νη. καὶ ὁ σπείρᾳς, οὐ τὸ σῶμα τὸ γυμνόμενον σπείρᾳς, ἀλλὰ γυμνὸν κόκκον εἰ τύχη σίτου, ἢ τινος τῶν λοιπῶν· ὁ δὲ θεὸς δίδωσιν αὐτῷ σῶμα, καθὼς ἠθέλησεν. εἰ δὲ καὶ τῷ τούτου διδασκαλίαν ληρώδη καὶ μῦθον νομίζῃς, δεῦρο τῷ φύσιν διδάσκουσαν καὶ κηρύττουσαν τὴν ἀνάστασιν. ὁ γὰρ γεωργὸς, τέμνῃ μὲν πρότερον τὰς αὔλακας, καὶ οἷόν τινας τάφους ὀρύττει, εἶτα καταβάλλει τὰ σπέρματα, καὶ ὥσπερ σώματα ταφῇ παραδιδοὺς, καταχώννυσι· καὶ τούτων πλέον οὐδὲν ἐκεῖνος ἰσχύει ποιῆσαι. ἀλλὰ κἂν ὕ-

B δατος δι' ὁρμῆς, προσφέρειν τοῦτο δυνάμενον μόνον· ὁ μὲν θεὸς, ἢ οὐρανόθεν ὕει, ἢ δι' ἐκ πηγῶν καὶ ποταμῶν ὕδωρ τοῖς σπέρμασι χορηγεῖ· εἶτα ἐρδύων ταῦτα καὶ διαβρέχων, καὶ οἷόν τινι σπλάγχνῳ τοῖς ἀνθρωπείοις σώμασι παραπλησίως παραδιδοὺς, ἄχρηστα μὲν λοιπὸν τοῖς ἀνθρώποις εἰς ἐδωδὴν ἐργάζεται, χρήσιμα δὲ λίαν τοῖς ἐξ αὐτῶν τικτομένοις σώμασιν. ἐκποδὼν γὰρ τὰ νοτίδα, καὶ διαρρυόμενα, καὶ ὅτῳ πως διασπόμενα, γόνιμα μὲν τὰς τῶν ῥιζῶν προβολὰς, ὑπολαμβάνει· ἐκ ταύτης δὲ παραχειμένης γῆς, εἶτα τῷ ἐκ ταύτης νοτίδα, καθάπερ δι' αὐλῶν τινῶν

C τὰ ῥιζώνες ἕλκει πρὸς ἑαυτὰ, καὶ τίκτει τὸν ἄνω φυομένῳ βοτάνιον· καὶ κατὰ μέρος ὑπὸ τῆς προσφυομένης τρέφει λόγῳ, καὶ τὸν τε καλάμου εἰς ὕψος παραπέμπει, καὶ τὸ μὲν ἄσταχυν ἐκφέρει, κεκρυμμένον ἔχοντα τὸν καρπὸν, οἳ δέ τινας δορυφόρους τοὺς ἀνθέρικας περικείμενον. μὴ τοίνυν ἀπιστήσῃς τὴν τοῦ σώματος ἀνάστασιν, διὰ τῶν βλέπων τὴν ἀνάστασιν τὰ μιμήματα, καὶ διὰ τῶν ἀκούων τὴν τῆς ἀναστάσεως κηρυγμάτων. ἵνα δὲ βεβαίαν δέξῃ τὴν περὶ τῆς ἀναστάσεως πίστιν, ἐλθέ μοι πάλιν ἐπὶ τὴν τῶν φυτῶν ἱστορίαν, καὶ βλέπε τὰ κλήματα τῆς ἀμπέλου, καὶ τὴν ἀγρίων δένδρων, ἢ

D λας καλουμένας ἀποφάδας, ἢ τὰς ἀπὸ τῶν ῥιζῶν χελώνας, τῇ μὲν τομῇ, τῷ οἱονεὶ τελευτᾷν δεχόμενα, τῇ δ' ἐν τῷ βόθρῳ θέσει, καθάπερ τινὶ ταφῷ παραδιδόμενα. εἶτα χωννύμενα καὶ σπαιρόμενα, ἔπειτα τῷ θείῳ βουλήματι, καὶ ῥίζας κάτω γιγνόμενα, καὶ βλαστοὺς ἄνω φύοντα, καὶ ἠβῶντα, καὶ εἰς ὕψος αἰρόμενα, καὶ βαίθοντα τῷ καρπῷ, καὶ τὰ ταφέντων κλημάτων διαφερόντως τὰ τερπνὰ γινόμενα. καὶ τί λέγω κλήματα, καὶ δένδρα, καὶ σπέρματα; ἐλθέ μοι πρὸς αὐτὸ τὸ τῆς φύσεως ἐργαστήριον. βλέπε τῆς σῆς διαπλάσεως τὰς ὕλας, πῶς ἀτελεῖς, καὶ μικρὰς, καὶ κορυ-

ζης μιᾶς οὐδὲν διαφέρουσαν. ἀλλ' ὅμως ὁ ὀλιτελὲς ἐκεῖνο, καὶ σμικρὸν, καὶ ἄψυχον, καὶ ἄπνουν, καὶ παντελῶς αἰσθητὸν, θεοῦ νεύσαντος, ἀνθρωπος γίνεται, καὶ εἰ ἔχον εἶδος, εἰς μυρίας ἰδέας μεταποιεῖται, ταῖς μὲν στερεὰς καὶ αὐτοτύποις, ταῖς δὲ λείπτοις καὶ μαλακαῖς, καὶ ταῖς μὲν μανὰς καὶ πολυπόροις, ταῖς δὲ συχνὰς καὶ πυκνὰς, καὶ ταῖς μὲν παχείας καὶ λείους, ταῖς δὲ λεπτὰς καὶ ἠτρίους καὶ ὑμενώδεις, καὶ ταῖς μὲν αὐλοειδεῖς καὶ σπειροειδεῖς, ταῖς δὲ νευρὰς καὶ οὐδὲν σπειροειδὲς ἐχούσας. καὶ ἔστιν ἰδεῖν ἀπὸ τῆς βραχείας ἐκείνης ὕλης γινομένους καὶ αἵματος ὀχετοὺς, καὶ πνεύματος ἀγωγοὺς, καὶ σωμοδέσμους στερροὺς, καὶ ὀστῶν μαλακότητα, καὶ ὀστῶν στερρότητα, καὶ ὀφθαλμῶν λαμπρότητα, καὶ κόρης καθαρότητα, καὶ παρειᾶς λειότητα, καὶ τριχῶν λεπτότητα, καὶ τἄλλα μυρία ὅσα σῶμα ἀνθρώπειον ἔχει γλίσχος. ὧν τὴν χρείαν καὶ τὴν ἐνέργειαν, πολλοὶ μὲν τῶν περὶ ταῦτα δεινῶν διεξελθεῖν ἐπειράθησαν, κατηφέντες ὑπὸ τῆς τοῦ δημιουργοῦ σοφίας, εἰς ὕμνῳδίαν τὸν λόγον ἐτέρψαντο· καὶ ταῦτα οὐδὲ τῆς ἡμετέρας ὄντες αὐλῆς, ἀλλὰ τῶν ἔξω πλανωμένων προβάτων. ἀλλ' ὅμως τὴν ἀγαθὴν πόαν νεμόμενοι, καὶ ὑπὸ τῆς φύσεως μόνης κινούμενοι καὶ παιδαγωγούμενοι, τὸν ποιμένα καὶ κηδεμόνα καὶ ποιητὴν τοῦ παντὸς ὡς ἐχρῆν ὕμνησαν. σὺ δὲ πρὸς τῇ φύσει καὶ νόμον ἔχων διδάσκαλον, καὶ προφήτας τὰ θεῖα παραδιδόντας, καὶ τὸν ἀποστόλων τὸν χορὸν, τούς τε τῶν ὄντων διδάσκοντα, καὶ τοὺς τῶν μελλόντων κηρύττοντα, δέξαι πανταχόθεν τῆς ὠφελείας τὸν ἔρανον. ἀπόχεε δὲ καὶ μόνη τῶν ἐμβρύων ἡ φύσις, καὶ ἡ τροφὴ τῶν ἀνθρώπων διάπλασις, ὑποδεῖξαί σοι τὴν τῶν νεκρῶν σωμάτων ἀνάστασιν. πίστευσον εἰ γαστέρα μήτραν τὴν γῆν, μήτραν τὸν τάφον, σπέρμα δὲ τῆς φύσεως τὸ βραχύτατον ἐκεῖνο καὶ χοώδες τοῦ σώματος λείψανον, ὃ καὶ πάντα πάσιν ὁρᾷ ἀφανὲς πᾶσιν ἀνθρώποις, θεωρητὸν ὄντι τῷ θεῷ, καὶ τὸν ὀφθαλμὸν ἐκεῖνον οὐδεὶς πέφευγεν. ἐν γὰρ τῇ χειρὶ αὐτοῦ τὰ πέρατα τῆς γῆς. καὶ αὐτὸς ἐμέτρησε τῇ χειρὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸν οὐρανὸν σπιθαμῇ, καὶ τῷ γῷ πᾶσαν δρακί· καὶ ῥᾴδιον αὐτῷ θεάσασθαι τὰ ἐν τῇ χειρί. καὶ γὰρ καὶ σοὶ τοῦτο λίαν εὐπετές· κἂν ἀναμίξαι θελήσῃς κέγχρον καὶ φακὸν, καὶ

A tuita non multùm differens. Nihilominùs tam vilis hęc & parua, tum inanimata quoque, ſpiritu carens & inſenſibilis materia, omninò Deo ſic annuente homo fit: & cum ipſa vnam & eandem formam habeat, in infinitas tamen transformatur, & has quidem ſolidas & duras, alias verò faciles & molles, alias item raras & multis partibus peruias, alias denſas & ſpiſſas, alias quidem craſſas & leues, alias verò tenues, reticulares, & membraneas, alias rurſum fiſtulares & tibiis ſimiles, alias ſolidas & omni concauitate carentes. Et ſanè ex parua illa materia enaſci videmus, & ſanguinis ductus, & ſpiritus canales, & ſolida vincula, & carnium mollitiem, oſſium duritiem, oculorum ſplendorem, & pupillæ puritatem, & genarum læuitatem, & pilorum tenuitatem, & alia innumera quæcumque habet genus humanum. Quorum vſum & operationem multi quidem in his ſagaci & ſolerti ingenio præditi enarrare tentarunt, victi autem Creatoris ſapientia ſermonem in hymnum finierunt, idque cùm non ad noſtra ſepta pertinerent, ſed ex foris errantium ouium numero eſſent. Nihilominus tamen læta hæc paſcua carpentes, ſoláque natura moti & edocti, paſtorem, gubernatorem, & creatorem omnium pro virili celebrauerunt. Tu verò præter naturam legem quoque habes magiſtram, & prophetas, qui diuina tradunt, tum Apoſtolorũ cœtum, qui de præſentibus docet, & futura prędicat. Excipe ergo vndiquaque collatũ ſalutis beneficiũ. Ad hęc ſola fœtuum natura, primáque hominum in vtero matris formatio, defunctorum hominum reſurrectionem ſufficienti demonſtratione docere poteſt. Crede maternum vterum eſſe terram, matricem ſepulcrum, ſemen verò naturæ paruulas illas & puluerem referentes corporis reliquias: quod cùm cunctis hominibus omninò ſpiſſum obſcurúmque ſit, à Deo tamen facilè cernitur, & oculum illum nemo effugit. *In manu enim eius ſunt termini terræ.* Pſal. 64. & *Ipſe menſus eſt manu aquas, & terram omnem pugno.* Eſa. 40. & facilè illi eſt ea quæ in manu ſunt perſpicere. Nam & tibi idem facillimum eſt: & ſi miſcere ſimul voles milium & lentes, &

triticum & hordeum, eadem facilè A diſcernis rurſus, prout voles. Si itaque in manu Dei ſunt termini terræ, facillimum ei eſt ea quoque, quæ omninò commixta ſunt, exactè diſcernere. Finge igitur matricem eſſe ſepulcrum, ſemen verò iacentes illic reliquias, creatorem verò qui verè creator eſt, partus verò dolores, nouiſſimum vitæ diem, & horrendam
Cor. 15. Archangeli vocem. *Nam tuba clanget*, inquit, *& mortui excitabuntur incorrupti.* Tunc eorum quæ in vitâ commiſimus à nobis ratio exigetur: tunc eorum quæ vel benè vel malè fecimus, rationem reddemus: tunc abſ- B conditæ mentis noſtræ cogitationes
2 Cor. 5. omnibus manifeſtæ fient. *Tunc omnes ſiſtemur ad tribunal Chriſti, vt reportet vnuſquiſque ea quæ fiunt per corpus, iuxta ea quæ fecit, ſiue bonum, ſiue malum.* Hæc ergo timentes, ô homines, infeſtos aduerſus prouidentiam animos deponite, fugite hoc odium malum, blaſphemiâ omni excuſatione deſtituta abſtinete. Amicitiam creatori ſpondete, vt nos tanquâ amicos gubernet, nõ quaſi inimicos è naui eiiciat. Laudibus celebrate prouidentiæ gubernacula, vt ab his C gubernati præſentis vitæ fluctus effugiatis, & portibus illis tranquillis, tutíſque potiamini, in Chriſto Ieſu domino noſtro, quoniam ipſum decet omnis gloria in ſæcula. Amen.

πυρὸς καὶ κριθὰς, πάλιν αὖτὰ διακρίνεις ῥᾳδίως, ὡς ἂν ἐθέλῃς. εἰ τοίνυν ἐν τῇ χειρὶ τοῦ θεοῦ τὰ σπέρματα τῆς γῆς, ῥᾴδιον αὐτῷ κομιδῇ, καὶ τὰ πρωτέλως ἀναμιχθέντα διακρῖναι καὶ διαλέξασθαι. πίστευσον τοίνυν μήτραν εἶναι τὸν τάφον, σπέρμα δὲ τὸ ἀποκείμενον λείψανον, πλάσιν δὲ τὴν πλάσιν, ὠδῖνας δὲ τὴν ἐσχάτην τοῦ βίου ἡμέραν, καὶ τὴν φοβερὰν τοῦ ἀρχαγγέλου φωνήν· σαλπίσει γάρ φησι, καὶ οἱ νεκροὶ ἐγερθήσονται ἄφθαρτοι. τότε τῶν βεβιωμένων τὰς δίκας εἰσπραξόμεθα· τότε τὰ κέρδη ἡμῖν ἢ κακῶς εἰργασμένων τὸν λόγον ἀποδώσομεν· τότε τὰ κεκρυμμένα τῆς διανοίας ἡμῶν βουλεύματα δῆλα πᾶσι γενήσεται. τότε πάντες παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ, ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε κακόν. ταῦτα δείσαντες, ὦ ἄνθρωποι, ἀπόθεσθε τὴν τῆς διανοίας ἀπείθειαν· φύγετε τὸ πονηρὸν τοῦτο δυσμενίσαι· παύσασθε βλασφημίας ἀπολογίας ἐστερημένης. αἰσχύνθητε πρὸς τὸν πεποιηκότα φιλίαν, ἵν' ὡς φίλους ἡμᾶς κυβερνήσῃ, καὶ μὴ ὡς πολεμίους ἔξω βάλῃ τοῦ σκάφους. μνήσθητε τῆς διανοίας πηδάλια, ἵν' ὑπὸ τούτων κυβερνώμενοι, τὰ πρόντος βίου τὰ κύματα διαφύγητε, καὶ τῶν λιμένων ἐκείνων τῶν ἀπηνέμων ἀπολαύσητε, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ὅτι αὐτῷ πρέπει πᾶσα δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

QVOD OLIM DEVS NON Iudæorum modò, ſed omnium quoque hominum curam geſſerit: & de Saluatoris incarnatione.

ORATIO X.

IMPENETRABILE quidem eſſe diuinæ ſapientiæ & prouidentiæ pelagus euidentiſſimè noui. Memini etiam ſanctiſſimi prophetæ
Pſal. 35. clamantis, *Iudicia tua abyſſus multa:* memor item ſum magni illius veritatis præconis diuini Pauli, qui in
Rom. 11. talem vocem erumpit. *O profunditatem diuitiarum & ſapientiæ & cognitionis Dei, quàm imperſcrutabilia ſunt iudicia eius, & imperueſtigabiles viæ eius!* Non tamen imprudenter prorſus ea, ad quæ penetrari nequit, ag-

ΟΤΙ ΑΝΩΘΕΝ Ο ΘΕΟΣ οὐκ Ἰουδαίων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἁπάντων ἀνθρώπων κηδόμενος διετέλεσε. καὶ περὶ τῆς τοῦ σωτῆρος ἐνανθρωπήσεως.

ΛΟΓΟΣ Ι'.

ΑΠΑΝΤΟΝ μὲν οἶδα σαφῶς τὸ θείας σοφίας καὶ προμηθείας D πέλαγος. καὶ μέμνημαί γε τοῦ θεσπεσίου προφήτου βοῶντος, τὰ κρίματά σου ἄβυσσος πολλή. μέμνημαι δὲ καὶ τοῦ μεγάλου κήρυκος τῆς ἀληθείας, τοῦ θειοτάτου Παύλου, τοιαῦτα πάλιν ῥήξαντος φωνήν. ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως θεοῦ, ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ. οὐ τοίνυν ἀνοήτως τῶν ἀνεφίκτων κα-

πατολμῶμεν, ἀλλ' εἰς δύναμιν τὰ θεῖα θαυμάζομεν, καὶ ὅσον χωροῦμεν, ὑμνοῦμεν. ἴσμεν γὰρ καὶ τοὺς τὸν ἥλιον πλέον ἢ δεῖ κατιδεῖν φιλονεικοῦντας, οὔτε ὧν ποθοῦσιν ἀπολαύοντας, καὶ τὴν ὄψιν λυμαινομένους, καὶ οὐ μόνον φῶς ἐκβλῆσαι οὐχ ἑλκοντας, ἀλλὰ καὶ σκότος ἐπισωρεύσαντας. Τοῦτο δὲ τὸ καὶ τὸν νοῦν τὸν ἀνθρώπινον ὁρᾶν ἰδεῖν πεπονθέναντα. ἐρευνήσας γὰρ πολλάκις ὁ ἀβελτηρίας φιλονεικίᾳ, ἵνα τὴν γῆν ὑποβρύχιον, καὶ τίς αὖ πάλιν ἡ ἐκείνου κρηπὶς, καὶ ὑπὸ τίνος αὖθις κἀκεῖνο φέρεται, ἢ ποῖα τὰ ἄνω τοῦ οὐρανοῦ, τί δὲ τὰ ἔξω τοῦ σύμπαντος κόσμου, οὐ μόνον οὐδὲν εὑρίσκει τῶν ζητουμένων, ἀλλὰ καὶ ζόφου πολλοῦ καὶ ἀπορίας ἀναπλησθεὶς ἐπανέρχεται. Οὕτω εἰδὼς τὸν νοῦν τὸν ἀνθρώπινον ὁ μακάριος Παῦλος προλέγων· εἰ δέ τις δοκεῖ ἐγνωκέναι τι, οὐδέπω οὐδὲν ἔγνω καθὼς δεῖ γνῶναι. καὶ πάλιν· ἐκ μέρους γινώσκομεν, καὶ ἐκ μέρους προφητεύομεν· ὅταν δὲ ἔλθῃ τὸ τέλειον, τότε τὸ ἐκ μέρους καταργηθήσεται. καὶ ἑτέρωθι· ὅτε ἤμην νήπιος, ἐνενόουν ὡς νήπιος, ἐφρόνουν ὡς νήπιος, ἐλογιζόμην ὡς νήπιος· ὅτε δὲ γέγονα ἀνήρ, κατήργηκα τὰ τοῦ νηπίου. Ταῦτα δὲ πρῶτα διέξεισιν ὁ θεῖος ἐκεῖνος ἀνὴρ, πεῖσαι βουλόμενος ἅπαντας, καὶ χαλινοῦν τὸν νοῦν τὸν ἀπλησίαν, ἵνα μὴ τῶν ἀδυνάτων καταπολμᾷ, καὶ ἀναμένῃ τὸν ἐσόμενον ἐν τῷ μέλλοντι βίῳ τὸν παραδόσεων ἀκριβῆ κατανόησιν. ὅπερ τοῦτο νηπιώδη καλεῖ τὸν νῦν ἡμῖν δεδομένον γνῶσιν. καὶ τὴν μὲν νομικὴν διδασκαλίαν τοῦτον παιδαγώγων, τελείαν αὐτὸν ὀνομάζει· τὸν δὲ ἀπαθῆ βίον καὶ ἀθανάτῳ συγκρίνων, μεθερμηνεύει παρουσίαν. καὶ τοῦτο δὲ τῆς θείας προμηθείας τεκμήριον. ὁ γὰρ σοφὸς ἅπαντα πρυτανεύων, εἰδὼς ἡμῶν τῆς ἀλαζονείας τὸ φύσημα, οὐδὲ τοῖς ἁγίοις ἀκριβῆ δέδωκεν τῶν θείων τὴν γνῶσιν. φυσιοῖ γὰρ ἡ γνῶσις, ὡς μακαρίῳ Παύλῳ καὶ τῇ ἀληθείᾳ δοκεῖ. ἀλλ' ἆθλον αὐτοῖς προτέθεικεν ἀρετῆς, ἵνα τὸν πρόσθεν βίον καλῶς ἀγωνισάμενοι, καὶ τὰ πάθη πρότερον ἀποδυσάμενοι, καὶ φθορᾶς καὶ παθῶν ἐλεύ-

A gredimur, sed diuina pro virili admiramur, & quantum ex iis nostri ingenij viribus percipi potest, laudamus. Nam eos quoque, qui Solem ampliùs quàm oportet intueri conantur, nec ea quæ cupiunt percipere, sed visum quoque hebetare, & non modò lucem inde nullam trahere, sed & tenebras sibi conciliare nouimus. Idem hoc humanam quoque mentem pati facilè cernitur. Dum enim amentia seductus homo scrutari studet quid sit quo terra fulcitur, & quod rursum huius fundamentum, & super quod illud ipsum quoque vehatur, vel qualia sint quæ supra cælos sunt, quæ item extra mundum hunc vniuersum existant, non modò eorum quæ quærit nullum inuenit, sed tenebris simul magnis & dubitatione impletus redit. Talem esse mentis infirmitatem Paulus intelligens hortatur dicens: *Quòd si quis putat se scire aliquid, nondum quicquam nouit quemadmodum nouisse oportet.* Et rursum: *Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. At vbi venerit quod perfectum est, tunc quod ex parte est, abolebitur.* Et alibi: *Cerno nunc ceu per speculum & in ænigmate; tunc autem facie ad faciem: nunc cognosco ex parte, tunc verò cognoscã quemadmodum & cognitus sum.* Et rursum: *Cùm essem puer, vt puer loquebar, vt puer sentiebam, vt puer cogitabam. At vbi factus sum vir, aboleui quæ erant puerilia.* Hæc autẽ omnia dicit diuinus vir, persuadere volens omnibus, vt & mentis inexplebilem cupiditatem, ne impossibilia aggrediatur, refrænent, & futuram in venturo sæculo integram rerum cognitionem expectent. Quapropter eam, quæ nunc nobis data est, notitiam puerilẽ vocat: & legali quidem doctrinæ hanc conferens, ipsam perfectam nominat, eandem verò impassibili & immortali vitæ conferens, infantilem appellat. Et hoc quidem diuinæ prouidentiæ argumentum est. Qui enim sapienter omnia administrat, nostræ arrogantiæ fastum cognitum habens, ne sanctis quidem integram diuinorum cognitionem dedit. *Scientia enim, vt beato Paulo & veritati visum est, inflat.* Sed ipsam virtutis brauium proposuit, vt postquam in præsenti vita benè decertauimus, & affectus in vniuersum exuimus, corpúsque indui-

B

C

D

1. Cor. 8.

1. Cor. 13.

1. Cor. 8.

mus à corruptione & affectibus liberum, tunc etiam perfectam percipiamus ſcientiam : nullum in poſterum (vt pote affectibus liberati, & extra pugnæ periculum conſtituti) damnum accipientes. Ne ergo ea, ad quæ peruenirí nequit, penetrare conemur: ſed ea quæ accepimus, amplectamur, & prout poſſumus, bonum illum dominum noſtrum celebremus, iiſque quas habemus benefactorem laudibus vehamus. Videmus viros virtutis cultores in gloria, honore, & cultu viuere? adoremus virtutis legiſlatorem & agonothetam, qui ipſam rectè iuſtéque deprædicat. Videmus alios eodem quidem vitæ ſtudio occupatos, qui tamen non eadem ab omnibus præmia auferunt? ne ægrè feramus, ô amice. ſed credamus, ipſos quidem benè certare patientiæ certamen, propter hoc autem in futurum ſæculum demum celebrandos eſſe, quemadmodum in proxima oratione diximus. Nec blaſphemos contra prouidentiam ſermones eiaculemur. Abſurdum enim eſt, & multa amentia, imò extrema inſania plenum, illos ipſos quidẽ, qui per fluctus nauigant, & procellis feriuntur, & in multis ærumnis vitam tranſigunt, gubernatorem laudibus vehere : eos verò qui extra teli iactum (vt prouerbio dicitur) conſtituti, & ſpectatores potiùs quàm certatores ſunt, certaminum præſidem blaſphemis verbis petere, cùm factis non poſſint. At pietatis alumni, non modò dum ſecundis ventis feruntur, verumetiam cum fluctibus & tempeſtate colluctantes, ſummum illum omnium Deum celebrant. Beatum ſanè illum Dauidem, virum qui omnem vitam in bellis conſumpſit, & infinitis ærumnis colluctatus eſt, clamantem audimus:

Pſalm.115. *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi ?* Similiter & beatum

Dan.3.4. Danielem audire licet, tum etiam ſanctos illos iuuenes, qui in ipſo periculorum aſſultu Deum laudant, & peccatorum quæ non commiſerant mentionem faciunt, ac ſe pro delictis pœnas exoluere confitentur, non autem ſe coronis dignos dicunt, nec iudicii ſententiam iniquè ferunt. Fame

Gen.12.10. preſſus magnus ille Abraham patriarcha, qui promiſſiones illas diuinitùs acceperat, famis inſultum generoſo

A θερμὴν ἐνδυσάμενοι τὸ σῶμα, τηνικαῦτα τελείαν τὴν γνῶσιν ὑποδεξώμεθα· εὐθυμίαν λοιπὸν, ἅτε δὴ παθῶν ἀπηλλαγμένοι, καὶ τῶν ἀγώνων ἔξω γινόμενοι, δεχόμενοι τὰ βλαβεῖα. μὴ τοίνυν τὰ ἀνεφίκτων καταπολμήσωμεν, ἀλλ' οἷς εἰλήφαμεν χερσὶν, τούτοις ἐρείσωμεν, καὶ ὡς χωρήσομεν, τὸν ἀγαθὸν ἡμῶν δεσπότην ὑμνήσωμεν, καὶ οἷς ἔχομεν, τὸν εὐεργέτην αἰνέσωμεν. ὁρᾶτε ἄνδρας ἀρετῆς ἐργάτας ἐν ἀνέσει ζῶντας καὶ τιμῇ καὶ θεραπείᾳ; προσκυνήσωμεν τὴν τῆς ἀρετῆς νομοθέτην, καὶ ἀγωνοθέτην, ὀρθῶς αὐτὴν καὶ δικαίως ἀνακηρύττοντα. θεωρήσωμεν ἄλλους, τὸν αὐτὸν μὲν B βίον προηρημένους, οὐ τὴν αὐτὴν δὲ ἀπολαύοντας; μὴ δυσχεράνωμεν, ὦ φιλότης, ἀλλὰ πιστεύσωμεν αὐτοὺς μὲν καλῶς ἀγωνίζεσθαι τὴν καρτερίαν τὴν ἆθλον, ἀνακηρύττεσθαι δὲ διὰ τοῦτο εἰς τὸν προσδοκώμενον βίον, ὡς ἐν τῷ περὶ τῶν δὲ διεξελθόντες λόγῳ. καὶ μὴ βλασφήμοις κατὰ τὴν προνοίας ἀκοντίσωμεν λόγους. ἄτοπον γάρ, καὶ πολλῆς γέμον ἀβελτηρίας, μᾶλλον δὲ μανίας ἐχόμενον, αὐτοὺς μὲν ἐκείνους διὰ τεκμηρίων πλέοντας, καὶ ὑπὸ καταιγίδων βαλλομένους, καὶ μετὰ πολλῆς δυσκλείας τὸν βίον διάγοντας, τὸν κυβερνήτην ὑμνεῖν· τοὺς δὲ ἔξω βελῶν, C ὃ δὴ λεγόμενον, καθημένους, καὶ θεατὰς μᾶλλον ἢ ἀγωνιστὰς γινομένους, τὸν ἀγωνοθέτην λόγοις βάλλειν βλασφήμοις, ὅπερ τοῖς ἔργοις οὐ δυνάμενον. ὅτι δὲ τῆς εὐσεβείας οἱ τρόφιμοι, οὐκ ὀξυρρόπου μόνον φερόμενοι, ἀλλὰ καὶ κλύδωνι καὶ χειμῶνι παλαίοντες, τὸν τῶν ὅλων ὑμνοῦσι θεόν, ἔστιν ἀκοῦσαι τοῦ μακαρίου βοῶντος Δαβὶδ, ἀνδρὸς ἐν πολέμοις τὸν βίον ἅπαντα καταμαλώσαντος, καὶ μυρίας ὅσας προσπαλαίσαντος συμφοράς· τί ἀνταπο- D δώσω τῷ κυρίῳ περὶ πάντων, ὧν ἀνταπέδωκέ μοι; ἔστι δὲ ἀκοῦσαι καὶ τῶν θαυσίου Δανιὴλ, καὶ τῶν ἁγίων ἐκείνων μειρακίων, οὐ μόνον τὴν τῶν ἰδίων ἐκείνων προσοχὴν τοῦ θεοῦ ἀνυμνούντων, καὶ τῶν ἁμαρτημάτων, ὧν οὐκ ἦσαν ἐργάται, τοῦ μὴ μνήμην εἰς μέσον φερόντων, καὶ δίκας τίνειν ὑπὲρ ὧν ἐπλημμέλησαν ὁμολογούντων, ἀλλὰ οὐ στεφάνων σφᾶς αὐτοὺς ἀξίους εἶναι λεγόντων, οὐδὲ δυσχεραινόντων τὰ τῆς δίκης ζυγά. λιμῷ πιεζόμενος ὁ μέγας Ἀβραὰμ ὁ πατριάρχης, ὁ τὰς ὑποσχέσεις ἐκείνας θεόθεν δεξάμενος, ἔφερε γενναίως τὸν τοῦ λιμοῦ

προσχολιῶ. δὶς τῆς ὁμόζυγος στερηθεὶς, καὶ παρὰ βαρβάροις ἀνθρώποις αὐτὴν ὁρῶν, χάριν τῷ καλέσαντι ὁμολογῶν διετέλεσε, καὶ τὸν ὑποχρέων ἀναμενῶν ὃ τέλος, ἀσμένως ὑπέπλευσε τὰ κύματα. καὶ τίς ἂν ἐφίκοιτο λόγος τοῦ τοῦτου μεγαλοψυχίας; τίς δὲ αὐτοῦ τὴν ἄκραν φιλοσοφίαν πρὸς ἀξίαν θαυμάσεται; τοῖς φιλομαθέσι τοίνυν καταλιπὼν τὴν τοῦ ἱστορεῖν ἀνάγνωσιν, καὶ καταμαθεῖν ἀκριβῶς τοῦτου καὶ τὸ ἐκ τούτου ἀνδρεῖον, καὶ καρτερεῖν, καὶ σωφρονεῖν, καὶ δικαιοσύνην, φιλοπονεῖν τε καὶ φιλοθρεῖν, καὶ ἁπάσης πλέως ὄντος ἀρετῆς, ὅτι πρὸς τὴν νέαν διαθήκης βαδιοῦμαι τὸν λόγον. Βλέπε τοίνυν τὸν Πέτρον καὶ Ἰωάννην, τοὺς πύργους τῆς εὐσεβείας, τοὺς στύλους τῆς ἀληθείας, τοὺς τῆς ἐκκλησίας τοὺς οἰκοδομῶν ὑποδείσαντας, ὑπὸ μὲν Ἰουδαίων μαστιγουμένους, χαίροντας δὲ καὶ γαυδῶντας, ὅτι κατηξιώθησαν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ ἀτιμασθῆναι. ὁ γὰρ ταῦτα συγγραφεὺς, εἰρηκὼς ὅτι ῥάβδοις ἠκίσθησαν, οὐκ ἔφη καρτερῶς αὐτοὺς φέρειν καὶ γενναίως τὰς μάστιγας, οὐδὲ χαίροντας ἐξελθεῖν, καὶ γαυνυμένους. διαφορὰ δὲ πολλὴ ἔχει τὸ χαίρειν πρὸς τὸ φέρειν. φέρει μὲν γάρ τις πολλάκις τὰ τῶν ἀναρῶν πρόσχολιῶ, ἀλλ' ὀδυνώμενος καὶ ἀνιώμενος· ὁ δὲ χαίρων κηρύττει τὴν τῆς ψυχῆς εὐμένειαν. οὕτω καὶ ὁ μακάριος Παῦλος ἐβόα, ἡ μεγίστη τοῦ κηρύγματος σάλπιγξ· εὐδοκῶ ἐν ἀσθενείαις, ἐν ὕβρεσιν, ἐν ἀνάγκαις, ἐν διωγμοῖς καὶ στενοχωρίαις ὑπὲρ Χριστοῦ. καὶ οὐκ εἶπε φέρω ἢ καρτερῶ, ἀλλ' εὐδοκῶ, ὅπερ πολλὴ σημαίνει τὴν ἡδονὴν τῶν ὀπτασιῶν. καὶ ἑτέρωθι δέ, νῦν χαίρω, φησὶν, ἐν τοῖς παθήμασιν ὑπὲρ Χριστοῦ. καὶ αὖθις· οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς. καὶ πάλιν· τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; θλῖψις, ἢ στενοχωρία, ἢ διωγμὸς, ἢ λιμὸς, ἢ γυμνότης, ἢ κίνδυνος, ἢ μάχαιρα; καὶ μετ' ὀλίγα. πέπεισμαι γὰρ ὅτι οὔτε θάνατος, οὔτε ζωὴ, οὔτε ἐνεστῶτα, οὔτε μέλλοντα, οὔτε ὕψωμα, οὔτε βάθος, οὔτε τις κτίσις ἑτέρα δυνήσεται ἡμᾶς χωρίσαι ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ θεοῦ, τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν. ἀλλ' ὀπιλείψει με ἡμέρα τοῦ μεγάλου παιδοτρίβου τῶν τῆς εὐσεβείας ἀθλητῶν τοὺς τοιούτους λόγους συλλέγοντα. εἰ τοίνυν οἱ πρῶ εἴδος ἀρετῆς σπουδάσαντες, καὶ τὸ ἀκροτάτου αὐτῆς

A animo pertulit. Bis coniuge spoliatus, hanc apud barbaros homines cernens, gratias tamen vocanti se persoluit, & promissionum finem expectans, placida mente fluctus superauit. Et quænam oratio illius magnanimitatem æquare posset? Quis illius summam philosophiam pro dignitate miretur? Studiosis ergo historiæ lectionem relinquens, vt inde huius fortitudinem, patientiam, temperantiam, laborum tolerantiam, amorem Dei, breuiter summum virtutis fastigium pleniùs cognoscant, ipse ad noui testamenti homines sermone meo contendo. Petrum ergo & Act. 3.
Ioannem, pietatis turres, veritatis columnas, Ecclesiæ ædificium fulcientes inspice, à Iudæis quidem flagellis cæsos, lætantes verò & gaudentes quòd digni iudicati essent, qui pro nomine Christi infamia afficerentur. Qui enim hæc conscripsit, cùm dixisset quòd virgis cæsi essent, non dixit ipsos patienter & fortiter sustinuisse flagra, sed gauisos & exultantes exiuisse. Atqui magna est inter gaudere & sufferre differentia. Nam fert quidē sæpè aliquis aduersa cùm ingruunt, sed dolens & tristis. Qui verò gaudet, animæ solatium prædicat. Sic beatus Paulus clamabat, maxima illa prædicationis tuba: *Placeo mihi in infirmitatibus, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in anxietatibus pro Christo.* Non dixit, Fero, aut patiens sum, sed, placeo mihi, quòd insignem voluptatis vim significat. Item alibi: *Nunc*, inquit, *gaudeo in afflictionibus pro Christo.* Et rursus: *Non sunt dignæ afflictiones huius sæculi, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.* Et iterùm: *Quis nos separabit à dilectione Christi? Num afflictio? num angustia? num persecutio, num fames, num nuditas, num periculum, num gladius?* Et post pauca: *Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque instantia, neque futura, neque altitudo, neque profundum, neque aliqua creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro.* Sed deficiet me dies, si omnes istiusmodi magni illius institutoris athletarum pietatis sermones colligere velim. Si itaque ij, qui omnes virtutis species simul assecuti sunt, & ad summum eius

2. Cor. 12.
1.
Colossi. 1.
Rom. 8. 18.

fastigium peruenerunt, vitæ huius, quæ mare est, tempestatem non modò non ægrè ferunt, verùmetiam feruente æstu, & illidentibus ventis ac procellis, & turbine pelagus miscente, perinde ac si secundis ventis vehérentur, lætati sunt: ipsis vtique studio fuit, non curiosiùs scrutari quæ fiebant, sed gubernatorem dignis celebrare laudibus. Quî itaque vos, cùm extra fluctus constituti & terrestres potiùs quàm marini sitis, ea quæ fiunt carpitis, & certatores quidem laudatis, certaminis verò præsidem reprehenditis? Atqui decebat, vt qui athletarum virtutem admirantur, illorum quoque amplecterentur iudicium. Illi verò maximi beneficij loco receperunt eam, quæ pro verbi prædicatione subeunda erat, miseriam, cædes, lapidationes, combustiones, flagra, conuitia, carceres, pericula in terra, in mari, in ciuitatibus, in agris, à domesticis, ab alienis. Quoniam verò in hos sermones digressi sumus, agedum de Saluatoris quoque nostri incarnatione pauca dicamus, quod sanè summum diuinæ circa homines curæ caput est. Nam immensam huius bonitatem nec cælum, nec terra, nec mare, nec aër, nec sol, nec luna, nec stellæ, nec tota illa visibilis & inuisibilis creatura, quæ solo verbo creata, quin potiùs iuxta huius voluntatem verbo producta est, ita demonstrat, vt quòd ipse vnigenitus Dei filius (qui in forma Dei fuit, splendor gloriæ, character substantiæ, qui à principio fuit, & apud Deum fuit, imò ipse Deus fuit, per quem omnia facta sunt) serui formam assumpsit, vt in hominis similitudine esset, & in hominis figura inueniretur, vt homo, & in terra videretur, & hominibus conuersaretur, infirmitates nostras susciperet, & morbos ferret. Et beatus ille Paulus hoc maximum Dei erga homines amoris argumentum agnouit, & clamat dicens: *Commendat autem suam charitatem erga nos Deus, quòd cùm adhuc essemus peccatores, Christus pro nobis mortuus fuit.* Et rursum: *Qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quî fieri potest vt non & cum eodem omnia nobis donet?* Assentitur his diuinus quoque Ioannes:

κορυφὼ κατειληφότες, οὐ μόνον οὐ δυσχεραίνουσι τὸ βίου θαλάττης τὸν ζάλον, ἀλλὰ καὶ τὸ ῥοθίου ζέοντος, καὶ πνευμάτων καταιγίδων ἐπισκυμνούντων, καὶ προβόλων ἀφανιζόντων τὸ πέλαγος, ὡς ὄξουσίων φερόμενοι διετέλεσαν εὐφραινόμενοι, καὶ ἔργον ἦν αὐτοῖς, τὸ πολυπραγμονεῖν τὰ γινόμενα, ἀλλὰ τὸν κυβερνήτην ὑμνεῖν, τί δήποτε ὑμεῖς ἔξω τῶν κυμάτων ὄντες, καὶ ἀπειρατοι μᾶλλον, ἢ θαλάττιοι, σκώπτετε τὰ γινόμενα, καὶ τοὺς μὲν ἀγωνιστὰς ἐπαινεῖτε, τὸν δὲ ἀγωνοθέτην κατηγορεῖτε; καὶ μὴν προσῆκε τοὺς τῶν ἀθλητῶν θαυμάζοντας ἀρετὴν, τιμᾶν ἐκείνων τὸν ψῆφον. ἐκεῖνοι δὲ ὡς μεγίστην ἐδέχοντο τὸν ὑπὲρ τοῦ κηρύγματος δυσκλείαν, τὰς σφαγὰς, τὰς καταλύσεις, τοὺς ἐμπαρασμοὺς, τὰς αἰκίας, τὰς λοιδορίας, τὰ δεσμωτήρια, τοὺς κινδύνους, τοὺς ἐν γῇ, τοὺς ἐν θαλάσσῃ, τοὺς ἐν πόλεσι, τοὺς ἐν ἀγροῖς, τοὺς ἐκ τῶν οἰκείων, τοὺς ἐκ τῶν ἀλλοτρίων. Ἐπειδὴ δὲ εἰς τούτους ἐξέκλιμεν τοὺς λόγους, φέρε καὶ περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐνανθρωπήσεως μικρὰ διεξέλθωμεν, ὃ κεφάλαιόν ἐστι μέγιστον τῆς θεοῦ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους κηδεμονίας. Οὐδὲν γὰρ οὕτως αὐτοῦ δείκνυσι τὸν ἀμέτρητον ἀγαθότητα οὐρανὸς, καὶ γῆ, καὶ θάλαττα, καὶ ἀὴρ, καὶ ἥλιος, καὶ σελήνη, καὶ ἀστέρες, καὶ πᾶσα ἡ ὁρωμένη καὶ ἀόρατος κτίσις, λόγῳ μόνῳ δημιουργηθεῖσα, μᾶλλον δὲ ἅμα τῷ βουληθῆναι τὸν λόγον φανῆσα, ὡς ὅ αὐτὸν τὸ μονογενὴς τοῦ θεοῦ υἱὸν, τὸ ὂν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχοντα, τὸ ἀπαύγασμα τῆς δόξης, τὸ χαρακτῆρα τῆς ὑποστάσεως, τὸ ὂν ἐν ἀρχῇ ὄντα, καὶ πρὸς τὸν θεὸν ὄντα, καὶ θεὸν ὄντα, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τὸν τοῦ δούλου λαβόντα μορφὴν, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπου γενόμενος, καὶ σχήματι ἀνθρώπου εὑρεθῆναι ὡς ἄνθρωπον, καὶ ὀπτὸν τῆς γῆς ὀφθῆναι, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστραφῆναι, καὶ τὰς ἀσθενείας ἡμῶν λαβεῖν, καὶ τὰς νόσους βαστάσαι· καὶ ὁ μακάριος δὲ Παῦλος τοῦτο τεκμήριον οἶδε μέγιστον τῆς τοῦ θεοῦ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους ἀγάπης, καὶ βοᾷ λέγων, συνίστησι δὲ τὸν ἑαυτοῦ ἀγάπην εἰς ἡμᾶς ὁ θεὸς, ὅτι ἔτι ἁμαρτωλῶν ὄντων ἡμῶν Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἀπέθανε. καὶ πάλιν. ὅστε τοῦ ἰδίου υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτὸν, πῶς οὐχὶ καὶ σὺν αὐτῷ τὰ πάντα ἡμῖν χαρίσηται; συνομολογεῖ τούτοις οὕτως ἔχειν καὶ ὁ θεσπέσιος Ἰωάννης·

Heb. 1. 13.

1. Ioan. 4.

Rom. 5.

Rom. 8.

οὕτω γὰρ φησιν ἠγάπησεν ὁ θεὸς τὸν κόσμον, ὅτι τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν ὑπὲρ αὐτοῦ, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν, οὐ μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον. ὃς τοίνυν οὐχ ἁπλῶς κήδεται τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ δι' ἀγαπῶν κήδεται· τοσαύτη δὲ ἡ τοῦ ἀγάπης ὑπερβολή, ὡς τὸν υἱὸν τὸν μονογενῆ, τὸν ὁμοούσιον, τὸν ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου γεννηθέντα, ᾧ συνεργῷ κεχρημένος τὴν κτίσιν ἐδημιούργησεν, ἰατρὸν ἡμῖν ἀποφαίνῃ καὶ σωτῆρα, καὶ δι' αὐτοῦ τὴν υἱοθεσίαν ἡμῖν δῶρον χαρίσασθαι. ὅπερ γὰρ εἶδε τὴν ἡμετέραν φύσιν ὁ ποιητὴς προθύμως τὸν πικρὸν αὐτομολήσασαν τύραννον, καὶ εἰς αὐτὸ τῆς κακίας καταπεσοῦσαν βάραθρον, καὶ τοὺς τῆς φύσεως νόμους ἀδεῶς πατουμένους, καὶ τὴν κτίσιν φαινομένην τε καὶ φθεγγομένην, καὶ τὸν δημιουργὸν κηρύττουσαν, πεῖσαι δὲ οὐ δυναμένην τοὺς εἰς ἀναλγησίαν ἑκάστοτε ἐκπεπωκότας, σοφῶς καὶ δικαίως τὴν ἡμετέραν προγραμματεύεται σωτηρίαν. οὐ γὰρ ἠθέλησεν ἐξουσίαν μόνην τὴν ἐλευθερίαν ἡμῖν χαρίσασθαι, οὐδὲ ἔλεον μόνον ὁπλίσας κατὰ τοῦ ἐξυβρικότος τὴν ἀνθρώπων τὴν φύσιν, ἵνα μὴ ἄδικον ἐκεῖνος προσαγορεύῃ τὸν ἔλεον, ἀλλὰ μηχανᾶται πρότερον καὶ φιλανθρωπίας γέμοντα, καὶ δικαιοσύνῃ κεκοσμημένον. αὐτὴν γὰρ ἑαυτῷ τὴν ἡττηθεῖσαν φύσιν ἑνώσας, εἰς τοὺς ἀγῶνας εἰσάγει, καὶ συμπλακεῖσα τῷ ἥττονι ἀναγκάσαι, καὶ τὸν κακῶς πάλαι νενικηκότα καταγωνίσασθαι, καὶ τοῦ πικρῶς δουλωσαμένου καταλύσαι τὴν τυραννίδα, καὶ τὴν προτέραν ἐλευθερίαν ἀναλαβεῖν. τούτου χάριν ὁ δεσπότης Χριστὸς ἔκτεται μὲν ἐκ γυναικὸς ὁμοίως ἡμῖν, εἶχε δέ τι πλέον ὁ τόκος, τὴν παρθενίαν. παρθένος γὰρ ἐκύησε καὶ ἐγέννησε τὸν δεσπότην Χριστὸν. Χριστὸν δὲ ὅταν ἀκούσῃς, νόει τὸν πρὸ αἰώνων ἐκ πατρὸς γεννηθέντα μονογενῆ υἱὸν λόγον, ἀνθρωπίαν περικείμενον φύσιν, καὶ μὴ νομίσῃς ῥυπάδη τὴν θεοῦ τὴν κηρυττομένην οἰκονομίαν· οὐδὲν γὰρ μολῦναι δύναται τὴν ἀκήρατον φύσιν. εἰ γὰρ τὸν ἥλιον σῶμα ὄντα, ὁρατός τε γάρ ἐστι, καὶ λύσιν ὑπιδέχεται, ἀφ' σωμάτων πρόσωπα νεκρῶν, καὶ ἰλυὸς δυσώδους, καὶ πολλῶν ἑτέρων δυσοσμίαν ἀφιέντων, οὐδὲν ἰχμὴ μιαίνει, πολλῷ μᾶλλον τὸν τοῦ ἡλίου τὸν ποιητὴν, καὶ τὴν τοῦ ἀπόν-

A *Sic enim*, inquit, *dilexit Deus mundum, vt filium suum vnigenitum daret pro eo, vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.* Non itaque simpliciterhomines curat, sed amans simul horum curam gerit. Tanta autem est amoris huius excellentia, vt filium vnigenitum, consubstantialem, ex vtero ante Luciferum genitum, quo cooperario vsus mundum creauit, medicum & Saluatorem nostrum decerneret, & per hunc adoptionis in filios Dei donum nobis donaret. Postquam enim creator naturam nostram ad acerbum tyrannum

B sponte transfugere, & in ipsum scelerum barathrum delabi, simúlque naturę leges audacter calcare, ac creaturam hanc visibilem loqui quidem & creatorem prædicare, eis autem minimè persuaderi posse vidit, qui in extremam indolentiam inciderant, sapienter & iustè nostram salutem operatur. Nec enim omnipotentia sola vsus libertatem nobis donare, nec misericordiam solam aduersus humani generis plagiarium armare voluit, ne ille iniustam hanc diceret misericordiam, sed viam molitur amore

C plenam & iustitia pulchrè ornatam. Ipsam enim deuictam naturam sibi vniens eam ad certamen deducit, & vt acceptam cladem sarciat, eúmque qui olim malè vicerat, deuincat, & illius, qui nos amaro seruitio subiecerat, tyrannidem dissoluat, ac pristinam libertatem recipiat, instruit. Idcircò dominus Christus ex muliere quidem perinde vt nos nascitur: habebat verò partus hic quiddam amplius & peculiare, nempe virginitatem. Virgo enim erat, quæ dominum Christum concepit & peperit. Porrò cùm Christum nominari

D audieris, vnigenitum illum Dei filium, Verbum ante sæcula ex patre natum, animo concipe, qui humana natura circumdatus est, nec existimes sorditiem quandam esse hanc quæ prædicatur, Dei administrationem: nihil enim polluere potest naturam illam immortalem. Si enim Solem, qui corpus est, (visibilis enim & corruptioni obnoxius est) per mortua cadauera, & graueolens cœnum, atque per multa alia fœtorem afferentia transeuntem nihil inficere potest: quanto magis Solis factorem, & om-

nium creatorem, qui incorporeus, inuisibilis, inconuersibilis, & semper sibi similis est, nihil horũ polluere potest. Et hæc quidem se hoc modo habere, sic intellige. Naturam eius infinitam esse & dicimus & credimus. Ipsum enim audiuimus dicentem: *Nónne cælum & terram ego impleo, dicit Dominus:* Ierem. 23. *& cælum mihi thronus est, terra verò scabellum pedum meorum? Et quis aquas mensus est manu, cælum palma, & omnem terram pugno?* Esa. 66. & quæcumque huiusmodi sunt testimonia. Et beatus ille Dauid clamat: *In manu eius sunt termini terræ.* Psalm. 94. & diuinus Paulus, *In ipso enim viuimus, & mouemur, & sumus.* Si itaque in illo viuimus & mouemur & sumus, iuxta Apostoli vocem, nulla vtique mundi pars Deo destituta est. Sed in rebus creatis alia quidem sancta sunt, alia verò profana: alia item bona fragrantia, alia verò fœtore redundant. Et hominum quidem alij pietate ornantur, alios verò profana inuoluit impietas. Qui verò omnia implet, Psalm. 5. complacitum habet in timentibus se, odit autem omnes qui operantur iniquitatem, & perdit omnes qui loquuntur mendacium, & virum sanguinum abominabitur Dominus, nec cohabitat illi, qui mala agit. Nihil itaque ei nocet, qui immortalis est. Si enim qui medicam artem exercent, non ipsi quoque vulnera accipiunt dum vulnera curant, sed bonam valetudinem infirmis conciliant, nullum autem inde damnum referunt: multo magis optimus ille artifex Deus, qui impassibili natura & omni mutatione superiori præditus est, nec alterationem recipit, nullum omninò è nostrî curatione, dum nobis medetur, inquinamentum contraxit. Ipsum itaque admiremur, qui nostrî curationem non Angelis mandauit, sed ipse hominum medelam in se transtulit. Ad hunc modum ergo natus Christus dominus, materna quidem perinde vt nos vbera fugit, in præsepi autem brutorum animalium mensa ponitur, simul hominum brutam & ratione carentem naturam accusans, & suum erga homines amorem manifestans, quòd cùm ipse nutritor sit vt Deus, secundùm humanitatem hominum cibus fit, qui magna & brutali ignoratione laborabant. Num

A τῶν δημιουργὸν, τὸν ἀσώματον, τὸν ἀόρατον, τὸν ἀϊδιοποίητον, τὸν ἀεὶ ὡσαύτως ἔχοντα, οὐδὲν τῶν τοιούτων μολῦναι δύναται. καὶ ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει, νοήσωμεν οὕτως. ἀπεριόριστον αὐτοῦ τὴν φύσιν εἶναι καὶ φαμὲν καὶ πιστεύομεν. ἤκουσα γὰρ τοῦ λέγοντος, μὴ οὐχὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ, λέγει κύριος; καὶ, ὁ οὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου. καὶ, τίς ἐμέτρησε τῇ χειρὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸν οὐρανὸν σπιθαμῇ, καὶ πᾶσαν τὴν γῆν δρακί; καὶ ὅσα τοιαῦτα μάρτυρεῖται. καὶ ὁ μακάριος Δαβὶδ ἐβόα· ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ τὰ πέρατα τῆς γῆς. καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος· ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμέν. εἰ τοίνυν ἐν αὐτῷ ζῶμεν καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμέν, καὶ τὴν τοῦ ἀποστόλου φωνὴν, οὐδέν ἐστι τῆς κτίσεως μέρος ἔρημον θεοῦ. ἀλλ' ἐν τῇ κτίσει τὰ μὲν ἐστιν ἅγια, τὰ δὲ βέβηλα, καὶ τὰ μὲν εὐωδίας, τὰ δὲ δυσωδίας μεστά, καὶ τῶν ἀνθρώπων, οἱ μὲν εὐσεβείᾳ κοσμοῦνται, οἱ δὲ ἀνοσιουργίᾳ ἐγκαλινδοῦνται. ὁ δὲ πάντα πληρῶν, εὐδοκεῖ μὲν ἐν τοῖς φοβουμένοις αὐτὸν, μισεῖ δὲ πάντας τοὺς B ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν, καὶ ἀπολεῖ πάντας τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος. καὶ αἷμα ἀνδρῶν καὶ δόλιον βδελύσσεται κύριος, καὶ οὐ προσοικεῖ αὐτῷ πονηρευόμενος. οὐδὲν τοίνυν παθεῖν τὰ ἀνθρώπινα λυμαίνεται. εἰ γὰρ οἱ τὴν ἰατρικὴν μετερχόμενοι τέχνην, οὐ μεταλαμβάνουσι τραυμάτων τραύματα θεραπεύοντες, ἀλλ' ὑγίειαν μὲν χαριζόμενοι τοῖς ἐρρωσθαι βουλομένοις, βλάβην δὲ οὐδεμίαν ἐνθένδε ποιούμενοι, πολλῷ μᾶλλον ὁ δημιουργὸς θεὸς ἀπαθὴς τὴν φύσιν ἔχων, καὶ C ἐπὶ πᾶσι μακαριώτερος, καὶ ἀλλοίωσιν οὐ δεχόμενος, οὐδένα πάντως ἔσχε τὴν ἡμετέρας ἰατρείας εἴλκυσε μολυσμόν. θαυμάσωμεν τοίνυν αὐτὸν οὐκ ἀγγέλοις τὴν ἡμετέραν ἐπιτρέψαντα θεραπείαν, ἀλλ' αὐτὸς τῶν ἀνθρώπων ἀναδεξάμενον ἰατρείαν. Οὕτω τοίνυν σπαργανωθεὶς ὁ δεσπότης Χριστὸς, ἕλκει μὲν μητρῴαν ἥλιξ παραπλησίως ἡμῖν, τίθεται δὲ ὅπου φάτνης τῶν ἀλόγων τραπέζης, καὶ τῆς τῶν ἀνθρώπων ἀλογίας κατηγορῶν, καὶ τὴν οἰκείαν φιλανθρωπίαν παραδηλῶν, ὅτι ἔφυ μὲν ὑπάρχων ὡς θεὸς, καὶ ἔφη γε καὶ τοῦ ἀνθρώπειον τῶν ἀνθρώπων, τῶν τὴν πολλὴν ἀλογίαν νενοσηκότων. ἀλλὰ

νιῶ τ ἀνθρωπείας φύσεως τὸν ἀλογίστον ἀποδυούσης, καὶ τὸ λογικὸν ἀναλαβούσης, ἡ μυστικὴ αὐτὸν ὑποδέχεται τράπεζα, τύπος ἐκείνη γενομένη τ φάτνης, καὶ διδάσκουσα τοὺς ἀνθρώπους, ὡς ἰώβικα ὁ ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκεν, ἀλλὰ παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς. Φάτνη τ θείαν ἐκείνων καὶ πνευματικὴν ἔσχεν ὑποδέξατο. ὅθεν εἰς ἑαυτὸν ἐπανῆλθεν ἡ φύσις, καὶ τ εἰκόνα τ θείαν ἀσφαλῶς ἐπέγνω, τὸν λοιπὸν ὅτι τ λογικὸν μετέβη τράπεζαν ἡ ἔσχε. ἐδέξατο δὲ καὶ περιτομὴν, καὶ θυσίας προσηνέγκατο. καὶ γὰρ ἄνθρωπος ὢν· ἔδει γὰρ τῇ φυλακῇ τ νόμου, τὸν νικῶν ὑποδῦναι τ φύσιν. φεύγει γὰρ καὶ ἀνθρώπινος εἰς Αἴγυπτον, πανταχοῦ πάρων ὡς θεὸς, καὶ τοῖς πᾶσι παρίσταμενος, ὡς φησὶν ἡ θεία γραφή. ἀφικνεῖται γὰρ καὶ πρὸς Ἰωάννην τὸν βαπτιστὴν, καὶ ἁμαρτίας οὐ δεξάμενος ῥύπον, ἀνέχεται τ βαπτίσματος, ἵνα πληρώσῃ πᾶσαν δικαιοσύνην. καὶ κηρύττεται ἄνωθεν ὑπὸ τ πατρὸς, καὶ ὑπὸ τ πνεύματος δείκνυται. ὁ μὲν γὰρ πατὴρ ἄνωθεν ἔβοα, οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ εὐδόκησα. τὸ δὲ πανάγιον πνεῦμα ἐν εἴδει περιστερᾶς φαινόμενον, εἵλκυσε πρὸς ἑαυτὸν τ φωνὴν, καὶ τοὺς πάροντας ἐδίδασκε τίς ὁ πρὸς τ πατρὸς τὴν μαρτυρίαν δεξάμενος. ἐντεῦθεν πρὸς τοὺς ἀγῶνας λοιπὸν χωρεῖ τ τυράννου· καὶ γίνεται σάλπιγξ μὲν τῶν ἀγώνων ἡ ἔρημος, θεαταὶ δὲ τῶν ἀγγέλων οἱ δῆμοι, ἀντίπαλος δὲ, ὁ τ ἀληθείας ἀντίπαλος. ὃς πρῶτον μὲν τῆς φωνῆς ἀκούσας, καὶ τῶν προφητικῶν ἀναμνησθεὶς ῥήσεων, ἐδεδίει τὸν πάλαι· καὶ φέρειν μὲν αὐτὸ τὴν τῆς ἀρετῆς οὐκ ἴσχυεν ἀστραπήν, ἀλλὰ καταπαλαίειν ἠπείγετο, ἐδεδοίκει δὲ τὸν ἀγῶνα τῆς φωνῆς μεμνημένος. ἀλλ' ὁ τῆς ἡμετέρας φύσεως καὶ δημιουργὸς, καὶ πρόμαχος, καὶ στεφανίτης, καὶ ἀγωνοθέτης, οὐ δεδίττεται τ ἀνταγωνιστὴν, οὐδὲ ἀποσοβεῖ τὸν θῆρα, ἀλλὰ πρόθυμος καὶ προτρέπει πρὸς πάλην, ἵνα τὴν προτέραν νίκην ἀφέληται. καὶ πρόθυμος χωρεῖ πεινάσας τ σώματι, τεσσαρακοντα ἡμερῶν νηστεύσαντι μῆκος· καὶ οὐκ ἐᾷ τῶν ἤδη νενηστευκότων ὑπερβῆναι τὸ μέτρον, ἵνα πιστευθῇ τὸ ἀνθρώπινον. εἶδεν ὁ δυσμενὴς τὴν πεῖναν, καὶ τ νίκην ἤλπισε, καὶ τὴν πάλην ἐθάρρησε, καὶ τὸν Ἀδὰμ ἐκεῖνον βλέπειν ἐνόμιζε,

A verò cùm brutorum ignorationem humana natura abiecerit, & rationis vsum receperit, myſtica illum excipit menſa, ipſa præſepij illius typus facta, & homines erudiens, quòd *cùm homo in honore eſſet, non intellexit, ſed comparatus eſt iumentis irrationabilibus, & ſimilis factus eſt eis.* Præſepe diuinum illum & ſpiritalem cibum ſuſcepit: poſtquam verò ad ſeipſam rediit natura, & imaginem diuinam ſibi ineſſe manifeſtè cognouit, tunc poſteà ſuper rationalem menſam cibus ille tranſiuit. Sed & circumciſionem accepit, & ſacrificia obtulit. Nam homo erat: oportebat verò vt natura legis obſeruationi victoriam cederet. Tum vt homo in Ægyptum fugit, qui vt Deus vbique præſens eſt, & omnibus adſtat, vt diuina Scriptura inquit. Venit præterea ad Ioannem Baptiſtam, qui peccati ſordes non ſuſceperat, baptizari tamen ſe patitur, vt omnem impleat iuſtitiam. Et cælitùs à patre prædicatur, & à Spiritu ſancto monſtratur. Pater enim cælitùs clamabat: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo complacui.* Sanctus autem Spiritus in figura columbæ apparens, vocem ad ſe pertraxit, & adſtantes docuit quiſnam eſſet, qui à patre teſtimonium acceperat. Hinc ad certamina contra tyrannum pergit: & ſtadium quidem certaminum deſertum fit, ſpectatores verò, Angelorum turmæ, aduerſarius autem qui veritatis aduerſarius eſt: qui primò quidem cùm vocem audiuiſſet, & propheticorum oraculorum eſſet recordatus, pugnam pertimuit: & virtutis ipſius fulgorem non quidem potuit ſuſtinere, ſed contra pugnare cogebatur, certamen tamen timuit vocis illius memor exiſtens. Cæterùm naturæ noſtræ creator, & propugnator, coronator, & agonotheta, hoſtem non metuit, nec belluam abigit, ſed fiduciam illi addit, & ad pugnam excitat, vt priorem illam auferat victoriam. Et corpori, quòd quadraginta dierum ſpatio ieiunauerat, famem permittit: non tamen eorum, qui olim ieiunauerant, limitem tranſcendere ſinit, vt vera illius crederetur humanitas. Vidit infelix hoſtis famem, & victoriam ſperauit, pugnámque confidenter aggreſſus eſt. Atque Adamum ſe videre putauit,

vbi famis passionem cernit. Cæterùm tanquam ad Adamum accessit, sed Adami creatorem Adami natura amictum inuenit, & ait ad eum, *Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant.* & producit quidem in medium vocis cælitùs delatæ confirmationem, ipsam verò panum effectione confirmari petit. Hinc probè perdiscere licet, quo pacto à nobis ipsis belli occasionem hostis ille arripiat. Famem enim conspicatus, ex illa ceu ab edito loco tela immittit. Sed saluator ille noster, esuriente licet corpore & cibi indigo, miraculum edere non vult. Verbo autem scripturæ tyrannum petit, & ait, *Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod exit per os Dei.* Vt homo autem responsum dedit, & diuinitatem ad tempus abscondens, hominibus similiter victoriã procurauit. Nec enim, inquit, solus panis hominibus vitæ auxiliator est, sed omne verbum à Deo prolatum sufficere ad vitam famelicis hominibus præbendam credimus: adeò vt Deo volente absque pane hominum natura vitam conseruare queat. Cùm hoc modo aduersarij machinationes dissoluisset, simúlque secundum ac tertium eius assultum inanem esse demonstrauisset, ac velut homo demonstrationibus vsus, vt perditam hominibus recuperaret victoriam, ipse quidem noxium illum hostem in fugam vertit, & communem hominum perniciem tyrannide exuit, ab Angelis autem, qui victoriæ spectatores fuerant, victor renunciatur. *Accedentes* enim, inquit scriptura, *Angeli ministrabant illi.* Inde infinita edidit miracula. Et vinum quidẽ ex aqua sine vitium palmitibus & terra fecit. quinque verò panibus multa millia cibauit: & verbo claudos celeres reddidit, leprosorúmq; leprã absterfit: manus quoque languentes versatiles effecit, & oculis visu captis sensum integrum donauit. Sepulcro aperto mortuum, qui & vinculis constrictus & fœtidus iam erat, currere, & mortis quidem manus fugere, ad vocantem autem Creatorem, nec mortis foribus nec vinculis impeditum, festinare fecit. His, inquam, & innumeris aliis operibus editis, Iudęorum inuidia petitur, insidias autem voluntariè sus-

Matth. 4.

Deut. 8.

A ὁ δὲ πείνης θεασάμενος πάθος. ἀλλὰ προσελήλυθε μὲν ὡς τῷ Ἀδάμ, βύρε δ' ἂν τὸν Ἀδὰμ ποιητὴν τοῦ Ἀδὰμ προσειλήμμενον φύσιν, καὶ φησὶ πρὸς αὐτόν, εἰ υἱὸς εἶ τοῦ θεοῦ, εἰπὲ ἵνα οἱ λίθοι οὗτοι ἄρτοι γένωνται. ὁ δὲ βαθέως μὲν εἰς μέσον τὴν οὐρανόθεν ἀναδεῖσαν φωνὴν βεβαιωθεῖσαν, ἐμπεδωθεῖσαν δὲ αὐτῇ τῇ τῶν ἄρτων θαυματουργίᾳ. ἐντεῦθεν δὲ καταμαθεῖν ἀκριβῶς, ὡς πρὸ ἡμῶν αὐτῶν ὁ πολέμιος λαμβάνῃ τὰ πλαίσια τὰς ἀφορμάς. πείνῃ γὰρ θεασάμενος, οὐκ ταύτης ἀκροβολίζεται. ἀλλ' ὁ σωτὴρ ὁ ἡμέτερος, καὶ πεινῶντος τοῦ σώματος, καὶ δεομένου τροφῆς, θαυματουργεῖν οὐκ ἀνέχεται. γραφικῷ δὲ λόγῳ καταξιοῖ τὸν τύραννον, καὶ φησι· οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐπὶ παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος θεοῦ. ἀνθρωπίνως δὲ τὴν ἀπόκρισιν ἐποιήσατο, καὶ τὴν θεότητα τέως ἀποκρύπτων, καὶ τοῖς μὲν ἀνθρώποις ὡς ὁμοίῳ τὴν νίκην προεξαγγελεύμενος. οὐ γὰρ μόνος φησὶν ἄρτος συνεργός ἐστι τοῖς ἀνθρώποις ζωῆς, ἀλλὰ καὶ πᾶς λόγος ὑπὸ θεοῦ προενεχθεὶς, ἀπόχρη ζωὴν τοῖς πεινῶσιν ἀνθρώποις ποιῆσαι. πιστεύομεν ὡς καὶ ἄρτου δίχα διαιωνίσαι τὴν ἀνθρώπων τὴν φύσιν δυνατὸν βουλομένου θεοῦ. ἵνα δὲ διαλύσας τὴν ἀπάτην τὰ μηχανήματα, καὶ τὴν δευτέραν αὐτοῦ καὶ τὴν τρίτην προσβολὴν ἀνόνητον δείξας, καὶ ὡς ἄνθρωπος τὰς ἀποδείξεις ποιησάμενος, ἵνα τὴν ἀπολωλεκυῖαν τοῖς ἀνθρώποις ἀνακτήσηται νίκην, τρέπει μὲν τὸν ἀλιτήριον, καὶ τὸν κοινὸν τῶν ἀνθρώπων ἀλάστορα παύει τυραννίδος, ὑπὸ δὲ τῶν νίκην θεασαμένων ἀγγέλων ἀνακηρύττεται. προσελθόντες γάρ φησιν, οἱ ἄγγελοι διηκόνουν αὐτῷ. ὁπόθεν μυρία ὅσα θαυματουργήσας, καὶ οἶνον μὲν ἐξ ὕδατος κλημάτων δίχα καὶ γῆς δημιουργήσας, ὁπόθεν πέντε μὲν ἄρτων πολλὰς χιλιάδας χορέσας, καὶ λόγῳ χωλοὺς μὲν ἀρτίποδας ἀποφήνας, λεπρῶν δὲ τὴν λέπραν ἀποξέσας, καὶ χεῖρας ἀργὰς ἐργασίμους ἐργασάμενος, καὶ ὀφθαλμοῖς τὸ βλέπειν ἀφημμένοις ὑγιᾶ τὴν αἴσθησιν δωρησάμενος, καὶ τάφους ἀνοίξας, καὶ πεπεδημένον καὶ δυσώδη νεκρὸν τρέχοντα δείξας, φεύγοντα μὲν τὸν θανάτου τὰς χεῖρας, πρὸς δὲ τὸν καλέσαντα δημιουργὸν ἐπειγόμενον, καὶ μήθ' ὑπὸ τὸν θανάτου πυλῶν, μήθ' ὑπὸ τὰ δεσμῶν κατεχόμενον. ταῦτα δὲ μυρία ἕτερα ἐργασάμενος, βασκαίνεται μὲν ὑπὸ Ἰουδαίων, δέχεται δὲ τὴν ἐπιβουλὴν ἑκὼν

λοντὸς, τὸ ὀκ ἑαυτῆς ἐσομένῳ τοῖς ἀνθρώποις προορῶν σωτηρίαν. Ὃ δὴ καὶ τοῦ προφήτου προλέγοντος· ἐγὼ δὲ φησιν οὐκ ἀπειθῶ, οὐδὲ ἀντιλέγω· ἀλλὰ τὸν νῶτον μου ἔδωκα εἰς μάστιγας, τὰς δὲ σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα, τὸ δὲ πρόσωπόν μου οὐκ ἀπέστρεψα ἀπὸ αἰσχύνης ἐμπτυσμάτων. ταῦτα προφητῶν, ταῦτα παθὼν, τῷ σταυρῷ προσηλοῦται, οὐχ ἁμαρτημάτων δίκας τίνων· ἁμαρτίαν γὰρ οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ· ἀλλὰ τῆς ἡμετέρας φύσεως ὀφλήματα ἀπαιτοῦντος τὸν χρέος. ὠφέλησε γὰρ αὐτὴν παραβεβηκυῖα τοῦ πεποιηκότος τοὺς νόμους. ὅθεν ὀφείλουσα ἀποδοῦναι οὐκ ἴσχυσεν, αὐτὸς ὁ δεσπότης σοφῶς μηχανᾶται τὸ τοῦ ὀφλήματος ἔκπτωσιν. καὶ ταύτης οἷόν τινα κτήματα τὰ μέλη λαβών, καὶ ταῦτα σοφῶς καὶ δικαίως οἰκονομήσας, ἀποπληροῖ τὸ χρέος, καὶ τὸ φύσιν ἐλευθεροῖ· καὶ τούτων μάρτυρες Ησαΐας καὶ Παῦλος, ὁ μὲν πρὸ τῶν πάθους ταῦτα θαυμάσας, ὁ δὲ μετὰ τὸ ἔκβασιν ἑρμηνεύσας τὸ προῤῥήσιν· τὸ αὐτὸ δὲ ἐν ἀμφοτέροις ἐφθέγξατο πνεῦμα. καὶ Ησαΐας μὲν πόῤῥωθεν βοᾷ· ἀνθρωπος ὢν πληγῆς, καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν. ἀπὸ γὰρ τοῦ ὁρωμένου προσαγορεύει, ὅπερ ὁ ὁρώμενον ἔπαθεν. οὗτος φησι, τὰς μαλακίας ἡμῶν φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται· ἡμεῖς δὲ ἐλογισάμεθα αὐτὸν ἐν πόνῳ εἶναι, καὶ ἐν πληγῇ παρὰ θεοῦ, καὶ ἐν κακώσει. ἐπελάμβανον γὰρ αὐτὸν οἱ τῷ ξύλῳ προσηλωμένον ὁρῶντες, ὑπὲρ πλείστων ἁμαρτημάτων κολάζεσθαι, καὶ δίκας τίνειν ὑπὲρ οἰκείων πλημμελημάτων. διὸ καὶ μέσον αὐτὸν δύο κακούργων οἱ Ἰουδαῖοι προσήλωσαν, πονηρὸν αὐτῷ δόξαν κατασκευάσαι βουλόμενοι. ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ τοῦ προφήτου διδάσκει, ὅτι αὐτὸς ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν. καὶ σαφέστερον τοῦτο διὰ τῶν ἑξῆς ποιεῖ· παιδεία γὰρ φησιν εἰρήνης ἡμῶν ἐπ' αὐτὸν, καὶ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν. ἐχθροὶ γὰρ ὄντες θεοῦ, ἅτε δὴ προσκρούοντες, παιδείαν καὶ τιμωρίαν ὠφείλομεν. ἀλλὰ ταύτης ἡμεῖς μὲν οὐκ ἐπειράθημεν, αὐτὸς δὲ ταύτην ὑπέμεινεν ὁ σωτὴρ ὁ ἡμέτερος. ὑπομείνας δὲ ταύτην, εἰρήνην ἡμῖν τοῖς θεοῖς ἐδωρήσατο. σαφέστερον δὲ τοῦτο δηλοῖ τὰ ἑξῆς. πρώ-

A tinet, salutem nimirùm, quæ hinc hominibus euentura erat præuidens: & hæc olim per Prophetam prædixit: *Ego*, inquit, *non sum inobediens*, nec contradico: sed tergum meum dedi ad flagella, genas verò meas ad alapas, faciem meam non auerti ab ignominia sputorum. Hæc vaticinatus, hæc passus, cruci affigitur, non peccatorum pœnas persoluens, (peccatum enim non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius,) sed nostræ naturæ exoluens debitum. Ipsa enim debebat, creatoris nimirùm leges transgressa. Et quoniam quæ debito tenebatur soluendo non fuit, ipse dominus debiti persolutionem sapienter molitur: & humana quidem membra ceu pecunias opésve assumens, & eadem sapienter iustéque administrans, debito satisfacit, & naturam nostram liberat. Horum testes Esaias & Paulus sunt: ille quidem ante passionem hæc vaticinatus, hic verò post euentum oracula interpretatus: idem verò in vtroque locutus est spiritus. Esaias verò eminus clamat: *Homo in plaga existens, & sciens ferre infirmitatem.* Ab eo enim quod viderat illi nomen tribuit, quandoquidem quod ille vidit, patiebatur. Hic, inquit, infirmitates nostras fert, & pro nobis doloribus afficitur: nos verò putauimus illum in labore esse, & in plaga à Deo, & in afflictione. Qui enim ligno affixum videbant, ipsum pro plurimis peccatis puniri, & propriorum scelerum pœnas exoluere putabant. Propterea medium quoque inter duos facinorosos Iudæi affixerunt, mala nimirum suspicione illum apud populum grauare cupientes. Sed Spiritus sanctus per prophetam docet, quòd ipse vulneratus est propter peccata nostra, & infirmatus est propter iniquitates nostras. Idémque euidentiùs per ea quæ sequuntur demonstrat. *Castigatio* enim, inquit, *pacis nostræ super ipsum. Liuore eius nos sanati sumus.* Nam cùm hostes Dei essemus, vt pote qui ipsum offenderamus, castigationem debebamus & pœnam. Atqui hanc quidem nos non sumus experti, ipse autem noster saluator illam sustinuit, & hanc sustinens nobis pacem cum Deo fecit. Manifestiùs autem hæc significant quæ sequuntur. Om-

Esa. 50.

Esa. 53.

nes, inquit, vt oues errauimus, homo viâ suâ seductus est. Propterea tanquam ouis ad mactationem ductus est, & vt agnus coram tondente se mutus. Decebat enim ipsum, vt similis per simile mederetur, & per ouem ouium errorem reuocaret. Ouis autem fit, non in ouem transmutatus, nec conuersionem vllam passus, nec à propria substantia deficiens: sed ouis naturam euidentissimè induit, & quemadmodum gregis ductor aries dux gregis factus, vt oues omnes sequantur, effecit. Vt ouis itaque victima quoque factus est, & pro toto genere oblatus est in sacrificium. Nec sine causa mactationis simul & tonsionis mentionem fecit Propheta. Sed quandoquidem Deus erat & homo, corpore verò mactato, impassibilis permansit diuina natura: necessariò vtique diuinus quoque Esaias ouis mactationem simul & agni tonsuram nobis demonstrauit. Nec enim solummodò, inquit, mactatus, sed etiam tonsus est. Nam secundùm humanitatem mortem sustinuit: vt Deus autem viuēs & impassibilis permanens, corporis lanam tonsoribus dedit. Sic beatus quoque Esaias salutares illas passiones nobis monstrauit, & passionum causas docuit: & diuinissimus Paulus disertè clamat: *Christus nos redemit ex maledictione, factus pro nobis maledictio. Nam scriptum est, Maledictus omnis qui pendet in ligno.* Dum autem dicit, *pro nobis*, ostendit quòd innocens ipse & omni peccato liber nostrum debitum persoluerit, nósque innumeris debitis pressos, & propterea seruire coactos, libertate dignatus sit, nos & redimens, & proprium sanguinem pretij loco deponens. Propterea idem alibi clamat: *Pretio empti estis.* Et iterùm, *Peribit infirmus in tua scientia frater, propter quem Christus mortuus est.* Hac de causa & crucis mortem suscepit, quandoquidem maledictum erat secundùm legem hoc mortis genus: simul autem maledicta erat nostra natura, vt legem transgressa, (maledictus enim, inquit, omnis qui non manserit in iis quæ libro legis continentur, vt faciat ea.) Ideò communem maledictionem suscipit, & iniustâ mactatione illam soluit. Nam c ùma-

al. 3.

.Cor.6.20

. Cor. 8.

A τες γὰρ φησιν ὡς πρόβατα ἐπλανήθημεν, ἄνθρωπος τῇ ὁδῷ αὐτῶν ἐπλανήθη. διὰ τοῦτο ὡς πρόβατον ὑπὸ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος αὐτὸν ἄφωνος. ἔφρεπε γὰρ αὐτῷ, ᾧ ὁμοίῳ θεραπεῦσαι τὸ ὅμοιον, καὶ διὰ τοῦ προβάτου τὸ τῶν προβάτων ἀνακαλέσασθαι πλάνην. οὐδὲ γὰρ πρόβατον, οὐκ εἰς πρόβατον μεταβληθεὶς, οὐδὲ ἔμψυχον ἄτομον μείνας, οὐδὲ τὸ οἰκείας οὐσίας ἐκφὰς· ἀλλὰ τὸ προβάτου τὴν φύσιν σαφῶς ἐνδυσάμενος, καὶ οἷς ὁ ἡμνούμενος τὸ ποίμνης κριὸς, καὶ πῶλος τὸ ποίμνης ἡμνούμενος, καὶ ἀχθεσθῆναι αὐτῷ πώποτε προδιδάσας τὰ πρόβατα. ὡς B πρόβατον τοιγαροῦν καὶ ἱερεῖον ἐγένετο, καὶ ὑπὲρ παντὸς τοῦ γένους προσηνέχθη θυσία. οὐκ ἁπλῶς δὲ ὁ προφήτης τὴν σφαγὴν ὁμοῦ καὶ κουρὰν ἐμνημόνευσεν· ἀλλ' ὅτι θεὸς ὢν καὶ ἀνθρωπος, τὸ μὲν σώματος σφαττομένου, ἀπαθὴς ἔμεινε ἡ θεία φύσις, ἀναλγήτως καὶ ἀπαθέστατος Ησαΐας, τὸ μὲν προβάτου τὸ σφαγὴν, τὸ δὲ ἀμνοῦ τὴν κουρὰν ἡμῖν ὑπέδειξεν. οὐ γὰρ μόνον φησὶν ἐσφάγη, ἀλλὰ καὶ ἀπεκείρατο. καὶ γὰρ τὸ ἀνθρώπειον τοῦ θανάτου ὑπέμεινεν· ὡς δὲ θεὸς ζῶν καὶ ἀπαθὴς διέμενεν, τὸ τοῦ σώματος πόκον τοῖς κείρασιν C ἔδωκεν. οὕτως ὁ μακάριος Ησαΐας καὶ τὰ σωτήρια ἡμῖν ὑπέδειξε πάθη, καὶ τῶν παθῶν τὰς αἰτίας ἐδίδαξε. καὶ ὁ ὑπατος δὲ Παῦλος αὐτὴν βοᾷ· Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα. γέγραπται γὰρ, ὅτι κεκατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου. εἰπὼν δὲ ὑπὲρ ἡμῶν, ἔδειξεν, ὡς αὐθύνους ὢν καὶ πάσης ἁμαρτίας ἐλεύθερος, τὸ ἡμέτερον ἀπέδωκε χρέος, καὶ μισθοῖς ἡμᾶς ὀφλήμασιν ὑποκειμένους, καὶ τούτου χάριν δουλεύειν ὠνασκημένους, ἐλευθερίας ἠξίωσεν ἡμᾶς, καὶ περιάμενος, τὸ ἴδιον D οἰκεῖον αἷμα καταβαλών. διὰ καὶ ἑτέρωθι ὁ αὐτὸς ἀνὴρ βοᾷ λέγων· ἀπολλύεται ὑπὸ σοφίας ὁ ἀσθενὴς ἀδελφὸς ἐν τῇ σῇ γνώσει, δι' ὃν Χριστὸς ἀπέθανε. τούτου χάριν καὶ τὸ διὰ σταυροῦ κατεδέξατο θάνατον. ὅπου κατάρατον ὢν τὸν νόμου τούτου τοῦ θανάτου τὸ εἶδος· κατάρατος γὰρ ὢν καὶ ἡ φύσις, ὡς παρεβεβηκυῖα τὸν νόμον· ὅτι κατάρατος γὰρ φησι πᾶς, ὃς οὐκ ἐμμένει τοῖς ἐγκειμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ νόμου τοῦ ποιῆσαι αὐτά. τούτου χάριν τῷ κοινῷ ἀναδέχεται κατάραν, καὶ λύει ταύτην τῇ ἀδίκῳ σφαγῇ. μὴ ὑποκείμε-

μος γὰρ τῇ καρᾳ, ἁμαρτίαν γὰρ οὐκ ἐποίησεν, A ledictioni non subiaceret, (*peccatum enim non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius*) peccatorum tamen
οὐδὲ εὑρέθη ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ δόλος, τὸν τῶν mortem sustinuit, & contra com-
ἁμαρτωλῶν ὑπέμεινε θάνατον, καὶ δικάζεται munem naturæ nostræ hostem dæ-
τῇ ἀλγήσει τῇ κοινῇ τῆς φύσεως δυσμενεῖ, monem litigat, propugnator simul &
πολέμαχος ὁμοῦ καὶ σωτὴρ ἐφέστηκε τῆς ἡμετέρας patronus nostræ naturæ factus, & me-
φύσεως γεγενῆς, καὶ φησιν εἰκότως πρὸς τὸν ritò ad dirum nostrum tyrannum di-
πικρὸν ἡμῶν τύραννον· ἑάλως παμπόνηρε, cit, Captus es, pessime, & tuis pro-
καὶ τοῖς σαυτοῦ δικτύοις τεθήρασαι, καὶ ἡ priis retibus comprehensus es, &
ῥομφαία σου εἰσελήλυθεν εἰς καρδίαν σου, tuus gladius in cor tuum penetrauit,
καὶ τὰ τόξα σου συνετρίβη· ὤρυξας βόθρον, καὶ arcus tui contriti sunt, foueam fodi-
ἐνέπεσας εἰς αὐτὸν· τὰ ἀπὸ σοῦ ἁπλωθέντα θή- sti & incidisti in illam, laquei quos
ρατρα ταῖς σαῖς ἐπέδησε χεῖρας. εἰπὲ γὰρ, τί δήπο- tetendisti tuas manus obstrinxerunt.
τέ μου τὸ σῶμα τῷ σταυρῷ προσήλωσας, καὶ B Dic enim, quare corpus meum cru-
τῷ θανάτῳ παρέπεμψας; ποῖον εἶδος ἁμαρτίας ci affixisti, & morti tradidisti? quam
ἐν αὐτῷ θεασάμενος; ποίαν τοῦ νόμου θεωρή- peccati speciem in me conspicatus es?
σας παράβασιν; ἐρεύνησον νῦν μοι ἀκριβέ- quam legis transgressionem vidisti?
στερον ἐν τῷ ξύλῳ γυμνὸν τοῦτο θεώμενος. βλέ- En diligentiùs nunc nudum in cru-
πε δὲ γλῶτταν κηλῖδος ἀπηλλαγμένην, καὶ ce hoc videns scrutare. Inspice lin-
ἀκοὴν βλάβης ἁπάσης ἐλευθέραν, καὶ ὀφθαλ- guam omni probro carentem, & au-
μοὺς λύμης οὐδεμιᾶς ἔξωθεν δεξαμένους· καὶ ditum omni noxa liberum: oculos
χεῖρας, ἀδικίας μὲν πόρρω γεγυμνωμένας, δι- item qui nullam extrinsecùs corru-
καιοσύνῃ δὲ πάσῃ κεκοσμημένας· καὶ πόδας, οὐκ ptionem senserunt, & manus ab iniu-
ἐπὶ πονηρίᾳ τοσοῦτον εἰπεῖν δραμόντας, stitia quidem alienissimas, omni autem
ἀλλὰ τὸν τῆς ἀρετῆς δίαυλον ἐξανύσαντας. iustitia ornatas: pedésque non qui ma-
ἐρεύνησον ἀπάντων μέλῶν ἀκριβῶς τὰ τοῦ σώμα- litiæ causa, vt propheticis verbis vtar,
τος μόρια, ἐρεύνησον τῆς ψυχῆς τὰ κινήμα- cucurrerint, sed qui virtutis stadium
τα. ἐὰν μικρὸν γοῦν εὑρεθῇ πλημμέλημα, C sunt emensi. Scrutare quàm diligen-
καλῶς κατέχεις καὶ μάλα δικαίως· ὀφειλο- tissimè omnia corporis membra. In-
μον γὰρ τῶν ἡμαρτηκότων ὁ θάνατος. εἰ δὲ μη- quire animæ motus. Si itaque vel mi-
δὲν εὑρίσκῃς, ὧν ὁ θεῖος ἀπαγορεύει νόμος, πάν- nimum aliquod delictum inuentum
τα δὲ μᾶλλον, ὅσα ἐκεῖνος παραγορεύει, οὐκ fuerit, benè vtique & iustè me de-
ἐῶ σε κατέχειν ὃ μὴ θέμις κατέχειν· μᾶλλον δὲ tines: supplicium enim eorum qui
καὶ τοῖς ἄλλοις ἀνοίγω τοῦ θανάτου τὸ δεσμω- peccauerunt mors est. Quòd si verò
τήριον, σὲ δὲ καθείρξω μόνον, ὡς τὸν ὅρον πα- nihil eorum inuenis quæ diuina lex
ραβεβηκότα τὸν θεῖον. ὁ γὰρ θεῖος ὅρος τοὺς prohibet, quin potiùs omnia quæ
ἡμαρτηκότας τῷ θανάτῳ παρέπεμψε, σὺ δὲ D hæc præcipit, non sino te detinere
καὶ τὸν ἁμαρτίας ἀμύητον παρέδωκας τοῖς quod detinere nefas est. Imò aliis
τοῦ θανάτου δεσμοῖς· καὶ γέγονέ σοι ἡ ἀπλη- quoque mortis carcerem aperiam,
στία ἀπηνείας ἑκάστης αἰτία· καὶ ἕνα λαβὼν te verò solum concludam, vtpote
ἀδίκως, πάντων ἐγυμνώθης τῶν ἐδωδίμων qui legem diuinam transgressus sis.
δικαίως· καὶ φαγὼν ἔφθιο οὐκ ἐδώδιμον, πᾶ- Diuina enim lex peccatores morti
σαν ἐμέσῃς νῦν ἤδη καταποθεῖσαν· καὶ διδά- tradidit: tu verò etiam peccati ex-
ξῃς ἁπάντας τοῖς παροῦσιν ἀρκεῖσθαι, καὶ pertem mortis vinculis tradidisti: &
τῶν μὴ προσηκόντων ἀπέχεσθαι. ἀναμνήσθη- insatiabilis tua libido extremæ tibi
τι τίνος ἕνεκεν ὁ γενεάρχης Ἀδὰμ παρεδόθη crudelitatis causa fuit: cúmque vnum
θανάτῳ. πάντων ἐκεῖνος τῶν τοῦ παραδείσου iniustè ceperis, omnibus simul sub-
φυτῶν νῦν ἐξουσίαν λαβὼν, οὐκ ἠρκέσθη τοῖς ditis iustè spoliaris, & qui cibum
vorauisti non edendum, omnem
antè deglutitum euomes, & doce-
bis omnes præsentibus contentos
esse, iisque quæ ad se non pertinent
abstinere. Recordare propter quid
humani generis progenitor Adam
morti traditus sit. Hic, cùm ipsi om-
nium paradisi arborum copia facta
esset, iis quæ data erant minimè

contentus, cùm non sufficeret illi A
omnium vbertate perfrui, arborem
scientiæ tangere ausus est, cuius fru-
ctum creator vetuerat. Vnde insatia-
bili cupiditate laborans, & vetita
concupiscens, toto paradiso priua-
tus est. Istis te quoque suppliciis sub-
iiciam. Iniustum enim foret, eum
qui seductus fuit, istiusmodi pœnam
sustinuisse, seductorem verò non eo-
dem supplicio puniri. Quoniam ita-
que & tu, qui potestatem in pecca-
tores acceperas, corpus inuasisti nul-
lius peccati reum, potestate tua dis-
cedito, tyrannide desistito. Omnes
à morte liberabo: non simpliciter
misericordia vtens, sed misericordia
iusta: neque herili vtens potestate,
sed potestate iusta. Debitum enim
pro humano genere persolui. Qui
mortem non debui, mortem sustì-
nui: quique morti subiectus non e-
ram, mortem suscepi. Insons cùm
essem, sontibus ascriptus sum: quí-
que à debitis omnibus liber eram,
in debitorum ordinem constitutus
sum. Naturæ ergo debitum perso-
lui, & dum mortem immeritam sus-
tinui, meritam dissoluo: quíque iu-
stè detenti fuerant, ipse iniustè cor-
reptus è carcere dimitto. Vide natu-
ræ chirographum deletum, ô ama-
ra mors. Vide illud ipsum cruci affi-
xum, & sublatas ex eo peccatorum
notas aspice. Vide vt malitiæ subscri-
ptionem non acceperit. Huius ergo
corporis oculi, oculorum qui malè
spectauerant, soluerunt debitum: hu-
ius aures pro inquinatis satisfecêre
auribus: similiter & lingua pro lin-
guis quæ iniquè commotæ fuerant,
& manus pro iis manibus quæ iniu-
sta facinora patrarant: ac membra re-
liqua pro membris quæ peccata qua-
liacumque commiserant. Debito igi-
tur persoluto, conuenit, vt qui pro-
pter illud carceribus inclusi fuerunt,
carceribus liberentur, & pristina li-
bertate fruantur, & ad patrios locos
redeant. Hæc fatus dominus pro-
prium corpus excitauit, & homi-
num naturæ resurrectionis spem se-
minauit, sponsorem omnibus dans
proprij corporis resurrectionem. Nec
aliquis hæc nos nugari existimet: è
sacris enim euangeliis & apostolicis
traditionibus hæc sic se habere in-
stituti sumus. Nam ipsum domi-

ἀδικεῖσιν, οὐδὲ ἀπέχρησεν αὐτῷ ἡ ἀφθονία ἀ-
πάντων ἀπόλαυσις· ἀλλὰ κατετόλμησε τῆς
γνώσεως φυτοῦ, οὗ τὴν μετάληψιν ὁ ποιητὴς ἀ-
πηγορεύκει. Ϲ ἀπλησίαν νοσήσας, καὶ τὰ μὴ
προσήκοντος ἐπιθυμήσας, πάντος ἀπεστερήθη
τοῦ παραδείσου. τοίνυν σε τοῖς ἐπιτιμίοις ὑπο-
καλῶ. ἀδικεῖν γὰρ, τὸ μὴ ἁρπαστὴν ὄντα, ῥαιστὴν
ὑπομεῖναι ζημίαν· τὸ δὲ ἁρπαστὴν ὄντα, μὴ
δικαίαν ὑποσπῆναι ἀμφίαν. Ἐπειδὴ τοίνυν
Ϲ σὺ, τὴν ἐπὶ τῶν ἡμαρτηκότων ἐξουσίαν λαβὼν, ἣν
ἐφ' ᾧ σώματος ἁμαρτίαν ἐδεμίαν ἐργασαμένου,
B ἔκβαλε τὴν ἐξουσίαν, ἔκστηθι τῆς τυραννίδος. πάντας
ἐλευθερώσω τοῦ θανάτου· οὐχ ἁπλῶς ἐλεῶν χρώ-
μενος, ἀλλ' ἐλεῶν δικαίῳ, οὐδὲ τῇ τοῦ δεσποτείας
ἐξουσίᾳ, ἀλλ' ἐξουσίᾳ δικαίᾳ. ἀποδέδωκα γὰρ
ὑπὲρ τοῦ γένους ὃ χρεός. οὐκ ὀφείλων γὰρ θά-
νατον, θάνατον ὑπέμεινα, Ϲ μὴ ὑποκείμενος
θανάτῳ, ὑπεδεξάμην τὸν θάνατον, καὶ αἰθύνους
ὢν, ἐνεγράφην τοῖς ὑπαιθύνοις, καὶ ὀφλήματος
ὑπαρχων ἐλεύθερος, μετὰ τῶν ὀφειλόντων ἐτά-
χθην. ἐξέτισα τοίνυν ὃ τῆς φύσεως ὄφλημα, καὶ
θάνατον ἄδικον ὑπομείνας, καλῶ γὰρ τὸν δίκαιον.
τοὺς ἀδίκως κατεχομένους, ἀδίκως καταχε-
C θεῖς, τῆς εἱρκτῆς ἀπολύω. βλέπε δὲ χαρακτῆρα
τοῦ φύσεως ἀπηλειμμένον, ὦ πικρὲ τῆς ἁμαρ-
τίας δῆμε. βλέπε αὐτὸ τὸ σταυρῷ προσηλω-
μένον, Ϲ τὰ χαράγματα τῆς ἁμαρτίας ἀπηλλαγ-
μένον. βλέπε αὐτὸ τοῦ πονηρίας ὑπογραφὴν οὐ
δεδεγμένον. ἀποδέδωμι τοίνυν οἷς μὲν τοῦ σώματος
ὀφθαλμοὶ, ὑπὲρ τῶν κακῶς θεασαμένων ὀμ-
μάτων· αἵδε ἀκοαὶ, ὑπὲρ τῶν ἀκοῶν τὸν μο-
λυσμὸν δεξάμεναι· ἡ γλῶττα ὡσαύτως, ὑπὲρ
τῆς γλώττης τὸν παρανόμως κινηθεῖσαν· αἱ χεῖρες
ὑπὲρ τῶν ἀδίκως εἰργασαμένων χεῖρας. καὶ τἆλ-
λα μέρη, ὑπὲρ τῶν πλημμελῶς ἁμαρτίαν δρά-
D σαντων μελῶν. ᾧ δὲ χρεὸς ἐκτίθεντος, πρέ-
πει τοῖς φύτου χάριν καθηγμένοις τῆς εἱρκτῆς
ἀπαλλαγῆναι, Ϲ τὸν πρότερον ἐλευθερίαν
ἀπολαβεῖν, καὶ εἰς τὸ πατρῷον χωρίον ἐπανελ-
θεῖν. ταῦτα λέγων ὁ κύριος, τὸ, τε οἰκεῖον ἀνέ-
στησε σῶμα, Ϲ τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων τὰς τῆς
ἀναστάσεως ἐλπίδας κατέσπειρεν, ἐγγύην ἅ-
πασι δεδωκὼς τοῦ οἰκείου σώματος τὴν ἀνάστα-
σιν. καὶ μήτις οἰέσθω ταῦτα ἡμᾶς μάτην ἀδο-
λεσχεῖν. οὐκ γὰρ τῶν ἱερῶν εὐαγγελίων, καὶ τῶν
ἀποστολικῶν παραδόσεων, ταῦτα οὕτως ἔ-
χειν ἐπαιδεύθημεν. ἠκούσαμεν γὰρ αὐτοῦ τοῦ κυ-

εἰου λέγοντος· ἔρχεται ὁ τῦ κόσμου ἄρχων, καὶ ἐν ἐμοὶ οὐδὲν εὑρίσκει τοιοῦτον. οὐδὲν γὰρ ἔχω φησὶ τῶν τῆς ἁμαρτίας γνωρισμάτων, ἐλεύθερον ἔχω πάσης ὠφειλομένης μοι τῷ σώματος· ἀλλ' ὅμως τὸ μηδὲν ὀφείσκων, ὡς μυρίοις ὀφλήμασιν ὑποκείμενον, παραδώσει τῷ θανάτῳ. ἐγὼ δὲ ταῦτα ἀνέχομαι, δικαίως ἐκβαλεῖν αὐτὸν τῆς τυραννίδος ἐθέλων. διὸ καὶ αὖθις ἐν ἑτέρῳ χωρίῳ φησὶ· νῦν κρίσις ἐστὶ τῦ κόσμου τούτου, νῦν ὁ ἄρχων τῦ κόσμου τούτου ἐκβληθήσεται ἔξω. τὸ γὰρ κρίσεως καὶ τῆς παρ' αὐτοῦ δικαιοκρισίας ἡμῶν ἀκριβῆσαι, καὶ ὡς ἄδικον κατ' ἐμοῦ τὸν ψῆφον ἐξενεγκόντα, καὶ τυραννίδος ἐκβληθήσεται. εἶτα ἐκδιδάσκων ὡς οὐ μόνον τὸ οἰκεῖον σῶμα τῦ τοῦ θανάτου δυναστείας ἐλευθερώσει, ἀλλὰ πᾶσαν ὁμοῦ τὴν ἀνθρώπων τὴν φύσιν, οὕτως ἐπήγαγε λέγων· κἀγὼ ἐὰν ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. οὐ γὰρ ἀνέξομαι μόνον ἀναστῆσαι ὃ ἀνέλαβον σῶμα, ἀλλὰ πᾶσιν ἀνθρώποις πραγματεύσομαι τὴν ἀνάστασιν. τούτου γὰρ χάριν ἐλήλυθα, καὶ τοῦτο δούλου μορφὴν ἀνέλαβον. τούτου χάριν ὅτι σφαγὴν ἤχθην, καὶ ὡς ἀμνὸς ἀμνηστὸν τῦ κείροντος αὐτὸν ἄφωνος. Ταῦτα καὶ ὁ μακάριος Παῦλος φησὶ, Κολοσσαεῦσι γράφων, καὶ δι' αὐτῦ ἅπασιν ἀνθρώποις. Καὶ ὑμᾶς γάρ φησι, νεκροὺς ὄντας τοῖς παραπτώμασι, καὶ τῇ ἀκροβυστίᾳ τῆς σαρκὸς ὑμῶν, συνεζωοποίησεν αὐτῷ, χαρισάμενος ἡμῖν πάντα τὰ παραπτώματα, ἐξαλείψας τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον τοῖς δόγμασιν, ὃ ἦν ὑπεναντίον ἡμῖν. Καὶ αὐτὸ ἦρεν ἐκ μέσου, προσηλώσας αὐτὸ τῷ σταυρῷ, ἀπεκδυσάμενος τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας, ἐδειγμάτισεν ἐν παῤῥησίᾳ, θριαμβεύσας αὐτοὺς ἐν αὐτῷ· καίτοι δῆλον τοιαυτῃ ἐλπίδι ἤχθημαι ὡς ἀπέδωκε μὲν ὑπὲρ ἡμῶν τὸ χρέος· ἐξήλειψε δὲ τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον, καὶ προσήλωσεν αὐτὸ τῷ σταυρῷ. καὶ ἐδειγμάτισε τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας, τουτέστι τὰς ἐναντίας δυνάμεις, ἐν παῤῥησίᾳ θριαμβεύσας αὐτὰς ἐν αὐτῷ. τουτέστιν ἀναμάρτητον αὐτῆς τὸ οἰκεῖον ἐπιδείξας σῶμα τε καὶ ψυχὴν, καὶ τὴν κατ' αὐτοῦ γνωμοθῶν ἄδικον αὐτὴν ψῆφον ἐλέγξας· καὶ ταῦτα πεποιηκὼς, συνεζωοποίησε πᾶσαν τὴν ἀνθρώπων τὴν φύσιν. καὶ μυρίας ἑτέρας μαρτυρίας ἔστιν εὑρεῖν καὶ τῆς θείας γραφῆς, ταῦτα οὕτως ἔχειν διδασκούσας. Ἀλλ' εἰ συλλέγειν ἅπασας ἐθελήσαιμεν, καὶ τὴν προσήκουσαν ἑκάστῃ ἑρμη-

num audiuimus dicentem: *Venit mundi princeps, & in me inueniet nihil.* Nullum enim, inquit, habeo peccati indicium, corpus habeo omni peccato liberum: verumtamen, licèt nihil inueniat, quasi innumeris obnoxium debitis morti tradet: ego autem id patior, ipsum sua tyrannide iustè eiicere volens. Quapropter alibi item inquit: *Nunc iudicium est mundi huius: nunc princeps mundi huius eiicietur foras.* Ioan. 12. Cùm enim iudicium & disceptatio instituta fuerit, condemnabitur, & tyrannide eiicietur, vt qui iniustam contra me sententiam tulerit. Edocens deinde, quòd non suum modò corpus è mortis potestate liberaturus sit, sed vniuersam simul humani generis naturam, mox infert dicens: *Et ego, cùm exaltatus fuero, omnes traham ad meipsum.* Nec enim patiar illud, quod ipse assumpsi, solummodò corpus resurgere: sed omnibus hominibus resurrectionis copiam faciam. Ideò enim veni, & serui formam assumpsi, ideò ad mactationem ductus sum, & ceu agnus coram tondente se, mutus fui. Eadem beatus Paulus quoque scribit Colossensibus, per hos cunctis hominibus scribens: *Nam & vos,* inquit, *cùm essetis mortui per delicta, & per præputium carnis vestræ, simul cum illo viuificauit, condonans nobis omnia delicta, deleto quod aduersus nos erat, chirographo decreti, quod erat contrarium nobis: & illud sustulit è medio affixum cruci: expoliatósque principatus & potestates, id est, omnes aduersas potentias ostentauit, palàm triumphans de illis per semetipsum.* Coloss. 2. Hinc itaque didicimus, quòd & debitum pro nobis reddidit, & quod aduersum nos erat decreti chirographum deleuit, crucique illud affixit, & palàm ostentauit principatus & potestates, id est, aduersas potentias, triumphans de illis in semetipso. Id est, innocens & peccatis carens corpus suum & animam illis spectandam exhibens, & iniustam illorum contra se prolatam sententiam arguens: & hoc vbi fecit, simul secum omnem humanam naturam viuificauit. Atque infinita alia testimonia in scripturis inuenire licet, quæ hæc ita se habere docent. Sed si singula colligere, & conuenientem ipsis expositio-

nem addere velimus, infinitæ verbositatis opus conficiemus. Sudiosis ergo hæc colligendi laborem relinquens, ad ordinem orationis constitutum transeo. Hoc itaque modo Christus dominus, vt pote mortis viribus dissolutis, & salute nostra parta, in cælos rediit, & pietatis alumnis eiusdem ascensionis spem reliquit.

Ioan. 12. *Cùm enim*, inquit, *exaltatus fuero, omnes traham ad meipsum.* Tanta Dei rerũ omnium domini erga homines cura fuit. Tantam Deus erga ingratum opus prouidentiam exercuit. Tanta primi illius exemplaris circa suam imaginem prospicientia est. Ab initio condidit, similitudine sua dignatus est: ipsa verò ingrata erga factorem facta est, & diuinam imaginem corrumpens, belluarum characteres assumpsit, & ex diuina in ferinam & belluinam mutata est. Sed non negligit hanc opifex, quæ nunc belluinam formam induerat: sed innouauit ipsam, & ad pristinum decorem reduxit, veterémque venustatem reddidit, eósque in filios suos adoptauit, qui ne seruire quidem digni erant.

2. Thess. 3. 11. Sed sunt quidam, qui nihil operis faciunt, vt diuus Paulus inquit, sed inutilibus rebus dediti, curiosè inquirunt quæ non fas est, & diuinæ sapientiæ abyssum propriis rationibus metiri studentes dicunt, Quam ob causam non ab initio statim hæc instituit dominus, sed post multa demum annorum millia? Cęterùm quòd talia curiosiùs scrutari nimium audax sit & temerarium facinus, omnémque insaniam excedat, ipsi quoque dicent, qui talia scrutãtur. Porrò vt Deum non hæc erroris pœnitentiâ instituisse & administrauisse, sed olim & ab initio statim sic ordinauisse demonstremus, agedum sacras scripturas in medium adducamus, & primò ipsum Christum dominum audiamus,

Matth. 25. qui in Euangeliis dicit: *Venite benedicti patris mei, possidete regnum, paratum vobis ante constitutionem mundi.* Si verò ante mundi creationem Apostolis, & iis qui per hos crediderunt, regnum præparauit, constat certè quòd olim hæc ita voluerit dominus, & nequaquam nunc quidem hæc, nunc alia sentiat. Singulis autem temporibus quæ commoda sunt peragit, & hominum facultate doctrinæ suæ

A νείδη ποιήσασθαι, μῆκος ἄπειρον ἐργασόμεθα. τοῖς φιλομαθέσι τοίνυν αὐτὰς συλλέγειν καταλιπών, ὅτι τὰ σωζεχῆ βασιλεύομεν τοῦ λόγου. Οὕτω τοίνυν ὁ δεσπότης Χριστὸς, καταλύσας τὸν θάνατον, καὶ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν θριαμβεύσας, εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀνελήλυθε, καὶ τοῖς τῆς εὐσεβείας ἐφίμοις τὴν αὐτῆς ἀνόδου τὰς ἐλπίδας κατέλιπεν. ὅταν γάρ φησιν ὑψωθῶ, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. τοσαύτη τοῦ θεοῦ τῶν ὅλων ἡ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους κηδεμονία. τοσαύτην ὁ ποιητὴς τοῦ ἀγαθείου δημιουργίας ἐποιήσατο πρόνοιαν. τοσαύτην ἔρχετύπου πρὸς τὴν

B εἰκόνα τὴν οἰκείαν ἡ πρόμηθια. ἐδημιούργησεν ἐξ ἀρχῆς, τῇ ὁμοιώσει τετίμηκεν· ἀλλ' ἀγνώμων αὐτὴ πρὸς τὸν πεποιηκότα γεγένηται, καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ θείου διαφθείρασα, θηρίων χαρακτῆρας ἐδέξατο, καὶ αὐτὴ θεοειδὴς θηριώδης ἐγένετο. ἀλλ' οὐ προεῖδεν αὐτὴν ὁ δημιουργὸς τὰς τῶν θηρίων προσκεκμηλωμένας μορφὰς, ἀλλ' ἀνεούργησεν αὐτὴν, καὶ εἰς τὸ πρότερον ἀνεπλάσατο κάλλος, καὶ τὴν παλαιὰν ἀπεδίδωκεν εὐμορφίαν, καὶ υἱοὺς τοὺς οὐδὲ δούλου ἀξίους ἀπέφηνεν. ἀλλὰ γάρ εἰσί τινες μηδὲν ἐργαζό-

C μενοι κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον, ἀλλὰ περιεργαζόμενοι, καὶ πολυπραγμονοῦντες ἃ μὴ θέμις, καὶ τὴν θείας σοφίας τὸ ἄβυσσον τοῖς οἰκείοις λογισμοῖς μετρῆσαι φιλοτεχνοῦντες, καὶ φάσκοντες, τίνος χάριν ταῦτα οὐκ ἐξ ἀρχῆς ᾠκονόμησεν ὁ θεὸς, ἀλλὰ μετὰ πολλὰς ἐτῶν χιλιάδας; ὅτι μὲν οὖν τὰ τοιαῦτα πολυπραγμονεῖν, λίαν ἐστὶ θρασὺ καὶ τολμηρὸν καὶ μανίας ἀπάσης ἐπέκεινα, αὐτοὶ φαῖεν ἂν οἱ τὰ τοιαῦτα διερευνώμενοι. Ἵνα δὲ δείξωμεν, οὐκ ἐκ μεταμελείας ταῦτα τὸν θεὸν οἰκονομήσαντα, ἀλλ' ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς οὕτω ταῦτα διατεταξάμενον,

D φέρε τὴν θείαν γραφὴν εἰς μέσον παραγάγωμεν, καὶ ἀκούσωμεν πρῶτον αὐτοῦ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ, ἐν τοῖς εὐαγγελίοις λέγοντος· δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν πρὸ καταβολῆς κόσμου. Εἰ δὲ πρὸ καταβολῆς κόσμου τοῖς ἀποστόλοις, καὶ τοῖς δι' ἐκείνων πεπιστευκόσι, τὴν βασιλείαν ἡτοίμασεν, εὐδηλον ὡς ἄνωθεν μὴ ταῦτα βούλεται ὁ θεὸς, καὶ οὐ νῦν μὲν ἄλλα, νῦν δὲ ἕτερα. οἰκονομεῖ δὲ ἐν ἑκάστῳ καιρῷ τὰ πρόσφορα, καὶ τῇ δυνάμει τῶν ἀνθρώπων τὰς διδασκαλίας

μετρ. τούτου χάριν τῷ Ἀδάμ, οἷς ἀρτίληψει βρέφει, τὴν περὶ τὸ ξύλου δίδωσιν ἐντολήν. περιττὸς γὰρ ἦν ἐκείνῳ πᾶς νόμος περὶ μοιχείας, καὶ φόνου, καὶ ψευδομαρτυρίας, καὶ ἀδικίας διηγορεύοντος. Τίνα γὰρ ἂν ἐμοίχευσε μιᾶς οὔσης πω γυναικός; Τίνα δὲ ἂν ἐφόνευσεν οὐκ ὄντος τοῦ προσιόντος; καὶ τίνος δ' ἂν ψευδομαρτυρίαν ὑφήνεν, ἢ ἀδικίαν ἐτεκτήνατο; Διὰ τοῦτο μόνον λαμβάνει τὸν περὶ τοῦ φυτοῦ νόμον, νηπιώδη τινά, καὶ βρέφεσιν ἁρμόττοντα. Πάλιν δὲ τῆς φύσεως αὐξηθείσης, μετὰ πολλὰν ἐτῶν ἀριθμὸν, τῷ Νῶε περὶ βρωμάτων νομοθετεῖ, καὶ προσκελεύεται πάντων ἀφόβως μεταλαμβάνειν κρεῶν, τὴν καθαρὰν δηλαδὴ, καὶ γὰρ τούτων αὐτὸν τὴν διαφορὰν ἐξεπαίδευσε, μόνου δὲ ἀπαγορεύει τοῦ αἵματος τὴν μετάληψιν. Ἐκεῖθεν μετὰ χρόνου πολλοῦ παρίοδον, καλεῖ μὲν τὸν Ἀβραάμ, καὶ κελεύει τὴν πατρῴαν καταλιπεῖν οἰκίαν, ἀγαγὼν αὐτὸν, εἰς τὴν πάλαι μὲν Χαναναίων, νῦν δὲ Παλαιστινῶν προσαγορευομένην χώραν, καὶ δίδωσιν αὐτῷ τὴν τῆς περιτομῆς ἐντολήν, ἵν' ἔχῃ τὸ ἐκ τούτου γένος σημεῖον τῆς εὐσεβείας, τῶν περιττῶν τὴν ἀφαίρεσιν. Τοῦ δὲ λιμοῦ τὴν ἀνάγκην ἐπαγαγόντος, πανταχόσε προάγει κήρυκα τῆς εὐσεβείας, καὶ Αἰγυπτίοις καὶ Παλαιστινοῖς ἀποφαίνων τὸν οἰκεῖον θεράποντα. καὶ συγχωρεῖ μὲν ἁρπαγῆναι παρὰ τῶν βαρβάρων τὴν τοῦδε ὁμόζυγα, ἁρπαγεῖσαν δὲ ἐπανήγαγε, καὶ τοὺς ἁρπάσαντας ἐμαστίγωσε, καὶ τοὺς θηρεύσαντας τῆς γυναικὸς ἀπολαμβάνειν τῆς θήρας οὐκ εἴασεν, ἀλλ' ἐντὸς τῶν δικτύων ἐχόντων ὧν ἠγρεύσαντο οὐκ ἀπήλαυσαν· αὐτοὶ δὲ ἄρκυσιν ἀοράτοις ἠγρεύοντο, καὶ ἐμαθήτευον διὰ τῆς πείρας τὴν τοῦ ξένου φιλοτιμίαν· καὶ μετεπέμποντο τὸν ξένον, τὸν ἐπήλυδα, τὸν ὀθνεῖον, οἱ τῶν ἐθνῶν ἐκείνων βασιλεύοντες, καὶ ἱκέται τοῦ ξένου ἐγίνοντο. ὁ δὲ προφάσιν λαμβάνων, προσέφερε τοῖς ἀγνοοῦσι τὰ τῆς εὐσεβείας παραδείγματα, καὶ ἡ ἀδικία τῆς εὐσεβείας τὴν ὁδὸν ἀνεῴγνυ, καὶ ἡ παράνομος πλεονεξία προξένους θεογνωσίας ἐλάγχανε. οὕτω τὰ περὶ τὸν Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ οἰκονόμησεν. ὁ μὲν γὰρ, τὸν Ἀβιμελὲχ εὐηργέτησεν, ὁ δὲ τῷ Λάβαν τὸν ὄντα θεὸν ἐπέδειξε, καὶ τῶν οὐκ ὄντων μὴ,

A institutiones metitur. Idcircò Adamo, quasi nuper edito infanti, præceptum de arbore præscribit. Superuacanea enim illi fuisset tota lex de adulterio, de cæde, de falso testimonio, & iniustitia præcipiens. Cum qua enim adulterium committeret, vnica tunc temporis existente femina? Quem occideret, cùm non esset à quo irritaretur? contra quem item vel falsum testimonium fingeret, vel iniustitiam operaretur? Quapropter illud solummodo de arbore præceptum accipit, puerile quiddam & modò natis B infantibus conueniens. Rursum verò aucto iam post multorum annorum numerum humano genere, ipsi Noë de cibis leges tulit, & omnibus liberè carnibus vesci, (nam & harum discrimen ipsum edocuit) iubet, solius autem sanguinis esu ipsi interdicit. Inde post longi temporis euolutionem, Abrahamum quidem vocat, & patriam domum relinquere iubet, ducit verò ipsum in regionem, quæ olim quidem Chananæorum, nunc autem Palæstinorum dicitur, & circumcisionis præceptum illi dat, vt qui ex illo nasciturus erat populus superfluorum ablationem religionis signum habeat. Famis autem necessitate inductâ, pietatis præconem circumducit vndique, tam Ægyptiis, quàm Palæstinis, suum ostendens cultorem. Et permittit quidem rapi à barbaris illius coniugem, raptam verò defendit, & raptores flagellauit: quíque mulierem venatores ceperant, eosdem capta fera potiri non sinit, sed iis quæ intra cassas suos erant, frui non potuerunt. Ipsi verò retibus inuisibilibus capti sunt, & experientia magistra hospitem suum Deo amicum gratúmque esse didicerunt. Et hospitem, aduenam nimirum ac peregrinum, accersunt qui gentium illarum reges erant, & hospiti supplices fiunt. Hic verò excusationem accipiens pietatis præcepta ignorantibus attulit. Et in iustitia pietatis viam aperuit, ac iniqua illegitimáque cupiditas Dei cognitionem conciliauit. Similiter ea quoque quæ Isaaco & Iacobo contigere, disposuit. Nam ille quidem in Abimelech beneficia contulit: hic autem Labano verum Deum monstrauit, & eorum, qui cùm non essent Dij, ta-

Gen. 2.

Gen. 6 7.

Gen. 12.

Gen. 20.

Gen. 24.

men videbantur, infirmitatem arguit. Eadem ratione res Ioſephi adminiſtrauit. Et permittens quidem priùs ſeruum fieri, per ſeruitutem, calumnias, & vincula, Ægyptiaci regni habenas illi tradidit. Et hic quidē vnum Deum pincernæ prædicat, deinde ipſi regi eandem illam doctrinā affert. Inde rerum gubernationem ſuſcipiens, totam nauim ſapienter regit. Sic Iſraëlem in immenſum auctum Ægyptiaca ſeruitute liberare volens, per multa & magna ſigna liberat, inde gloriam & magnificentiam illi concilians. Hanc etenim gentem, vt omnibus gentibus ad Dei notitiam magiſtra eſſet, delegit. Et quemadmodum ad huius gentis curam, nunc quidem Moſem, nunc verò Ioſuam, Samuëlem item, & aliâs alium quempiam prophetarum delegit, & per vnum hominem veræ ſapientiæ ſtudioſum, toti genti benefecit. Ita per vnam Iſraëlitarum gentem omnes gentes eadem naturâ præditas ad pietatis conſortium vocauit. Et hæc quidem vera eſſe Raab meretrix teſtatur, quæ alienigena quidem & meretrix exiſtens, ſola tamen fama contenta, per hanc pietatem ſuſcepit. & domeſticos quidem deſtituit, alienos autem amplexa eſt. *Audiuimus enim*, inquit, *qualia fecerit dominus Deus veſter Aegyptiis; & cecidit timor veſter ſuper nos.* Propterea cum ſpeculatoribus paciſcitur, & pacta conuenta iureiurando confirmat. Teſtes etiam ſunt Palæſtini alienigenæ, arcæ præſentiam timentes, & ſibi inuicem dicentes: *Hic Deus eſt, qui percuſſit Aegyptum, ve nobis allophylis.* Ideò Deus allophylis arcam quidem tradit, populi iniquitatem arguens, (nec enim oportebat legem propugnatricem facere eos, qui legem palàm tranſgreſſi fuerant,) traditæ autem maieſtatem tuetur, allophylos docens, quòd non Deum viciſſent, ſed hominum iniquitatem. Propterea Dagon quoque, quem illi ceu Deum adorabant, (idolum verò hoc erat mutum, & omnis ſenſus expers) ante arcam corruere facit, & eorum à quibus colebatur ſtatum illis ſpectandum exhibet, vt allophyli diſcrimen diſcerent. Illi verò eundem ſtolidè rurſus erigunt, denuò autem collapſum vident, & tamen adorant.

od. 1. 2. &c.

ue 2.

eg. 4.

eg. 5.

A δοκούντων δὲ τὴν ἀδεΐαν ἤλεγξεν. οὕτω τὰ
περὶ τὸν Ἰωσὴφ οἰκονόμησε. καὶ δοῦλον γενέσθαι
πρότερον συγχωρήσας, εἶτα δουλείας καὶ συκο-
φαντίας καὶ δεσμῶν τὸν Αἰγύπτου αὐτῷ τὰς ἡνίας
ἐνεχείρισε. καὶ πρῶτον μὲν ἕνα θεὸν τῷ οἰνοχόῳ
κηρύττει· εἶτα τῷ βασιλεῖ τὴν αὐτὴν ταύτην
διδασκαλίαν προσφέρει. ἐκεῖθεν τοὺς οἰακας
δεξάμενος, ἅπασαν εὐφυῶς ἰθύνει τὸ σκάφος. οὕ-
τω τὸν Ισραὴλ αὐξηθέντα, τὴν Αἰγυπτιακὴν ἀ-
παλλάξας δουλείας ἐθελήσας, μετὰ πολλῶν καὶ
μεγάλων ἀπαλλάττει θαυμάτων, τὸ ἔθνισ-
μον αὐτῷ συντεύξεν μηχανώμενος. τὸ γὰρ ἔθνος
ἁπάντων τοῦτο τὸ ἔθνος θεογνωσίας ἐχέφρονος
διδάσκαλον. καὶ καθάπερ εἰς τοῦτο τὸ ἔθνος
ἐπιμέλεια, νῦν μὲν ἐξελέξατο τὸν Μωϋσῆν,
νῦν δὲ τὸν Ἰησοῦν, καὶ πάλιν τὸν Σαμουὴλ, ἄλ-
λοτε δὲ ἄλλον τῶν προφητῶν, καὶ δι' ἑνὸς ἀν-
θρώπου φιλοσοφίαν ἀσκοῦντος, ἁπάντων
λυπρήτει τοὺς ὁμοφύλους. οὕτω δι' ἑνὸς ἔθνους
τὸ Ισραὴλ, πάντα τὰ ἔθνη τὰ τὴν αὐτὴν ἔχον-
τα φύσιν, εἰς τὸ τῆς εὐσεβείας κοινωνίαν ἐκάλει.
καὶ ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει, μαρτυρεῖ μὲν Ραὰβ ἡ
πόρνη, ἀλλόφυλος μὲν οὖσα καὶ πόρνη, ἀρκεθεῖ-
σα δὲ μόνῃ τῇ φήμῃ, καὶ δι' αὐτῆς τὴν εὐσέ-
βειαν δεξαμένη, καὶ τοὺς μὲν οἰκείους προεμένη,
τοῖς δ' ἀλλοτρίοις ἑαυτὴν ἐγχειρίσασα. ἠκού-
σαμεν γάρ φησιν οἷα ἐποίησεν κύριος ὁ θεὸς
ὑμῶν τοῖς Αἰγυπτίοις, καὶ ἔπεσεν ὁ φόβος ὑμῶν
ἐφ' ἡμᾶς. διὰ τοῦτο σεσώκατε πρὸς τοὺς κα-
τασκόπους ποιῆται, καὶ ὅρκῳ ταύτας βεβαιοῖ.
μαρτυροῦσι δὲ καὶ ἀλλόφυλοι, δείσαντες τὴν κιβω-
τὸν τοῦ προσιόντα, καὶ πρὸς ἀλλήλους εἰρηκότες,
σοῦ ὁ θεὸς, ὁ παταξας τὴν Αἴγυπτον· οὐαὶ
ἡμῖν ἀλλόφυλοι. τούτου χάριν ὁ θεὸς πρόη-
δίδωσι μὲν τοῖς ἀλλοφύλοις τὴν κιβωτὸν, τὴν
τοῦ λαοῦ παρανομίαν ἐλέγχων. οὐ γὰρ ἔδει τὸν νό-
μον ποιῆσαι παράμαχον τοῖς παρανόως
παραβεβηκόσιν τὸν νόμον. παραδοθεῖσα δὲ φυ-
λάττει τὸ σέβας, διδάσκουσα τοὺς ἀλλοφύλους, ὡς
οὐ θεὸν ἐνίκησαν, ἀλλὰ ἀνθρώπων παρανο-
μίαν. διὰ τοῦτο τὸν Δαγὼν, τὸν τῶ σκείνων
ὡς θεὸν προσκυνούμενον, εἴδωλον δὲ ὄντα τοῦτο
ἄφωνον καὶ ἀναίσθητον, πεσεῖν πρὸ τῆς κιβωτοῦ, καὶ
τὸ τῶν προσκυνούντων ὑπιδεῖξαι σχῆμα παρα-
σκευάζει, ἵνα μάθωσιν οἱ ἀλλόφυλοι τὸ διάφο-
ρον. οἱ δὲ πάλιν μὲν ἀνόητοι ἀνορθοῦσι, πάλιν δὲ
ὁρῶσι καταπεπτωκότα καὶ προσκυνοῦντα·

εἶτα πολλῷ ἀγῶντες ἀβελτηρίαν, καὶ τὸ διαφορὸν ὁρᾶν οὐκ ἐθέλοντες, τῇ πείρᾳ σωφρονῆσαι ἐδιδάχθησαν, καὶ παιδευθέντες ἀνένηψαν, καὶ τὴν ἀγνοίας τῷ μέθῃ ἐξέβαλον, καὶ πέμπουσιν ὡς ἔθος τῷ κύρωτον τοῖς οἰκείοις θεραπευταῖς, καὶ ἀναθήμασι τετιμηκότες τὰς παιδείας κηρύττουσι, καὶ τοῖς ὑποδεχομένοις αὐτῷ διδάσκουσι τῆς ἐπανόδου τὸν τρόπον. τοῦτο καὶ ὑπὲρ τοῦ Βαλτάσαρ πεποίηκεν ὁ θεός. Ἐπειδὴ γὰρ εἰς πολλὴν ἀσέβειαν ἐξωκείλαντα τὸν λαὸν, δορυάλωτον ἔπεμψεν εἰς Βαβυλῶνα, καὶ τὰ ἱερὰ σκεύη λάφυρα τῶν πολεμίων ἐλαύνει, ὁ μὲν Ναβουχοδονόσορ, αὐτὸς δὴ θεία, τῆς κοινῆς αὐτὰ πόρρω πεποίηκε χρήσεως, εἰς ὃ τοὺς νεὼς τῶν νομιζομένων ὑπ' αὐτῶν θεῶν εἰσκεκόμικεν. ὁ δὲ ἐκείνου παῖς, Βαλτάσαρ φημί, ταῖς πατρῴαις οὐ παιδευθεὶς συμφοραῖς, οὐ δὲ σκοπήσας ὁποίας ἐκείνος δίκας τῆς ἀλαζονείας ἔξέτισε, καὶ ταῦτα ὡς νόμισε τὰ θεῖα σκεύη τετιμηκώς, φέρει μὲν εἰς μέσον τὰ ἅπαξ ἀφιερωθέντα θεῷ, πίνει δὲ ἀπὸ τούτων ὁ ἀλιτήριος, παρασφέρει δὲ καὶ τοῖς συμπόταις τὰ ἄψαυστα. ἀλλὰ τούτων γινομένων, κατὰ τοῦ ἀλάστορος ἐξεφέρετο ψῆφος, καὶ χεὶρ ἀφανοῦς τινος ἐνέγραφε τῷ τοίχῳ τὸ θεοῦ τῷ ἀποφασιν. καὶ ὁ μὲν ἀπορίᾳ κατεῖχετο, οὔτε ἀναγινώσκειν οὔτε γινώσκειν δυνάμενος τῶν γεγραμμένων τῷ δυνάμει· ἡ δὲ μήτηρ τὸν πολλάκις τῶν πατρὶ τοιαύτας ἀπορίας λελυσμένα ἦλθεν εἰς μέσον τὸν Δανιήλ. ὁ δὲ ἀνεγινώσκετο καὶ ἡρμήνευε, καὶ τῆς τιμωρίας τὴν αἰτίαν ἐδίδασκε, λέγων· ὡς ἡμεῖς δίκας ἁμαρτημάτων τίνοντες δορυάλωτοι γεγόναμεν. καὶ ταῦτα δὲ τὰ σκεύη, ἅτε δὴ πρὸς ἡμῶν δωρατεθέντα, τῷ ἐξωθραποδίσαντι προέδωκεν ὁ θεός, διδάσκων ἡμᾶς, ὡς εἰ δεόμενος τούτων θύοντων ἰωείχετο. ἀλλὰ μέχρι μὲν ἡσυχάζομεν, ἐδέχετο ταῦτα πρὸς ἡμῶν προσφερόμενα, θεραπεύειν ἡμᾶς ἐθέλων· ἰωΐκα δὲ εἰς ἀσέβειαν ἐξωκείλαμεν, καὶ τὰ προσενεχθέντα πρὸς ἡμῶν ἀπέῤῥιψε δῶρα. ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὕτω πως ὁ σὸς πατὴρ παιδευθεὶς, ἐτίμησεν ὡς νόμισεν, ἀνθρωπείας μὲν αὐτὰ χρείας πόρρω πεποιηκώς, τοῖς δὲ νομιζομένοις αὐτοῖς θεοῖς. σὺ δὲ οὐδὲ τῷ ἐπ' ἐκείνου γεγυμνασμένῳ λογισάμενος ἡμῶν, εἰς ὃ τὴν ἀλαζονείας ἔξέπεσας βάραθρον, καὶ τοῖς ἱεροῖς ἐνέσφας σκώμασι. τοῦτο γάρ ἐστι

A Deinde magna amētia ducti, & discrimen videre non volentes, experientia magistra sapere didicerūt, & castigati resipuerunt, & ignorantiæ ebrietate excussa, arcam vt decebat suis cultoribus remittunt, & donariis eam honorantes castigationes suas prædicant, eósque qui illam suscipiebant reditus modum docent. Idem erga Baltasarem fecit Deus. Postquam Dan. 5.
enim in multam impietatem prolapsum populum captiuum in Babylonem transmisit, & sacra vasa hostium spolia facta sunt, Nabuchodo-
B nosor quidem hæc, vtpote diuina & sacra, à profanis vsibus longissimè remouit, & in templa eorum, quos ipse pro Diis habebat, intulit. Illius autem filius, Baltasar scilicet, paternis calamitatibus non satis edoctus, nec expendēs quantas ille arrogantiæ pœnas exoluisset, licet hæc, vt existimabat, sacra vasa honorasset, in medium quidem profert quæ semel Deo consecrata erant, ex iisdem verò potat homo infelix, simúlque compotoribus offert, quæ tangere nefas
C erat. His autem transactis, mox contra infelicem sententia profertur, & cuiusdam inuisibilis manus parieti Dei sententiam inscripsit. Tunc quidem animo hęsitabat, cùm nec legere, nec eorum quæ scripta erant sensum percipere posset. Mater verò Danielem, qui patrem sæpiùs istiusmodi dubitatione liberauerat, in medium adducit. At hic legit simul & interpretatus est, & pœnæ causam docuit, dicens, Quemadmodum nos peccatorum pœnas exoluentes captiui facti
D sumus, & hæc vasa quæ à nobis consecrata captori Deus tradidit, nos nimirum docens, quòd non ceu horum indigus sacrificantes nos tulerit. Sed quoad pietati studuimus, hæc à nobis oblata suscepit, curare nos volens: quando verò ad impietatem impegimus, ipse etiam oblata à nobis reiecit munera. Verùm hæc quidem pater tuus aliquo modo castigatus vt existimabat honorauit, ab humano quidem vsu illa longissimè remouens, iis verò quos ipse deos putabat offerens. Tu verò nec eum quidem, qui ab illo his habitus est, honorem considerans, in arrogantiæ barathrum delapsus es, & in sacris poculis voluptatis libidinem explebas. Propterea ho-

rum dominus docet te, qualis arrogantiæ finis sit, non quidem inanimatorum curam habens, sed hominibus sua prouidentia prospiciens, & per tua supplicia multis hominibus modestiæ exemplum proponens. Hæc quidem ille dicebat: hic verò ea nocte pœnas persoluit. Vide ergo, vt omnium hominum semper curam habuerit sua prouidentia summus ille omnium creator, non eorum modò, qui genus ex Abraham ducunt, sed omnium qui ex Adam sunt: & per vnam gentem omnes gentes ad Dei cognitionem perduxit. Nec modò cùm pietatem sectarentur, horum doctrinam omnibus hominibus obtulit, verumetiam cùm iniquitatis pœnas ab ipsis exigeret. Quippe Nabuchodonosorem illum, arrogantem tyrannum, qui auream statuam erexit, eámque ab omnibus adorari iussit, qui dicebat, Super astra ponam thronum meum, vltra nubes ascendam, & ero similis altissimo, & apprehendam manu totam terram quasi nidum, & ceu oua derelicta tollam, non per Angelos summus ille Deus castigauit vt saperet, sed per eos qui ab ipso captiui ducti fuerant. Vt enim ille tres pueros, qui regium edictum non implerant, horrendum illum ignem ceu rem ludicram contemnere, & super prunas ardentes quasi super rosas incedere, ac tali flamma circumdatos Deum laudibus celebrare vidit, miraculo quidem obstupescit, perculsus autem miraculi auctorem pertimescit, omnibus verò imperat vt horum Deum adorent, ipsúmque altissimum nominat, & omnium Deum ac regem vocat. Sic Assyrium illum contra se insanientem, & insanis illis verbis vsum, *Quoniam non liberabit vos dominus Deus ex manu mea, & vbi sunt dij gentium?* vt propriam infirmitatem agnoscere castigauit, & solùm aufugere coëgit, multa illa hominum millia, quibus superbiebat, breui temporis momento per vnum Angelum morti tradens. Sic Ionam Nineuitis pœnitentiæ præconem transmisit, & iussa exequi nolentem, sed fugam stultè molientem, fluctibus quidem constringit, tanquam autem carceri cuidam ceto tradit. Irrationalis autem piscis rationalem hominem eò deduxit, vbi

Isa. 10.

4. Reg. 18. 19.

A των σε διδάσκει δεσποτης οἵ τῆς ἀλαζονείας ὁ τέλος, οὐ τῶν ἀψύχων κηδόμενος, ἀλλὰ τῶν ἀνθρώπων προμηθούμενος. καὶ διὰ τῆς σῆς ὑμοιείας πολλοῖς ἀνθρώποις ὑπαξίας ὑποδείκνυσιν προτίθεις. ταῦτα ὁ μὲν ἔλεγλε, ὁ δὲ νύκτωρ τὴν τιμωρίαν ἐδέχετο. ἀνθρώπων γὰρ προνοεῖται, ὅπως ἀνθρώπων ἀνθρώπων ἀεὶ προνοήσεται τῶν ὅλων ὁ ποιητής, καὶ οὐ μόνον τῶν ἐξ Αβραὰμ καταγόντων τὸ γένος, ἀλλὰ πάντων τῶν ἐξ Ἀδάμ. καὶ διὰ τὲ ἑνὸς ἔθνους, ἅπαντα ἐπόδηγησε τὰ ἔθνη πρὸς γνῶσιν. καὶ οὐ μόνον ἰώμενος νύσσει, τὴν διὰ τούτων διδασκαλίαν πᾶσιν ἀνθρώποις προσέφερε, ἀλλὰ καὶ ὅτε τὴν παρανομίας εἰσεπράττετο δίκας· ἀμέλει τὸν Ναβουχοδονόσορ ἐκεῖνον, τὸν ἀλαζόνα, τὸν τύραννον, τὸν τὴν εἰκόνα τὴν χρυσῆν ἀνορθώσαντα, τὸν προσκυνῆσαι τούτῳ πάντας κελεύσαντα, τὲ εἰπόντα, ἐπάνω τῶν ἄστρων θήσω τὲ θρόνον μου, καὶ ἐπάνω τῶν νεφελῶν ἀναβήσομαι, καὶ ἔσομαι ὅμοιος τῷ ὑψίστῳ, καὶ καταλήψομαι τῇ χειρὶ τὲ οἰκουμένην ὅλην ὡς νεοσσιὰν, καὶ ὡς καταλελειμμένα ὠὰ ἀρῶ, οὐδὲ ἀγγέλων ὁ τῶν ὅλων θεὸς ἐπαίδευσε σωφρονεῖν, ἀλλὰ διὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν δορυαλώτων γενομένων. ὡς γὰρ εἶδεν ἐκεῖνος τὰ τρία μειράκια, τὲ μὴ βασιλικὴν νομοθετήσαντα μὴ προσκυνῆσαι, τὲ ὑπὸ φοβερᾶς ἐκείνης πυρᾶς ὡς ἀθυρμάτων καταφρονήσαντα, καὶ ὅτι τῶν ἀνθράκων ἐκείνων ὡς ῥόδων βαδίζοντα, καὶ τοὺς τοιούτῳ φλογὶ παραδεδομένους τὸν θεὸν αἰνοῦντας, ἐκπλήττεται μὲν τὸ θαῦμα, καταπλήττεται δὲ τὸν τῶ θαύματος ποιητὴν, κελεύει δὲ πᾶσι τὸν τούτων θεὸν προσκυνεῖν, καὶ ὕψιστον αὐτὸν ὀνομάζει, καὶ τὸν ἀπάντων θεὸν καὶ βασιλέα καλεῖ. οὕτω τὸν Ασσύριον ἐκεῖνον κατ' αὐτὸ λυτήσαντα, καὶ τοῖς μανικοῖς ἐκείνοις χρησάμενον

B

C

D ῥήμασιν, ὅτι οὐ μὴ ῥύσηται ὑμᾶς κύριος ὁ θεὸς ἐκ χειρός μου, καὶ ποῦ εἰσὶν οἱ θεοὶ τὲ ἐθνῶν; τὴν οἰκείαν ἀσθένειαν ἐξεπαίδευσε, καὶ μόνον φυγεῖν κατηνάγκασε, τὰς πολλὰς ἐκείνας χιλιάδας, ἐφ' αἷς ἐφρόνει μεγάλα, ἐν βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ δι' ἑνὸς ἀγγέλου θανατώσας. οὕτω τὸν Ιωναῦ Νινευίτας μετανοίας ἀπέστειλε κήρυκα, καὶ δὲ κελευσθὲν ποιεῖν οὐ βουλόμενον, ἀλλὰ φυγεῖν αἱρούμενος ὅπλοις χρήσατο, δεσμεῖ μὲν τοῖς κύμασι, καθάπερ δέ τινι δεσμωτηρίῳ, τῷ δράκοντι παραδίδωσι τῷ κήτει. ὁ δὲ ἄλογον ἀπήγαγε τὸν λογικὸν, ἔνθα

κηρύττειν

κηρύττειν ἐπήχθη. Ἐπειδὴ δὲ ἤμελλε ὁ μέγα τῆς οἰκονομίας ἀπιτελεῖσθαι μυστήριον, καὶ ὁ λόγος τῆς θείας ἀναθεωρήσεως εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην καταπείρεσθαι κήρυγμα, τίνα οὖν λοιπὸν τοῦτο ὁ ἔθνος, ὃ ἐπ' ἀνεργεσίᾳ τῶν ἐθνῶν ἀπάντων ἐξ ἀρχῆς ἐξελέξατο, εἰς πᾶσαν κατέπειρε τὴν οἰκουμένην, ἵν' ἐθίσωσιν ἅπαντες ἀκούειν οἱ τῇ πολυθέῳ κατεχόμενοι πλάνῃ, ὡς εἷς ἐστι θεὸς, οὐρανοῦ καὶ γῆς ποιητὴς, καὶ ῥᾷον ὁ κήρυγμα ἐντεῦθεν τοῖς θείοις ἀποστόλοις γένηται. Ἀλλ' ἴσως ἄν τις εἴποι, ὡς οὐ μόνον οὐ συνήργησαν Ἰουδαῖοι τῇ περὶ τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίᾳ, ἀλλὰ καὶ λίαν ἀντέπραξαν, καὶ τοῖς ἐξ ἐθνῶν πίστεσθαι βουλομένοις ἐμποδὼν ἐγένοντο. Ἀλλ' εἴτις ἀκριβῶς ἐξετάσαι θελήσῃ, καὶ τὴν ἐναντίωσιν Ἰουδαίων σύμμαχον εὑρήσῃ τῆς τῶν ἐθνῶν πίστεως γενομένην. ἡ γὰρ πρὸς Ἰουδαίους ἀφέλεξις, καὶ ἡ ἀπὸ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν ἀπόδειξις, σαφὴς μὲν ἔλεγχος τῆς τούτων ἀνοίας ἐγίνετο, ἐπεδείκνυε δὲ τοῖς ἐξ ἐθνῶν πάλαι θεν τὴν χριστιανικὴν πολιτείαν κεκηρυγμένην, καὶ ἡ τῶν ἐνδόξων μαρτυρία ἀξιόπιστον ἐποίει τὸν κηρυττόμενον λόγον. ἔφερον γὰρ οἱ τοῦδε τοῦ λόγου κήρυκες εἰς μέσον, τὸν Ἀβραὰμ τὸν πατριάρχην, ταύτας τὰς ἐπαγγελίας δεξάμενον, καὶ Ἰσαὰκ τὸν τῆς ἐπαγγελίας καρπὸν, καὶ τὸν Ἰακὼβ ταύτην τὴν εὐλογίαν παρὰ τοῦ πατρὸς κομισάμενον, καὶ τὸν Ἰούδαν, τὸν πατριάρχην τῆς εὐλογίας κληρον δεδεγμένον, καὶ τὸν Μωσέα ταῦτα προειρηκότα, καὶ τὸν βασιλέα Δαβὶδ ταῦτα προφητεύσαντα, καὶ Ἡσαΐαν καὶ Ἱερεμίαν ταῦτα προαγορεύσαντας, καὶ Ἰεζεκιὴλ καὶ Δανιὴλ ταῦτα διὰ τοῦ πνεύματος προκηρύξαντας, καὶ ἅπαντα τῶν προφητῶν τὸν χορὸν τὰ ἡμέτερα σαφῶς προμηνύσαντα. ὁρῶντες οὖν οἱ ἀκούοντες, συνομολογοῦντας μὲν Ἰουδαίους θείας εἶναι ταύτας φωνὰς, βλέποντες δὲ καὶ τὰς ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ τελουμένας ἐνεργείας, καὶ ἐνέχυρα λαμβάνοντες τῶν λόγων τὰ σημεῖα, ἐδέχοντο μὲν ῥᾳδίως τὸ κήρυγμα, πίστευον δὲ τῷ κηρυττομένῳ θεῷ, τὰ δὲ Ἰουδαίων ἐβδελύττοντο βδελυείαν. οὐκοῦν οὐ μόνον ἐμποδὼν οὐ γέγονεν ἡ Ἰουδαίων ἀπείθεια τῷ θείῳ κηρύγματι, ἀλλὰ καὶ δι' ὧν ἀντιτείνειν ἐπεχείρουν, ἀξιόπιστον τὸν λόγον

A prædicare iussus erat. Postquam verò magnum illud suæ administrationis mysterium perfici, & diuinæ incarnationis præconium per totum terrarum orbem dispergi debuit, tunc demùm illum populum, quem beneficio singulari ab initio ex omnibus populis elegerat, in totum terrarũ orbem dispersit, vt omnes audire assuefierent, qui Deorum multitudine decepti erant, quòd videlicet vnus Deus est cæli & terræ conditor, & hinc prædicatio expeditior diuinis Apostolis & faciliot fieret. Sed dicat fortasse aliquis, quòd Iudæi doctri-
B nam Christi non modò non adiuuerint, verumetiam valdè ei obstiterint, iisque qui ex gentibus crediturí erant fuerint obstaculo. Sed si quis diligenter rem excutere velit, Iudæorum repugnantiam gentium fidem plurimum adiuuisse inueniet. Disceptatio enim cum Iudæis, & è lege ac prophetis desumpta demonstratio, manifestè illorum insaniam arguebat, gentibus autem demonstrabat Christianam religionem olim prædicatam fuisse. Et testimonium quod ab hostibus ferebatur, eum qui prædicabatur
C sermonẽ fide dignum reddebat. Huius enim sermonis præcones in medium producebant, & Abraham Patriarcham, qui eadem promissiones accepit, & Isaacum promissionis fructum, & Iacobum, qui eandem benedictionem à patre retulit, & Iudam qui paternã benedictionis sortem suscepit, & Mosem qui hæc prædixit, & regem Dauidẽ, qui eadem vaticinatus est, & Esaiam ac Ieremiam, qui eadem prædixerunt, & Ezechielem ac
D Danielem, qui hæc per spiritum prædicarunt, totum præterea propheterarum chorum, qui nostra hæc euidentissimè antè ostendit. Videntes igitur qui audiebant, Iudæos confiteri, hasce voces diuinas esse, miracula autem, quæ in Christi nomine perficiebantur, conspicientes, & signa ceu obsides & pignora sermonum accipientes, prædicationem quidem facilè recipiebant, credebant autem Deo qui prædicabatur, & Iudæorum impias nugas abominabantur. Proinde Iudæorum incredulitas diuinæ prædicationi non modò impedimentum non fuit, sed iis potiùs quibus resistere conabantur, sermoni fidei auctoritatem

conciliauerunt. Contradictio enim Domini testimonia producere coegit: illa autem mendacium confutauerunt, & veritatis lucem ostenderũt. Olim itaque vniuersalis ille omnium Deus hominum salutem studiosè administrauit, & singulis temporibus commodam curam adhibuit. Et hæc docens beatus Paulus dixit: *Quandiu heres puer est, nihil differt à seruo, cùm sit dominus omnium: sed sub tutoribus & actoribus est, vsque ad tempus quod pater præscripserit. Sic & nos, cùm essemus pueri, sub elementis mundi eramus, in seruitutem adacti. At vbi venit plenitudo temporis, emisit Deus filium suum natum ex muliere, factum legi obnoxium, vt eos qui legi erant obnoxij redimeret, vt adoptione ius filiorum acciperemus.* Quòd verò ad hanc dispensationem non pœnitentia prioris instituti peruenerit, sed ab æterno ita instituerit, idem testis doceat, ad Corinthios scribens & dicens: *Sapientiam loquimur inter perfectos: sapientiam autem non seculi huius, neque principum seculi huius, qui abolentur: sed loquimur sapientiam Dei in mysterio, quæ est recõdita, quam præfinierat Deus ante secula, in gloriam nostram, quam nemo principũ seculi huius cognouit. Nam si cognouissent, haudquaquam dominum gloriæ crucifixissent.* Nec enim hominum felicitati inuidentes, summæ beatitudinis occasionem illis præbuerunt: sed ignorantes mysterij finem, contra saluatorem animarum nostrarum insaniuerunt, inuiti autem summa bona nobis propinarunt. Proinde absconditum quidem tenebatur, ante sæcula autem prædefinitum fuit mysterium. His igitur cognitis, & illius per omnia penetrantem prouidẽtiam edocti, & inscrutabilẽ eius erga homines amorem cernentes, immensaque eius perspecta misericordia, aduersus creatorem insanire desinite, benefactorem celebrare discite, gratis sermonibus beneficia rependite. Sacrificate Deo sacrificium laudis: linguam blasphemia ne polluatis, quin laudis organum efficite, quæ in hunc vsum facta est. diuina opera, quę quidem videntur, adorate, abscondita verò non curiosiùs inquirite, sed cognitionem horum in futurum tempus expectate: quando exuemus affectus, tunc perfectam cognitionem accipiemus. Ne imitemini Adamum,

4.

Cor. 1.

εἰργάζοντο. ἡ γὰρ ἀντιλογία τὰς θεοπνεύστους μαρτυρίας εἰς μέσον ἄγειν κατεπάλαιεν· ἐκφανὴς δὲ τοῦ ψεύδους ἀπέλεγχον, καὶ τὴν ἀληθείας τοῦ φωτὸς ἐπεδείκνυσαν. ἀνωθεν τοιγαροῦν ὁ τῶν ὅλων θεὸς τὴν τῶν ἀνθρώπων οἰκονομίαν διετέλεσε σωτηρίαν, κατ' ἐκάστους καιροὺς τὴν πρόσφορον παρασκευάζουσα θεραπείαν. καὶ τοῦτο διδάσκων ὁ μακάριος ἔλεγε Παῦλος· ἐφ' ὅσον χρόνον ὁ κληρονόμος νήπιός ἐστιν, οὐδὲν διαφέρει δούλου, κύριος πάντων ὢν· ἀλλ' ὑπὸ ἐπιτρόπους ἐστὶ καὶ οἰκονόμους, μέχρι τῆς προθεσμίας τοῦ πατρός. οὕτω καὶ ἡμᾶς, ὅτε ἦμεν νήπιοι, ὑπὸ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου ἦμεν δεδουλωμένοι· ὅτε δὲ ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἐξαπέστειλεν ὁ θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ, γενόμενον ἐκ γυναικός, γενόμενον ὑπὸ νόμον, ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον ἐξαγοράσῃ, ἵνα τὴν υἱοθεσίαν ἀπολάβωμεν. ὅτι δὲ ἐπὶ ταύτῃ τῇ οἰκονομίᾳ οὐκ ἐκ μεταμελείας ἐλήλυθεν, ἀλλ' ἄνωθεν οὕτω διέταξεν, ὁ αὐτὸς διδασκέτω μάρτυς, Κορινθίοις ἐπιστέλλων καὶ γράφων· Σοφίαν δὲ λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις· Σοφίαν δὲ οὐ τοῦ αἰῶνος τούτου, οὐδὲ τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου τῶν καταργουμένων· ἀλλὰ λαλοῦμεν Σοφίαν θεοῦ ἐν μυστηρίῳ τὴν ἀποκεκρυμμένην, ἣν προώρισεν ὁ θεὸς πρὸ τῶν αἰώνων εἰς δόξαν ἡμῶν, ἣν οὐδεὶς τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου ἔγνωκεν. εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν. οὐ γὰρ ἂν φθονοποιοῦντες τὴν τῶν ἀνθρώπων εὐημερίαν, προὔφασιν αὐτοῖς τοῦ ἀγῶνος ἐκλεκτὴν παρέσχον· ἀλλ' ἀγνοοῦντες τοῦ μυστηρίου τὸν τρόπον, ἐπεμάνησαν μὲν ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τὴν ἡμετέρων ψυχῶν, ἀκόντες τῶν ἄκρων ἀγαθῶν ἡμῖν ἐγένοντο παράξενοι. οὕτω δὲ ἀπεκρύπτετο μὲν τὸ μυστήριον, πρὸ τῶν αἰώνων προῴκιστο. ταῦτα τοίνυν εἰδότες, καὶ τὴν πάντων τούτων θεοπρεπῆ μαθόντες, καὶ τὴν ἀσάθμητον αὐτοῦ φιλανθρωπίαν ὁρῶντες, καὶ τὸ ἀμέτρητον βλέποντες ἔλεον, παύσασθε λυττῶντες κατὰ τοῦ κτίσαντος, μάθετε τὴν ἐργάτιν ὑμῶν, λόγοις εὐγνώμοσι τὰς μεγάλας ἐργασίας ἀμείψασθε. θύσατε τῷ θεῷ θυσίαν αἰνέσεως. μὴ μολύνητε βλασφημίᾳ τὴν γλῶτταν, ὄργανον ὑμνῳδίας ποιήσατε τὸν εἰς τοῦτο γεγυμνασμένον. τὴν θείαν οἰκονομίαν τὰς μὲν φαινομένας προσκυνεῖτε, τὰς δὲ κεκρυμμένας μὴ πολυπραγμονεῖτε, ἀλλ' ἀναμένατε τὸν μάθησιν εἰς καιρὸν ἐσόμενον. ὅταν ἀποδυσώμεθα τὰ πάθη, τότε τὴν τελείαν γνῶσιν ληψόμεθα. μὴ μιμήσησθε τὸν Ἀδάμ,

ὃς τὴν ἀπηγορευμένων καρπῶν κατεπόλμησε· μὴ ἅψησθε τῶν κεκρυμμένων, ἀλλὰ τῷ προσήκοντι καιρῷ τὴν τούτων καταλείψατε γνῶσιν. πείθησθε τῷ σοφῷ λέγοντι, μὴ εἴπῃς, τί τοῦτο; εἰς τί τοῦτο; πάντα γὰρ εἰς χρείαν ἐγένετο. πόθεν οὖν ὕμνων ἀφορμὰς ἐφευρόμενοι, καὶ μίαν ὑμνῳδίαν κεράσαντες, προσενέγκατε μὲν ἡμῶν τῷ ποιητῇ, καὶ ἀγαθοδότῃ, καὶ σωτῆρι Χριστῷ, τῷ ἀληθινῷ θεῷ ἡμῶν. αὐτοῦ ἡ δόξα, καὶ ἡ προσκύνησις, καὶ μεγαλοπρέπεια, εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

qui vetitos fructus decerpere ausus est: ne tetigeritis abscondita, sed suo tempori illorum cognitionem relinquite. Sapienti obtemperate, qui dicit: *Ne dixeris, Quid hoc est? in quem finem hoc est?* Omnia enim ad vsum aliquem creata sunt. Vndique ergo hymnorum occasiones corrogantes, & vnam inde hymnodiam conficientes, nobiscum offerte creatori, bonorum datori, & Saluatori Christo, vero Deo nostro. Ipsi gloria, & adoratio, & magnificentia, in nunquam finienda sæcula sæculorum. Amen. Eccl. 39.

EX FR. ZENOBII ACCIAOLI PROLOGO ad Leonem X. Pontificem maximum in libros Theodoreti, quorum Titulus, *Curatio Græcarum affectionum*, in Latinum conuersos.

POST ALIA.

CVM *itaque ob ingentia tua in me beneficia, redundare in te debeat quidquid à me per hoc abs te mihi conceſſum otium excudatur, dedicandos tibi putaui quos nuper Theodoreti Cyrenſis Epiſcopi Græcos libros de ſpirituali Græcarum affectionum medicina Latinos feci. Ad hoc verò illud me etiam inuitauit, quòd ex his ſtudiorum meorum laboribus ſperabam, cum certiſſima officij mei ratione, aliquam Chriſtianæ Eccleſiæ vtilitatem coniunctam fore. quæ profecto latiore ambitu ſe ſe fundat neceſſe eſt, vbi ſedis Apoſtolicæ maieſtas dedicatis ſibi libris auctoritatem robúrq; adiungit. Cæterùm* THEODORITVS *hic ad vſque Theodoſij iunioris tempora ſuperuixit. Quæ ſanè ipſa, maximis ſuis virtutibus honeſtauit. Probus enim doctúſq; homo, quales ea tempeſtate plerique omnes Epiſcopi viguerunt, quibus artibus ad Epiſcopalem thronum aſſumptus eſt, eas cum ingenti ſui laude magnáque Eccleſiæ vtilitate ſemper exercuit. Complures enim ſcripturæ ſanctæ libros commentariorum facibus illuſtrauit. Tum & hiſtoriam de Eccleſiæ ſtatu conſcripſit, orſus ab Arrij perſecutione: decémque prætereà de diuina prouidentia libros edidit. Quos autem nuper ipſe in Latinam linguam conuerti, tametſi contra ſui temporis infideles Græcos Gentéſque conſcripſit, tamen non minùs ad hæc quoque tempora omnémque poſteritatem pertinere putanda ſunt, quàm quæ olim ab Apoſtolis aliiſque Patribus ſcripta, ad præſentis Eccleſiæ doctrinam, noſtræque vitæ inſtitutionem ſcripta eſſe cognoſcimus. Equidem non ſine Dei conſilio factũ puto, quod hos mihi Theodoriti libros Ioannes Franciſcus Picus, princeps ætatis noſtræ doctiſſimus, indicarit, méque vt Latinos facerem magnopere adhortatus ſit. Etenim ſicut olim, cùm Philoſtrati de Apollonio Tyaneo hiſtoria, typis excuſa in vulgum prodiit, ego Cæſarienſis Euſebij librum mihi ab Ioanne Laſcari indicatum Latinum feci, qui contra venenũ Philoſtrati antidotum quoddam eſſet, ne quis videlicet eius fabuloſa hiſtoria circumuentus, Pythagorici Hieroclis exemplo, Apollonium Tyaneum parem Ieſu Chriſto facere auderet, ſed veneficum hominem planúmque agnoſceret: ita nunc quoque, cùm Platonem Græcè impreſſum circumferri audiam, cuius quidem Philoſophi ſingularis eſt eloquentia, ſed plurimis tamen locis pernicioſa Chriſtianæ Eccleſiæ ſemper fuit auctoritas & doctrina, non ab re feciſſe me putem, qui libros eos Theodoriti Latinos fecerim, quibus & Platonis & multorum prætereà Philoſophorum pugnantes ſibi maximis de rebus ſententiæ, pernicioſáq; inſtituta humanæ vitæ moribus proderentur: vt euitare noſtri poſſint quæ apud Philoſophos noxia eſſe cognorint, maioríq; pietate atque ardentiori ſtudio ſacris legendis litteris inhæreſcant. Marſilius Ficinus, qui proaui tui liberalitate adiutus, Platonem ſæculi noſtri hominibus ac Plotinũ Latinos fecit, ſæpiùs mihi dicere inter loquendum ſolebat, factum prouidẽtia Florentini præſulis Antonini, quo minùs è Platonis lectione, quam inde à pueris ſummoperè adamauit, in pernicioſam hæreſin prolapſus fuerit. Bonus enim paſtor, cùm adoleſcentẽ clericum ſuum nimio plus captũ Platonis eloquentia cerneret, non antè paſſus eſt in illius Philoſophi lectione frequentem eſſe, quàm eum diui Thomæ Aquinatis quatuor libris contra Gentes conſcriptis, quaſi quodã antipharmaco præmuniret. Cur autem non his quoque temporibus in tanto litterarum Græcarum ſtudio, politioriſque Philoſophiæ deſiderio, abs te, beatiſſime Pater, tuíſque à miniſtris, pari aliqua ratione conſulendum gregi tuo exiſtimemus? Ego verò tanto nunc maiore ſtudio, tibi tuíſq; omnibus euigilandum puto, quanto maiores diaboli rugientis inſidias idcircò formidare debemus, quòd te præſide populi Chriſtiani, quem non turpis ambitio, ſed explorata virtus, Deíq; prouidentia in Petri ſolio collocauit, magna paſſim expectatio eſt, religionem, fidem, probitatem, liberaléſque artes iure quodam poſtliminij, de ſituac diuturnis tenebris in nitorem candidiſſimum redituras? Ne itaque inimicus homo tam bonæ ſegeti zizania ſua commiſceat, quæ meæ partes fuerunt, non mea quidem, quæ minus auctoritatis habitura erant, ſed doctiſſima Theodoriti monumenta ſtudioſis omnibus legenda propoſui. Quibus qui legendis oculos animúmque admorint, tam multiplici rerum cognitione plenos inuenient, vt facilè confeſſuri ſint, nullos eum Poëtas, nullos Oratores, nullos Hiſtoricos, nullóſque præſertim Philoſophos latuiſſe: nullúſque tam doctus ſit homo, qui ex eius lectione noua ſibi atque inaudita quamplurima non ſit accepturus. Quòd ſi, vt Plinius quoque teſtatur, nullus tam malus eſt liber, quin ex eo boni aliquid capi poſſit, quàm denique carus eſſe ille omnibus debet, qui mali quidem nihil apportat, ſed exploſa Gentium falſitate puram nobis religionem pollicetur ac præſtat?*

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ

ΘΕΟΔΩΡΙΤΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ,

ΕΛΛΗΝΙΚΩΝ ΘΕΡΑΠΕΥΤΙΚΗ ΠΑΘΗΜΑΤΩΝ.
ἢ, Εὐαγγελικῆς ἀληθείας ἐξ Ἑλληνικῆς φιλοσοφίας
ἔκθεσις.

BEATI

THEODORETI

EPISCOPI CYRI,

GRÆCARVM AFFECTIONVM CVRATIO;
seu, Euangelicæ veritatis ex Gentilium philosophia cognitio.

Zenobio Acciaolo interprete.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

ΠΟΛΛΑΚΙΣ μοι τῶν τῆς Ἑλληνικῆς μυθολογίας ἐξηρτημένων ξυντετυχηκότες τινὲς, τῷ τε πίστιν ἐκωμώδησάν τ' ἡμετέραν, οὐδὲν ἄλλο λέγοντες ἡμᾶς τοῖς περὶ θεῖα πρὸ ἡμῶν παιδευομένοις, ἢ τὸ πιστεύειν παρεγυᾶν· καὶ τῆς τῶν ἀποστόλων κατηγόρουν ἀπαιδευσίας, βαρβάρους ἀποκαλοῦντες, τὸ γλαφυρὸν τῆς λέξεως οὐκ ἔχοντας· καὶ τὸ γεραίρειν δὲ τοὺς μάρτυρας καταγέλαστον ἔφασκον, καὶ λίαν αἰόπτον τὸ πειρᾶσθαι τοὺς ζῶντας ὠφελεῖν τῶν τεθνεώτων ὠφέλειαν ποιεῖσθαι.

B. Theod. Tom. IV.

PROLOGVS.

SÆPENVMERÒ accidit vt nonnulli eorum qui suspensi Græcorum gentilium fabulas admirantur, mecũ familiariùs congressi, tum Christianam fidem nostram deriderent, asserentes nihil nos aliud quàm meram credulitatẽ insinuare illis, quos diuinis rebus imbuẽdos accipimus; tum verò & Apostolos insciti accusarent, barbaros propterea nuncupantes, quòd omni careãt elocutionis ornatu; quin & ridiculũ esse dicebãt, quòd honore martyres prosequamur, & insignis stultitiæ, si viuentes ab iis qui vita functi sunt vllũ sibi commodum comparare contendãt.

Aggesserũt & alia quędam generis eiusdem, quæ suis locis liber hic edocebit. Ego verò & explicui tunc illis quæ afferri oportuit ad maledicta soluenda: nefarium autem & impium esse duxi, si simplicioris notæ homines ab illorum falli versutiis paterer: neque litteris aliquid traderem, quod illarum accusationum vanitatem redarguat. Itaque rem aggressus, omnem tractatum distribui in sermones duodecim: remissiorem verò stylum illis adhibui, quòd eum illi conuenire arbitratus sum, qui docentis officium partésque susciplat. Sed & cùm Platonis aliorúmque philosophorum testimoniis vti oportuerit, componenda fuit oratio, quæ prorsus absona nõ esset, sed cum iis qui testes citantur aliquam haberet similitudinem. PRIMA itaque disputatio de Christianorum fide, Apostolorúmque insciția respondet, argumentis subnixa quæ de Græcis Philosophis depromuntur. SECVNDA celeberrimorum apud Græcos Sapientum, & eorum qui post hos Philosophi appellati sunt, de principiis rerum opiniones percenset, ac subinde Moseos qui omnes illos antecessit, veram Theologiã ex aduerso constituens, illorum mendacia falsitatémque refellit, Mosaicæ verò doctrinæ clarissimam veritatem ostendit. TERTIA porrò disputatio indicat cuiusmodi ea sint quæ Græci de Diis illis fabulantur quos secundarios vocant, qualia item quæ de incorporeis sed creatis naturis sacræ litteræ nos docent: vt hîc quoque proposita comparatione appareat, quantopere laudanda sint quæ nos pio cultu veneramur, quámque abominabiles Græcorum fabulæ, quàm turpes, quàm putidæ. QVARTA autem disputatio circa rerum materiã mundúmque versatur, ostenditque nostram illam mundi genituram magis rationi consentaneam esse, quàm quæ statuitur à Platone ceteríque Philosophis. QVINTA verò disputatio de natura hominis certamen suscepit, ostensisque super hac re Græcorum Christianorúmque sententiis, docet quanta sit lucem inter ac tenebras differentia. SEXTVM disputationis locum sermo de prouidentia sibi vindicat. par enim fuit, vt ceteros sermones, qui de Deo creatisque à Deo rebus præcesserant, hic sermo sequeretur, qui Diagoræ quidem impietatem refelleret, Epicurique blasphemiam, & Aristotelis exilem de prouidentia sententiam:

A προσεπίθεσαν δὲ καὶ ἕτερα ἄττα παραπλήσια τούτοις, ἃ διδάξει τὸ σύγγραμμα. ἐγὼ δὲ πρὸς μὲν ἐκείνους ἀφ' ἑκάστου διεξῆλθον, τὰ κατηγορήματα ἀφελών· αἴσιον δὲ ἡγήσατο καὶ δυσεβές, περιδεῖν τοὺς ἁπλοῦς ἥδεσι κεχρημένους, ὑπ' ἐκείνων ἀπατωμένους, καὶ μὴ ξυγγράψαι καὶ διελέγξαι τὰ κατηγορημάτων τὸ μάταιον. καὶ διέλαχε μὲν εἰς δύο καὶ δέκα ἀφορμὰς τὴν πραγματείαν· τὸ αὐθμηρὸν δὲ χαρακτῆρα τοῖς λόγοις ἐντέθεικα. τῇ διδασκαλίᾳ γὰρ εἰκὸς τοῦτον ἐπιτήδεια φέρειν. ἄλλως τε καὶ τὸν Πλάτωνος καὶ τῶν ἄλλων

B φιλοσόφων χρώμενον μαρτυρίαις, ἔδει καὶ τοὺς ἰδίους λόγους μὴ πάντα πάσιν ἀπαδοντας ξυναρμόσαι, ἀλλ' ἔχοντάς τινα πρὸς ἐκείνους ἐμφέρειαν. Καὶ ἡ μὲν πρώτη ἀφορμὴ, τὴν ὑπὲρ τῆς πίστεως καὶ τῶν ἀποστόλων ἀπαγορευούσης ἀπολογίαν ποιήσατο, ἐκ τῶν Ἑλληνικῶν φιλοσόφων τὰς ἀποδείξεις προσφέρουσα. ἡ δὲ δευτέρα, τῶν παρ' Ἕλλησιν ὀνομαζομένων σοφῶν, καὶ τῶν μετ' ἐκείνους φιλοσόφων ὑπολαμβανόντων, τὰς περὶ τῶν ὅλων ἀρχῆς ἀπαρεθμήτους δόξας· καὶ Μωϋσοῦ τοῦ πρώτων

C ἐκείνων προεσθυομένου τὴν ἀληθινὴν θεολογίαν ἐκ παλαιᾶς ἱστορίας, τὴν μὲν ἐκείνων διελέγχει ψευδολογίαν, τὴν δὲ τούτου διδασκαλίας ἀπαράπτους δείκνυσι τὴν ἀλήθειαν. Ἡ δὲ τρίτη διδάσκει, ἵνα μὲν περὶ τῶν δευτέρων παρ' Ἕλλησι καλουμένων θεῶν παρ' ἐκείνοις μεμυθολόγηται· ἵνα δὲ περὶ τῶν ἀσωμάτων καὶ κτιστῶν καὶ φύσεων ἡμᾶς ἡ θεία διδάσκει γραφή· ὥστε πάλιν τὴν παρεξετάσαι, καὶ τῶν παρ' ἡμῖν θρησκευομένων δεικνῦσαι τὸ ἀξιέπαινον, καὶ τῶν μυθικῶν ἐκείνων μύθων τὸ δυσχερὲς καὶ δυσώδες διελέγξαι. Ἡ δὲ τετάρτη, περὶ τῆς ὕλης καὶ τοῦ κόσμου τὴν σύστασιν ἔχει· καὶ δείκνυ-

D σι τὴν ἡμετέραν κοσμογλυφίαν πολλῷ τῆς Πλάτωνος καὶ τῶν ἄλλων πρεπωδεστέραν. Περὶ δὲ τοῦ τῆς αὐθεφτου φύσεως ἡ πέμπτη δέδεκται τὸν ἀγῶνα, καὶ τὰς Ἑλληνικὰς δόξας καὶ τὰς Χριστιανικὰς ἐπιδεικνῦσα, καὶ ὅσον φωτὸς καὶ σκότους διδάσκουσα διαφέρειν. Τὸ ἔκτον δὲ τάξιν ὁ περὶ τῆς προνοίας ἔλαχε λόγος. ἔδει γὰρ τοῖς περὶ θεοῦ, καὶ τοῖς ὑπὸ θεοῦ γεγονόσι, τοῦτον ἀκολουθῆσαι τὸν λόγον, διελέγχοντα Διαγόρου μὲν τὸ ἄθεον, Ἐπικούρου δὲ τὸ βλάσφημον, τοῦ Ἀριστοτέλους δὲ προνοίας τὸ σμικρολόγον.

ἐπαινοῦντα ὧν Πλάτωνος καὶ Πλωτίνου, καὶ τῶν A comprobaret autem Platonis ac Plotini, ceterorúmque, qui cum illis sentiunt, de prouidentia doctrinam: tum & rationibus ostenderet à natura petitis, hanc in mundi constitutione spectari, singulisque in rebus quæ à Deo factæ sunt esse conspicuam. Quia verò ostendendum etiam fuit, superflua esse tot numero sacrificia, SEPTIMA disputatio sibi hoc demonstrandum sumpsit, Philosophicis rationibus damnans Gentium sacrificia, Propheticis autem auctoritatibus docens, quàm puerilis fuerit legis Iudaicæ obseruatio. OCTAVA illorũ profert obiectiones, qui nos accusant, quòd honore Martyres prosequamur, simúlque defensionem complectitur, Philosophorum, historicorúmq; ac Poëtarum testimoniis ostendens, Græcos non libamina solùm, sed etiam sacrificia, honorandis mortuis impendisse: quorum alios quidem deos, alios verò semideos, heroas alios nuncuparent, eorúmque pleroſque magnis, dum vixerunt, flagitiis inquinatos fuisse. Operæpretium verò me facturum existimaui, si cum celeberrimis apud Græcos legum latoribus nostros conferrem, piscatores, inquam, & sutorem, & publicanos: vt ex comparatione, quid inter se differant innotescat: & quòd illorum quidem leges, vnà cum defunctis latoribus, obliuioni ac tenebris datæ sint; at piscatorum leges non solùm apud Græcos & Romanos, sed apud Scythas, Sauromatas, Persas, barbaráſque alias nationes polleant & vigeant. Hanc verò comparationem NONA complectitur disputatio. DECIMA verò ostendit cuiusmodi illa fuerint quæ per diuina oracula prædicta sunt: quam videlicet Deum decentia, quámque viris prudentibus consentanea: contrà verò, qualia illa fuerint, quæ Pythius, & Dodonæus, aliique falsi vates Gentium prædixerunt. In quibus & mendaces & futurorum ignari deprehensi sunt, & talia vaticinati, qualia nullus quidem qui probus homo censeatur effari velit. Cùm verò & ignaros nosse conueniret, quæ ab ipsis, quæque à nostris, de mundi fine iudicióque doceantur, harum rerum doctrinam VNDECIMA disputatio lecturis suppeditat. Sed & actuosæ quoque virtutis discrimen ostendendum putaui, cùm Græcorum gentem de veteribus philosophis gloriari videam, eorúmque vitam laudibus efferre conari.

ἄλλων ὅσοι τούτων εἰσὶν ὁμογνώμονες, καὶ περὶ τῆς προνοίας διδάγματα· καὶ φυσικοῖς καὶ λογισμοῖς ἐπιδείκνυσι ταῦτα ἐν τῇ κτίσει θεωρεμένῳ, καὶ ἐν ἑκάστῳ τῶν θεόθεν γινομένων προφαινομένῳ. Ἐπειδὴ καὶ περὶ τῶν θυσιῶν ἔδει δεῖξαι ὃ προσῆκον, ἡ ἑβδόμη διάλεξις ἔσχεν περιεχόμενον λόγον, φιλοσόφοις μὲν λόγοις τῶν θυσιῶν τὰ Ἑλληνικὰ κατηγορήσασα, προφητικοῖς δὲ ὑποδείγμασι τὰ Ἰουδαίων νομοθεσίας ἐπιδείκνυσα. Τὸ δὲ καὶ τῶν τοὺς νικηφόρους μύρτυρας θαυμαζόντων κατηγορίαν, καὶ μὴν τοι καὶ τὴν ἀπολογίαν, ἡ ὀγδόη προσεῖχε, τὰ τῶν φιλοσόφων καὶ ξυγγραφέων, καὶ μὴν τοι καὶ ποιητῶν μύρτυρίαις χρωμένη, καὶ ἐπιδείκνυσα ὡς Ἕλληνες οὐ μόνον χοὰς ἀλλὰ καὶ θυσίας τοῖς τεθνεῶσιν ἐτίμων, τοὺς μὲν θεοὺς, τοὺς δὲ ἡμιθέους, τοὺς δὲ ἥρωας ὀνομάζοντες, καὶ τούτων τοὺς πλείστους ἀκολασίαις ξυνεζηκότας. Γεγύμνου δὲ καὶ τοῖς πρὸ Ἑλλησιν ὀνομαστοτάτοις μεμυημένοις νομοθέταις τοῖς ἡμετέροις παρεξετάσαι, τοὺς ἁλιέας λέγω, καὶ τὸν σκυτοτόμον, καὶ τοὺς τελώνας· καὶ δεῖξαι πάλιν ἐκ συγκρίσεως ὃ διάφορον· καὶ ὡς ἐκεῖνοι μὲν οἱ νόμοι μετὰ τὸν τεθνηκότων ὥσπερ λήθης παραδόθησαν ζόφῳ, οἱ δὲ τῶν ἁλιέων αὐθαδίαν, οὐ μόνον παρ' Ἕλλησι καὶ Ῥωμαίοις, ἀλλὰ καὶ παρὰ Σκύθαις καὶ Σαυρομάταις καὶ Πέρσαις, καὶ τοῖς ἄλλοις βαρβάροις. ταύτην δὲ τὴν παράτασιν ἡ ἐνάτη προσεῖχε διάλεξις. ἡ δὲ δεκάτη διδάσκει, οἵαπερ μὲν οἱ θεῖοι χρησμοὶ προηγόρευσαν, καὶ ὡς θεῷ πρέποντα, καὶ τοῖς δὲ φερούσαις τῶν ἀνθρώπων ἁρμόττοντα· ἵνα δὲ ὁ Πύθιος, καὶ ὁ Δωδωναῖος, καὶ οἱ ἄλλοι τῶν Ἑλλήνων ψευδομάντεις, προεπόντες ἐφωράθησαν μὲν ψευδόμενοι, καὶ τῶν ἐσομένων οὐδὲν προγινώσκοντες, τοιαῦτα δὲ τεθεσπικότες, οἷα οὐδὲ τὸν ὁπωσοῦν τις ἂν θεσπίων λάβοιτο ἂν εἰσηγήσασθαι. ὅπως δὲ καὶ περὶ τέλους καὶ κρίσεως ἔδει γνῶναι τοὺς ἀγνοοῦντας, ἵνα μὲν ἡμεῖς, ἵνα δὲ ἐκεῖνοι διδάσκωσι, ταύτην ἡ πρώτη καὶ δεκάτη διάλεξις τοῖς ἐντυγχάνειν βουλομένοις τὴν διδασκαλίαν προσφέρει. Ἀλλὰ γὰρ καὶ τὴν πρακτικῆς ἀρετῆς ὑποδείκνυμι ὃ διάφορον· ὅπως καὶ τὴν Ἑλληνικὴν ξυμμοιρίαν ὑπὸ τοῖς πάλαι γεγυμνασμένοις φιλοσόφοις βρενθυομένην ὁρῶ, καὶ τὸν ἐκείνων βίον ἄρειν τοῖς λόγοις ὑπερχόμενον.

Quare DVODECIMA disputatio vitam illorum non solùm philosophis, sed laudatis quoque mancipiis indignam esse ostendit : cùm Apostolorum vita, eorúmque qui Apostolorum vestigia consectantur, humana conditione sit superior, iisque qui corporeis vinculis exsoluti cælestes incolunt sedes persimilis. Est autem libri titulus, *Curatio Græcarum affectionum*; vel, *Euangelicæ veritatis ex Gentilium Philosophia cognitio*. Ego itaque, tum vt ægrotos curarem, tum vt benè valentium vtilitati consulerem, operam hanc suscepi. Oratos autem velim, quicumque in aliorum lucubrationes inciderint, vt, si quidem benè habent omnia quæ scripta sunt, Deum laudent, qui benè scribendi facultatem dedit, ipsisque adeò scriptoribus benè precentur : sin verò aliqua desiderari videantur, ne paucorum causa, cuncta condemnent, sed ex iis potiùs quæ rectè scripta viderint, emolumentum sibi comparent.

A Ἐπιδείξῃ πέμπτῃ δωδεκάτῃ διάλεξις, ὡς ὁ ἐκείνων μὴ βίος οὐ μόνον φιλοσόφων, ἀλλὰ καὶ ἀνδραπόδων ἐπαινουμένων ἀνάξιος. ὁ δὲ τῶν ἀποστόλων, καὶ τῶν ἐκείνοις ἑπομένων, τῆς φύσεως τὸ ἀνθρωπίνης ὑπέρτερος, καὶ τοῖς τῶν σωμάτων ἀπηλλαγμένοις δεσμοῖς τὸν οὐρανὸν ἐοικότως οἰκεῖ. ὄνομα δὲ τῷ βιβλίῳ, Ἑλληνικῶν θεραπευτικὴ παθημάτων, ἢ, Εὐαγγελικῆς ἀληθείας ἐξ Ἑλληνικῆς φιλοσοφίας ἐπίγνωσις. ἐγὼ μὲν οὖν τὰ τῶν νοσούντων εἵνεκα θεραπείας, καὶ τὰ τῶν ὑγιαινόντων ὠφελείας ἅμα μηδόλως ἀμελήσας, τὸν μὲν δέδεγμαι τοῦ πόνου. τοῖς δὲ τοῖς ἀλλοτρίοις ἐντυγχάνουσι πόνοις συγκαλῶ, εἰ μὲν ἅπαντα δοκοῦντα ἔχει τὰ γεγραμμένα, τὸν τούτων αὐτουργὸν αἰνεῖν θεὸν, καὶ τοῖς πεπονηκόσι συγγνώμην ἀντιδοῦναι. εἰ δέ τινα ἐλλείπει, μὴ πάντων ὁμοῦ, τούτων εἵνεκα, καταγνῶναι, ἀλλ' ἐκ τῶν δοκούντων εἰρῆσθαι τὸν κέρδος κομίσασθαι.

DE FIDE. SERMO I.

ΠΕΡΙ ΠΙΣΤΕΩΣ. Α'.

MEDENDI rationem, tum corpori, tum animæ congruere, satis constat, quando & corpus & animam, frequentibus morbis laborare contingit. Ceterùm corporeæ pestes inuitis nobis aduenium : animæ verò labes à voluntate ipsa, vt plurimùm. Huius itaque rei apprimè conscius Deus, vtpote sapientissimus, auctórque & animarum & corporum & rerum omnium, vtrique naturæ congruentia medicamenta distribuit: Medicósque præfecit, quorum alios hanc, alios illam medendi rationem edocuit, eósque bellum aduersus morbos gerere & vincere iussit. Verùm qui sunt corpore malè affecto, morbos ægrè ferunt, sanitatémque appetunt, & Medicis obsequuntur, non iucunda solùm ministrantibus pharmaca, verùm etiam si ferro ignique vtantur, si inediam imperent, si plenos amaroris calices porrigant. Atque hoc tam tristi genere curationis valetudinem assequentes, mercedem illis rependunt à quibus sic sanantur. Medelam enim recipientes, de remediorum appa-

ΙΑΤΡΙΚΗ θεραπεία, ἔστι μὲν τοῦ καὶ σώματος, ἔστι δ' ἅμα καὶ ψυχῆς. καὶ γὰρ δὴ καὶ ταύτῃ καὶ ἐκείνῳ συχνὰ προσγίνεται πάθη. ἀλλὰ τὰ μὲν, ἀκούσια· τὰ δὲ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, αὐθαίρετα. τοῦτο οὖν εἰδὼς, οἷα δὴ πάνσοφος, θεὸς ὁ τῶν ψυχῶν καὶ σωμάτων καὶ τῶν ὅλων δημιουργὸς, ἑκατέρᾳ φύσει προσηνῆ μὲν ἁρμόδια φάρμακα καὶ μὴν καὶ ἰατροὺς ἐπέστησε, τοῖς μὲν ταύτῃ, τοῖς δὲ ἐκείνῃ ἐκπαιδεύσας τὰ δέοντα, καὶ στρατηγεῖν καὶ ἀνιστεύειν τῶν νοσημάτων ἐκέλευσεν. ἀλλ' οἱ μὲν τὸ σῶμα οὐκ εἰθισμένοι, καὶ τὸν νόσον δυσχεραίνουσι, καὶ τὰ ὑγείας ἐπιμελοῦνται, καὶ τοῖς ἰατροῖς εἴκουσιν, οὐ μόνον ἥπια προσφέρουσι φάρμακα, ἀλλὰ καὶ τέμνουσι, καὶ καίουσι, καὶ λιμοῦσθαι κελεύουσι, καὶ πικρῶν ἅπτονται ἀνδρῶν μεσαῖς προσφέρουσι κύλιξι. καὶ δὴ τοιαύτης ἀντιλαμβάνονται θεραπείας τὴν ὑγείαν καρπούμενοι, μισθὸν τοῖς οὕτως ἀκουσίοις ὀφλήσουσι. καὶ τὴν θεραπείαν δεξάμενοι, τὴν τῶν φαρμάκων οὐ προσεργάζονται σκυθρωπότητα. τὰ γάρ τοι ἰατρικὰ πολλοῦσιν, οὐ τὰ τούτοις ἐ-

πον ἀνέρωνσιν. οἱ δὲ τ̃ ἀπιστίας τὸ λοιμὸν εἰσδεδεγμένοι, οὐ μόνον ἀγνοοῦσι τὸ παλχάλεπον νόσου, ἀλλὰ καὶ τ̃ ἄκρας δύσκλειας ἀπολαύειν ὑπολαμβάνουσιν. ὧ δέ τις τ̃ τοιαύτα πεφροντικότων, ἀλεξίκακον φάρμακον ὡς πάσῃ σπουδῇ προσενεγκεῖν ἐπειγόμενον, ἀποπηδῶσιν αὐτίκα, καθάπερ οἱ φρενίτιδι κατεχόμενοι νόσῳ, καὶ τ̃ σφίσι προσφερομένην ἀποσείονται θεραπείαν, καὶ τ̃ ἰατρείαν ὡς ἀρρώστειαν ἀποδιδράσκουσι. χρὴ μὲν τοι τοὺς τοιούτους μᾶλλον τ̃ ὀπτέον, καὶ χαλεπαίνοντας φέρειν, καὶ λοιδορουμένων ἀνέχεσθαι, καὶ πύξ παίουσι, καὶ λακτίζουσι· τοιαῦτα γὰρ δὴ ἄττα πλημμελοῦσιν οἱ παραπαίοντες· καὶ ὑ δυσχεραίνουσι τούτων γιγνομένων οἱ ἰατροὶ, δήπου καὶ δεσμὰ προσφέρουσι, καὶ καταιονῶσι βίᾳ τὰς κεφαλὰς, καὶ πᾶσῃ μηχανῇ ὀπτινοῦσιν, ὥστε τ̃ πάθος ὀξελάσαι, καὶ τ̃ προτέραν τ̃ μορίων ἁρμονίαν ἀποδοῦναι τῷ ὅλῳ. τοῦτο δὴ καὶ ἡμῖν ποιητέον, καὶ τ̃ οὕτω διακειμένων ὀπτιμελητέον εἰς δύναμιν. εἰ γὰρ καὶ ὀλίγοι λίαν εἰσὶν οἱ τ̃ πάσῃ δεδουλωμένοι, καὶ ἐοίκασιν ὑποστάθμῃ τινὶ παχείᾳ, τ̃ τῆ διϋλισμένης οὐ δυνηθεῖσαν πόρων διὰ παχύτητα· ἀλλ' οὖν οὐκ ἀμελητέον αὐτῶν, ὑδὲ προϊδέον φθειρομένους ὑπὸ τ̃ πάθους· ἀλλὰ πάντα πόρον ὀξυρητέον, ὥστε τὸ ὑπακμένον αὖθις ὁμίχλῃ ἀποσκεδάσαι, καὶ τ̃ νοερὸν φῶς ὀπτιδεῖξαι τ̃ ἀγγλίαν. ὑδεὶς γὰρ φιλόπονος γεωργὸς, τὰς μὲν πολλὰς ἀκάνθας ἐκτέμνει, τὰς δ' ὀλίγας ἐᾷ· ἀλλὰ κἂν δύο ῥίζη, κἂν μίαν, πρόῤῥιζον αἴρει, καὶ καθαρὸν ἀποφαίνει τὸ λήϊον. πολλῷ δὴ οὖν μᾶλλον τοῦτο ποιητέον ἡμῖν· ὑ γὰρ ἐκτεμεῖν, ἀλλὰ μεταβαλεῖν τὰς ἀκάνθας, ὁ τ̃ ἡμετέρας γεωργίας προσκελεύει νόμος. φέρε πίνιον, καὶ ὡς ἀκάνθας τ̃ γεωργικὸν προσενέγκωμεν δίκελλαν, καὶ τῇ μακέλλῃ τ̃ λόγου τὰς κεχερσωμένας τῆς ἀκοῆς αὐλακώσωμεν αὐλακας· ἵνα μηδὲν τ̃ ἐν μέσῳ κειμένων κωλυμῷ, ὀπίσω τ̃ ἀρδείας ῥεῦσαι. καὶ μὴ δὴ καὶ ὡς ἀῤῥώστους πάντας καταιονήσωμεν, καὶ τὰ σωτήρια καὶ παιώνια προσενέγκωμεν φάρμακα. πρῶτον δέ γε τῆς ἄλλων ὅσ τ̃ οἰήσεως ἰατρεύσωμεν πάθος. καὶ γὰρ δή τινες αὐτῶν, ποιητικῆς καὶ ῥητορικῆς λόγων μετειληχότες, τινὲς δὲ καὶ τ̃ Πλάτωνος δεινότητος ἀπογευσάμενοι, καταφρονοῦσι μὲν τῶν θείων λογίων, ὡς ἠκρατου non curant. Salutem namque desiderant, quo pacto illa obtingat non inquirunt. Contrà autem, qui labem infidelitatis contraxerunt, non solùm morbi grauitatem non sentiunt, sed optimo se in statu versari opinantur. Quòd si quis curandi huius morbi peritus, salubre remedium velit afferre, statim resiliunt, quemadmodum qui phrenitico morbo corripiuntur, & oblatam sibi curationem auersantur, & medicinam velut ægritudinem refugiunt. Cæterùm iis qui artem hanc profitentur, quantumuis morosi ferendi sunt, tolerandique, vel si conuitiis incessant, vel si pugnis aut calcibus appetant. solent enim quandoque delirantes hæc peccare. Neque tamen cùm hæc fiunt, perturbantur Medici, sed & vincula intendunt, capútque vnguento vi perfundunt, & omne remedij genus excogitant, quo ægritudinem summoueant, pristinámque partium æqualitatem corpori restituant. Hoc nobis vtique factitandum est, & eorum qui sic affecti sunt cura pro viribus gerenda. Quamuis enim pauci sint numero qui huius morbi seruitio premantur, & pinguissimæ cuidam feci sint similes, quæ ob crassitudinem per coli foramina non transit: ne sic quidem negligendi sunt, nec ferendum eos ab eiusmodi peste corrumpi: sed omnis excogitanda est ratio, qua insidens eis nebula tollatur, splendórque intellectualis luminis ostendatur. Nullus enim qui industrius sit colonus, multas spinas sic exscindit, vt paucas relinquat, sed si vel vnam duásve incurrerit, radicitùs euellit, & segetem purgatissimam reddit. Multo igitur magis hoc nobis faciendum est. Non enim spinas exscindere, sed immutare agriculturæ nostræ lex iubet. Agedum itaque, ceu spinis quibusdam coloni rastrum admoueamus, sulcósque aurium qui obstructi sunt, orationis ligone dilatemus: ne quid fortè interoccurrat, quod irrigationis fluxum remoretur. Aspergamus, inquam, infirmos, salutariáque illis ac Pæonia pharmaca deferamus. Primum verò omnium, curare studeamus morbum arrogantiæ. Etenim nonnulli eorum, qui in Poëtarum & Oratorum scriptis versati sunt, Platonísque adeò elegantiam degustarunt, sacras litteras contemnunt, vt quæ ca-

lamiſtris eloquentiæ compta non ſint, & indignum exiſtimant à piſcatoribus veritatem primam edoceri. Atque in ſingulis artibus, quarum fructus percipiunt, qua lingua loquantur illarum artifices ſolliciti non ſunt. Neque enim Atticos eſſe ſutores curant, neque fabros ferrarios, neque architectos, neque pictores, non factores nauium, non gubernatores: ſed ſiue Scythæ ſint, ſiue Sauromatæ, ſiue Iberes, ſiue Ægyptij, cum voluptate vtuntur artibus, ſolam harum peritiam poſcentes, de gentium autem differentia minimè laborantes: & citharœdi fides cùm audiunt, ſolam conſonantiam quærunt, nec Græcúſne ſit an barbarus ſciſcitari ſtudent. In ſolo diſcendæ veritatis ſtudio non curioſi eſſe non poſſunt, ſed ignominiam exiſtimant, ſi quis ſermone barbarus eos ad veritatem erudiat. Atque hoc genere ſuperbiæ intumeſcunt homines, qui nec ad ſummum Græcæ ſapientiæ apicem peruenerunt, ſed pauca quædam, quod dicitur, primis labiis delibarunt, ſibique hinc atque illinc exilia quæpiam collegerunt. At illuſtriſſimos Græcorum Philoſophorum, quorum memoria hodiéque apud doctos celeberrima eſt, Pherecydem Syrum, Samiúmque Pythagoram, Thaletem Mileſium, ac Solonem Athenienſem, Platonem denique illum, Ariſtonis quidem filium, Socratis verò auditorem, qui & ceteros omnes eloquentiæ copia ſuperauit, nequaquam piguit inueniendæ veritatis cauſa Ægyptum Thebáſque Ægyptias perluſtrare, & Siciliam, & Italiam. Idque non vno tunc imperio gentes illas gubernante, ſed diuerſis per ſingulas ciuitates obtinentibus viuendi modis ac legibus. Aliæ ſiquidem populi arbitrio regebantur, aliæ paucorum poteſtate: aliæ ſub tyrannis erant, aliæ iuſtis regibus parebant. Neque tamen horum illis quicquam impedimento fuit, quo minùs ad barbaras aduecti nationes, ab his ea perciperent quæ meliùs ab eis quàm à ſe ipſis ſciri arbitrabantur. Aiunt verò eos in Ægypto, non ſolùm ab Ægyptiis, ſed ab Hebræis quoque Dei veri doctrinam percepiſſe. Atq; hęc quidē Plutarchus narrat Bœotus: narrat & Porphyrius ille, qui contra veritatem debacchatus eſt. Numenius prætereà Pythago-

A καὶ κεκαλλιεπημένη φράσει κεκομψευμένων. οὐκ ἀξιοῦσι γὰρ παρ' ἀνδρῶν ἁλιέων μαθεῖν τὰ ὄντα ἀληθῶς. ἐπὶ πᾶσι μὲν ἐκάστης ἀφεπόμενοι τοὺς καρποὺς, ἅς τῶν τεχνιτῶν ἑκάστη ἐργάζονται γλώττας. οὐδὲ γὰρ Ἀττικοὺς εἶναι τοὺς σκυτοτόμους ἀπαιτοῦσιν, οὐ τοὺς χαλκέας, οὐ τοὺς τέκτονας, οὐ τοὺς ζωγράφους, οὐ τοὺς ναυπηγοὺς, οὐ τοὺς κυβερνήτας· ἀλλὰ καὶ Σκύθας εἶναι, καὶ Σαυρομάτας, καὶ Ἴβηρας, καὶ Αἰγυπτίους, μόνην ἡδονὴν ἀπολαύοντας τῶν τεχνῶν, μόνῳ ἀπαιτοῦντες τὸ τούτων ἀκρίβειαν, τὸ δὲ τῶν ἐθνῶν διαφορὰν ἥκιστα δυσχεραίνουσι.

B καὶ κιθαρῳδοῦ μὲν ἀκούοντες, τῶν χρουσμάτων μόνον ἀπαιτοῦσι τὴν ἁρμονίαν, οὐ μὴν εἰ Ἕλλην ἐστὶν ἢ βάρβαρος ἐπιζητοῦσι μαθεῖν. μόνῳ δ' ἄρα τῷ ἀληθείας τὸ μάθημα ἀφιέργως λαβεῖν οὐκ ἐθέλουσιν, ἀλλ' ἀτιμίαν ὑπολαμβάνουσιν, εἰ βάρβαρος αὐτοὺς τὴν γλῶτταν διδάξει παιδεύσει. καὶ τὸν ἔχοντα τὸ τύφον ἀνδρες οὐδὲ εἰς ἄκρον τὴν Ἑλληνικὴν φιλοσοφίαν ἐληλακότες, ἀλλ' ὀλίγων ἁψάμενοι, ὃ δὴ λεγόμενον, ἄκροις χείλεσι γευσάμενοι, καὶ σμικρὰ ἄττα ἔνθεν κἀκεῖθεν ἠθροισμένοι. οἱ δὲ τῶν Ἑλληνικῶν φιλοσόφων ὠφεληθέντες, οὐ μὴν

C μόνον δὲ τοῖς ἐλλογίμοις μέτεστι τῆς μεγαλοφυΐας, Φερεκύδης ὁ Σύριος, καὶ Πυθαγόρας ὁ Σάμιος, καὶ Θαλῆς ὁ Μιλήσιος, καὶ Σόλων ὁ Ἀθηναῖος, καὶ μήν τοι καὶ Πλάτων ἐκεῖνος, ὁ Ἀρίστωνος μὲν υἱὸς, Σωκράτους δὲ φοιτητὴς, δυσμίας δὲ ἀπορρήτους ἀποκρύψας, οὐκ ὤκνησεν ἕνεκα τῆς ἀληθείας ἐξιδρύσασθαι, καὶ Αἴγυπτον ἀφικόμενος, καὶ Θήβας τὰς Αἰγυπτίας, καὶ Σικελίαν, καὶ Ἰταλίαν· καὶ ταῦτα οὐ μιᾶς βασιλείας ὄντων τότε ἐπικρατούσης τὰ ἔθνη, ἀλλὰ διαφόρων μὲν πολιτειῶν ἐν ταῖς πόλεσιν

D οὐσῶν, διαφόρων δὲ νόμων. αἱ μὲν γὰρ δημοκρατίαι, αἱ δὲ ὀλιγαρχίαι ἦσαν κατέχουσαι· καὶ οἱ μὲν ἐτυραννοῦντο, οἱ δὲ ἐννόμως ἐβασιλεύοντο. ἀλλ' ὅμως οὐδὲν αὐτοὺς τούτων ἐπέσχε τὸν κωλυμόν, τοῦ δὲ βαρβάρους αὐτοὺς ἀφεῖσθαι μαθεῖν παρ' αὐτῶν ἄρα αὐτοὺς ἄμεινον γνώσεσθαι αὐτῶν ὑπολαμβάνων. φασὶ δὲ αὐτοὺς ἐν Αἰγύπτῳ, οὐ μόνον παρ' Αἰγυπτίων, ἀλλὰ καὶ παρ' Ἑβραίων τὰ θεῖα τῶν ὄντων διδαχθῆναι θεοῦ. καὶ ταῦτα διδάσκει μὲν Πλούταρχος ὁ Βοιώτιος, διδάσκει δὲ καὶ Πορφύριος ὁ κατὰ τῆς ἀληθείας λυττήσας. καὶ μήν τοι καὶ Νουμήνιος ὁ Πυθαγό-

ρος, & ἕτεροι πλεῖσοι. Φασὶ δὲ τὸν Πυθαγόραν & περιτομῆς ἀναχέαι, ὅτι παρ' Αἰγυπτίων μεμαθηκότα· Αἰγύπτιοι γὰρ παρ' Ἑβραίων τόνδε τὸν νόμον παρέλαβον. Ἀβραὰμ γὰρ ὁ πατριάρχου τοῦ θεοῦ τὸ ὅλων τὴν περιτομῆς δέξαμένου τὴν ἐντολὴν, ἐφύλαξε μὲν ταύτην ὁ γῆρως, ὥκησε δ' ὀπὶ πλεῖστον τὴν Αἴγυπτον· ἐζήλωσαν γὰρ τοὺς Ἑβραίους Αἰγύπτιοι. ὅτι δὲ οὐκ ἰῶ πάλαι νόμος Αἰγυπτίοις περιτέμνειν τὰ βρέφη, ἡ τοῦ Φαραὼ θυγάτηρ ἀξιόχρεως μάρτυς. τὴν γὰρ ἔρημον τοῦ ποταμοῦ περιστρέμμενον λαβοῦσα τὸν Μωϋσῆν, λάθρᾳ γε τῶν περιτεμνῶν εἶδεν, & τὸ γῆρως ἐπέγνω, & τῶν Ἑβραίων ἔκγονον τὸ βρέφος ὠνόμασεν. οἱ μὲν οὖν διὰ πάσης ἐλαυνόμενοι σοφίας, τοσοῦτον ἔρωτα εἶχον φιλομαθίας, ὡς & πολέμων καὶ πελαγῶν μείζοσι καταφρονῆσαι, & βαρβάροις ἀνδράσι φοιτῆσαι, καὶ πανταχόθεν συλλέξαι ὅσα χρήσιμα ἐνόμισαν. Σωκράτης γὰρ ὁ Σωφρονίσκου, τῶν φιλοσόφων ὁ ἄριστος, οὐδὲ παρὰ γυναικὸς μαθεῖν ἀνεχρήσιμον ὑπέλαβε φιλοσοφίας ἀνάξιον· τῷ τοι & τὴν Διοτίμαν οὐκ ἠρυθρία προσαγορεύων διδάσκαλον· καὶ μὴν τοι καὶ παρὰ τὴν Ἀσπασίαν διετέλεσε μείζων. τούτων δὲ οἱ πλεῖστοι μὲν, οὐδὲ τὴν μίμησιν ἴσασι τὴν Ἀχιλλέως, ἐξ ἧς ἄρχεσθαι τὰ ἐλλογίμων μαθημάτων εἴωθε τὰ μειράκια· οἱ γὰρ ὀλίγα μὲν παρὰ ποιητῶν, ὀλίγα δὲ παρὰ ῥητόρων ἐρασθέντες, τῶν δὲ φιλοσόφων οὐδὲ αὐτὰς τὰς προσηγορίας μεμαθηκότες, πλὴν δυοῖν ἢ τριοῖν τῶν ὀνομάτων, βάρβαρον μὲν τὴν θείαν γραφὴν οἰόμενοι, μανθάνειν δὲ ταύτης αἰσχρὸν ὑπολαμβάνουσιν. ἐξ ἀνοίας δὲ αὐτοῖς τῆς ἀπαιδευσίας ἐπιγένηται πάθημα. εἰ γὰρ τὰς Ἑλληνικὰς ἀνεγνώκεσαν ἱστορίας, ἔγνωσαν ἂν δήπουθεν, ὡς καὶ τὰς παρ' ἐκείνοις ὀνομαστὰς, καὶ τῶν τεχνῶν τὰς πλείστας, παρὰ βαρβάρων ἐπαιδεύθησαν Ἕλληνες. γεωμετρίαν μὲν γὰρ καὶ ἀστρονομίαν Αἰγύπτιοι πρῶτοι εὑρηκέναι φασίν· ἀστρολογία δὲ, καὶ ὠρεθλιαλογία, Χαλδαίων εὕρημα λέγεται. Ἄραβες δὲ & Φρύγες οἰωνοσκοπικὴν ἐπενόησαν πρῶτοι. ὅτι δὲ καὶ ἡ σάλπιγξ Τυρρηνῶν ἐστὶν ἔργον, καὶ αὐλοὶ Φρυγῶν, διδάσκουσι μὲν αἱ τραγῳδίαι, διδάσκουσι δὲ μετ' ἐκείνων αἱ ἱστορίαι. καὶ τὰ γράμματα δὲ Φοίνικας εὑρηκέναι λογοποιοῦσιν οἱ Ἕλληνες, & τὸν Κάδμον ταῦτα πρῶτον εἰς τὴν Ἑλλάδα κομίσαι. ἰατρικῆς δ' ἄρξαι τὸν Ἀπιν φασὶ

Areus, & alij complures. Fertur autem Pythagoras & circumcisionē quoque subiisse, acceptam ab Ægyptiis, qui ab Hebræis hanc legem acceperant. Nam cùm Abraham Patriarcha ab vniuersorū Deo circumcidi iussus fuisset, ritum hunc posteritas asseruauit: quam per multa ætatum curricula in Ægypto versatam imitati sunt Ægyptij. Quòd enim apud Ægyptios infantes circumcidi lex olim non fuerit, Pharaonis filia idonea testis est: quæ cùm infantem Mosem in ripa fluminis expositum reperisset, illicò circumcisum intuita, & pueri genus agnouit, & Hebræis parentibus natum esse asseruit. Hi ergo disciplinis omnibus instructi cùm essent, tanto discendi studio inarserunt, vt spretis bellorum mariúmque maximorum discriminibus, barbaras nationes adierint, & quæ sibi vsui fore videbant, vndecumque collegerint. Socrates enim Sophroniſci filius, Philosophorum præstantissimus, ne à mulieribus quidem quod ad rem foret doceri Philosopho indignum esse duxit, nec erubuit Diotimam appellare magistram: quin & Aspasiam perdiu frequentauit. Horum autem plerique nec Achillis iram norunt, à qua studiosi adolescentes auspicari litterarum initia solent. Nam cùm pauca omninò à Poëtis & ab Oratoribus acceperint, philosophorum verò, duobus tribúsve illustrioribus exceptis, nec ipsa nomina vnquam didicerint: diuinam tamen scripturam barbaram vocant, veritatémque ab ea discere turpe existimant. ex ignorantia porrò ipsi superbiæ pestem contraxerunt. Nam si Græcorum historiis oculos admouissent, scirent vtique Græcos, & illustres scientias, & plurimas artes à barbaris didicisse. Aiunt enim Geometriæ & Astronomiæ inuentores primos Ægyptios fuisse: Astrologiæ autem dierúmque natalium obseruatio, Chaldæorum esse fertur inuentum, cùm Arabes ac Phryges auium obseruationes primi inuenerint. Tubas verò Tyrrhenorum opus esse, ac tibias Phrygum docent Tragœdiæ, docent & historiæ. Ac litterarum quoque inuentores Phœnicas fuisse, narrant Græci, & has Cadmum è Phœnicia primum in Græciam detulisse. Medicinæ verò auctorem volunt Apin

Ægyptium: quam ſubinde artē auxe-
rit Æſculapius. Scapham in Libya pri-
mùm compactā fuiſſe affirmant. Quòd
autē Orpheus, Odryſius patria, & Dio
nyſia, & Panathenæa, & Theſmopho-
ria, & Eleuſinia ſacra Athenas detule-
rit, idémque in Ægyptum profectus,
Iſidis & Oſiridis ſacra in Cereris Li-
berique patris orgia conuerterit, te-
ſtis eſt Plutarchus è Chæronea Bœo-
tiæ, teſtes item ſunt & Siculus Dio-
dorus, & orator Demoſthenes. Aiunt
enim, Orpheum ſanctiſſimos illis ritus
ac cerimonias tradidiſſe. Ipſius autem
Rheæ, ſeu Cybeles, ſeu Brimonis,
aut quamcumque demùm nuncupare
velitis, multa enim vobis nominum
copia, non item ſubſiſtentium rerum,
eius, inquam, Deæ feſtas ſolemnita-
tes, quæque in eis peraguntur, è terra
Phrygia ſibi Græcos aduexiſſe, iidem
illi, quos ſuperiùs citaui teſtes, planè
docent. Cùm itaq; & artes, & diſciplinas, & colendorū dæmonum cerimonias, & prima litterarū elementa, Græci à Barbaris edocti ſint, & hīs præceptoribus glorientur: quid ita vos, quæſo, qui ne illa quidē percipere poteſtis quæ ab illis conſcripta ſunt, renuitis ab illis hominibus veritatem perdiſcere, qui ſapientiam à Deo ſibi traditam acceperunt? Quòd ſi propterea illis aures accommodare non vultis, quòd è terra Græcia orti non fuerint, reliquum eſt vt nec Thaletem ſapientem, nec Pythagoram dicere philoſophum debeatis, nec eius magiſtrum Pherecydem. Hic enim Syrus natione fuit, non Athenienſis, non Spartiates, neque Corinthius: Pythagoram verò Ariſtoxenus, & Ariſtarchus, & Theopompus, Tyrrhenum tradunt fuiſſe: at Neanthes Tyrium vocat. Thaletem quoque, alij quidem Mileſium fuiſſe dicunt: at Leander & Herodotus Phœnicem appellant. Ad hæc Ariſtoteles Stagirites fuit, Diogenes Sinopenſis, Alcman Pirithi filius Crotoniates, qui primus fertur de natura rerum ſcripſiſſe. Empedocles rurſus fuit Agrigentinus, Agrigentum verò ciuitas eſt Siciliæ. Quòd ſi extra fines quidē Græciæ natos fuiſſe hos philoſophos enutritóſque dicitis, ſed Græcam linguam coluiſſe: primùm apud alias quoque gentes fuiſſe viros ſapientes fatemini: nam & Thracem Zamolxin, & Anacharſin

A τ Αἰγύπτιον, εἶτα τ Ασκληπιὸν αὐξῆσαι τ τέχνω. σκάφος δὲ πρῶτον ἐν Λιβύῃ ναυπηγηθῆναι λέγουσιν. ὅτι δὲ τ Διονυσίων, καὶ τ Παναθηναίων, ὧν μήν τοι τ Θεσμοφορίων, καὶ τ Ελευσινίων τὰς τελετὰς Ορφεὺς, αὐτὴρ Οδρύσης, εἰς τὰς Αθήνας ἐκόμισεν, καὶ εἰς Αἴγυπτον ἀφικόμενος, τὰ τ Ισιδος καὶ τ Οσιριδος εἰς τὰ τ Δηοῦς καὶ τ Διονύσου μετατέθεικεν ὄργια, διδάσκει μ Πλούταρχος ὁ ἐκ Χαιρωνείας τ Βοιωτίας, διδάσκει δὲ καὶ ὁ Σικελιώτης Διόδωρος, μέμνηται δὲ καὶ Δημοσθένης ὁ ῥήτωρ, καὶ φασὶ τ Ορφέα τὰς ἁγιωτάτας αὐτοῖς τελετὰς ἐπιδεῖξαι. ὅτι δὲ καὶ τὰ τ Ρέας, ἢ τ Κυβέλης, ἢ τῆς Βριμοῦς, ἢ ὅπως ἂν ἐθέλητε ὀνομάζειν· πολλὴ γὰρ ἡ περὶ ὑμῖν ὀνομάτων, οὐχ ὑποκειμένων πραγμάτων· ἀλλ' ὅμως ὅτι καὶ ταύτης τὰς ἑορτὰς, καὶ τὰ ἐν αὐταῖς τελούμενα, ἀπὸ Φρυγίας εἰς τ Ελλάδα μετεκόμισαν Ελληνες, οἱ πρεσβύτατοι μάρτυρες ἐμφερῶς διδάσκουσιν. εἰ δὲ καὶ τὰς τέχνας, καὶ τὰς ἐπιστήμας, καὶ τῶν δαιμόνων τὰς τελετὰς, καὶ τὰ πρῶτα στοιχεῖα παρὰ βαρβάρων ἐδιδάχθησαν Ελληνες, καὶ ὅτι τοῖς διδασκάλοις ἀφρικνοῦνται, τί δήποτε

B

C ὑμεῖς, οὐδὲ σμικρὰν τὰ ὑπ' ἐκείνων συγγεγραμμένα διωκόμενοι, πρᾶγμα ἄδηλον μαθεῖν τ ἀληθῆ παρὰ ἀνδρῶν θεοσδοτον σοφίαν ἐπιδέξασθαι; εἰ δὲ ὅτι οὐκ ἐκ τ Ελλάδος ἐβλάστησαν, τὰς ἀκοὰς αὐτοῖς ἐπέχειν οὐ βούλεσθε, ὥσπερ ὑμῖν, μήτε Θαλῆν ὀνομάζειν σοφὸν, μήτε Πυθαγόραν φιλόσοφον, μήτε Φερεκύδην τὸν ἐκείνου διδάσκαλον. Συριος γὰρ ἦν, οὐκ Αθηναῖος, οὐδὲ Σπαρτιάτης, οὐδὲ Κορίνθιος. τ δὲ Πυθαγόραν Αριστόξενος καὶ Αριστοχος καὶ Θεόπομπος Τυρρηνὸν εἶναι φασιν· ὁ δὲ Νεάνθης Τύριον ὀνομάζει. τὸν δὲ Θαλῆν, οἱ μ Μιλήσιον λέγουσιν· Λέανδρος δὲ καὶ Ηρόδοτος Φοίνικα προσηγόρευσαν. καὶ μήν τοι καὶ ὁ Αριστοτέλης Σταγειρίτης ἦν, Σινωπεὺς ἦν ὁ Διογένης, καὶ Αλκμαίων ὁ Πειρίθου Κροτωνιάτης, ὃν πρῶτον φασὶ περὶ φύσεως συγγράψαι λόγον. Ακραγαντῖνος δὲ ὁ Εμπεδοκλῆς· Σικελικὴ δὲ αὕτη ἡ πόλις. εἰ δὲ ἄρα τοῦτο φατὲ, ὡς ἔξω μ τῆς Ελλάδος καὶ ἐφύσαν οἵδε οἱ ἄνδρες καὶ ἐτράφησαν, τ δέ γε Ελληνικὴν ἠσκήσασαν γλῶτταν, πρῶτον μ ὁμολογεῖτε καὶ ἐν ἄλλοις ἔθνεσιν ἄνδρας γεγονέναι σοφούς· καὶ γὰρ δὴ καὶ Ζάμολξιν τὸν Θρᾷκα, καὶ Ανάχαρσιν

D

τὸν

τὸν Σκύθην ὅτι Σοφίᾳ θαυμάζεται. ἔστι A Scytham sapientiæ causa demiramini: magnáque apud vos in gloria sunt Brachmanes, qui tamen Indi sunt, non Græci. Deinde verò & aliunde ostenditur, grauiter vos errare, qui compositæ orationis ornatum veritati præferatis. Socratem siquidem, Sophronisci filium, agnoscitis ipsi Græcorum Philosophorum præstantissimum fuisse. Verùm hic, latomo patre est genitus, ac plurimum temporis eam quam pater artem exercuit: huiúsque rei tum alij permulti sunt testes, tum Porphyrius quoque in tertio libro Philosophicæ historiæ ita scriptum reliquit. *Dicamus de Socrate quæ & aliis scriptoribus digna memoratu visa sunt, nonnihil expensuri quæ in eius laudem ac vituperationem multis variísque modis à viris eloquentibus referuntur: illud autem indiscussum relicturi, vtrùm is videlicet vnà cum patre lapicidinam exercuerit, an sine illo solus pater. Neque enim si per exiguum modò tempus operis aliquid effecisset, hoc ipsi ad sapientiam consequendam impedimento fuisset. Quòd si sculptor etiam fuisset, multo magis: honesta enim hæc ars, non probrosa, censetur.* Quæ subsequuntur, eiusdem etiam sunt sententiæ. Inducit enim quosdã qui dicant Socratem lapicidinæ operam impẽdisse. At fortasse primos quidẽ ætatis suæ annos cædendis lapidibus impendit, posteà verò Poëtarum ac Oratorum amore captus, litterarum studiis se tradidit. Verùm ne hoc quidem dici potest. Aliter siquidem narrat ipse Porphyrius. ait enim fuisse Socratem ingenio hebeti atque inepto, & ineruditum prorsus planéque indoctum. Nihil enim fermè sciuisse litterarum, risúmque excitare solitum, sicubi eum vel scribere vel legere oporteret, puerorum more balbutientem. Plato etiam sic illum in Apologia inducit de se loquentem: *Iouem testor, viri Athenienses, minimè vos hodie audituros comptos verbis nominibúsque sermones, quales sunt horum ciuium: sed audituros quæ verbis de medio sumptis temerè effundantur.* Paulóque pòst idem Socrates hæc adiunxit: *Nunc itaque vos maximè oratos velim, viri Athenienses, nec iniustis precibus quantum equidem sentio, vt elocutionis nostræ ratione posthabita, (fortasse enim insul-*

τῶν Βραχμανῶν πολὺ πρὸ ὑμῖν ὁ κλέος. Ινδοὶ δὲ οὗτοι, οὐχ Ἕλληνες. ἔπειτα ἢ καὶ ἑτέρωθεν ἐξελέγχεσθε οὐκ ὀρθῶς πεπονθέντες τῆς ἀληθείας τῷ ὑπερφυᾶ. τὸν γοῦν τοι Σωφρονίσκου Σωκράτην ὁμολογεῖτε δήπου ἔστι ὑμῖς τῶν Ἑλληνικῶν φιλοσόφων ἄριστον γεγονέναι. ἀλλ' οὗτος οὐ λιθοκόπου μὲν ἦν πατρὸς, ὑπερπλείστου ἢ τῷ πατρῴᾳ μετεληλύθη τέχνῃ. ἔστι τοῦτο πολλοὶ μὲν εἰρήκασι καὶ ἄλλοι, ἔστι ὁ Πορφύριος δὲ ἐν τῷ τρίτῳ τῆς φιλοσόφου αὐτοῦ ἱστορίας ξυνέγραψεν. ἔφη ἢ οὕτως. Λέγωμεν περὶ τοῦ Σωκράτους τὰ καὶ ἄξια τοῖς ἄλλοις μνήμης κατηξιωμένα· τὰ μὲν πρὸς ἔπαινον αὐτοῦ καὶ ψόγον πολλαχῶς ὑπὸ τῶν λογίων ἀνδρῶν μεμυθευμένα ἐπ' ὀλίγον φιλοκρινοῦντες, καταλιπόντες ἢ ἀνεξέτασον ὃ, εἴτε αὐτὸς εἰργάσατο σὺν τῷ πατρὶ τὴν λιθοτομικὴν τέχνην, εἴτε ὁ πατὴρ αὐτοῦ μόνος. ὧδέν γὰρ ἐνέκοπτεν αὐτῷ τοῦτο πρὸς σοφίαν, πρὸς ὀλίγον χρόνον ἐργάσασθαι. εἰ ἢ δὴ ἑρμογλύφος ἦν, ἔστι μᾶλλον· καθάριος γὰρ ἡ τέχνη, ἔστι οὐ πρὸς ὄνειδος. καὶ τὰ ἑξῆς ἢ τῆς αὐτῆς ἔχεται διανοίας. εἰσάγει γάρ τινας λέγοντας λιθουργικὴν τέχνην τὸν Σωκράτην ἐπασκήσαντα. ἀλλ' ἴσως τὴν μὲν πρώτην ἡλικίαν λιθουργῶν διετέλεσεν, ὕστερον ἢ, λόγων ποιητικῶν καὶ ῥητορικῶν ἐρασθεὶς, παιδείας μετέλαχεν. ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο ἔστιν εἰπεῖν. πῶς γὰρ τοὐναντίον φησὶν ὁ Πορφύριος. λέγει ἢ οὕτως· εἶτα δὲ αὐτὸν πρὸς οὐδὲν μὲν ἀφυᾶ, ἀπαίδευτον δὲ πρὸς πάντα, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν· σχεδὸν γὰρ οὐδὲ γράμματα πρόσθεν τι ἐπίστασθαι, ἀλλ' εἰ γελοῖον, ὁπότε τι δέοι ἢ γράψαι ἢ ἀναγνῶναι, βατταρίζοντα ὥσπερ τὰ παιδία. καὶ ὁ Πλάτων δὲ αὐτὸν ἐν Ἀπολογίᾳ τοιάδε τέθεικε λέγοντα, Οὐ μὲν τοι, νὴ Δία, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κεκαλλιεπημένοις γε λόγοις, ὥσπερ οἱ τούτων, ῥήμασί τε καὶ ὀνόμασιν, ἐσθῆτι κεκοσμημένοις· ἀλλ' ἀκούσεσθε εἰκῇ λεγόμενα τοῖς ἐπιτυχοῦσιν ὀνόμασι. καὶ μετ' ὀλίγα δὲ ταῦτα πάλιν προστέθεικεν. Καὶ δή ἔστι ὑμῶν τοῦτο νῦν δέομαι, δίκαιον ὡς γε μοι δοκῶ, τὸν σκοπὸν τῆς λέξεως ἐὰν· ἴσως μὲν γὰρ χεί-

sam, fortasse verò & bonam esse illam continget) in id dumtaxat animum intendatis, si videlicet iusta sint ea quæ dico. Hic tamen homo tam indocto ineruditóque sermone, non modò supra alios Philosophos, sed supra Platonem ipsum qui compositæ orationis ornatu Græcos omnes superauit, honore dignissimus habebatur. Quod ne ipse quidem Aristonis filius negaturus est. Qua enim fronte negaret, qui quoscumque sermones pareret, illi semper tribuebat & referebat acceptos, & ab eius mente profectos credi volebat? Quòd autẽ hic ipse, qui omnes homines, & non solùm ceteros Græcos, sed ipsos quoque Athenienses, facundia verborúmque ornatu superauit, non comptæ orationi, sed harmoniæ sententiarum attendi iubeat, audite in Politico sic admonentem: *Si caueris studiosus esse verborum, in senectute locupletior prudentiæ apparebis.* Audite & in quinto Reipublicæ libro qualia dicat: *Hósne igitur omnes, qui eiusmodi quædam didicerunt, articuláque eas perceperunt, in Philosophorum numerum reponemus? Minimè verò, sed Philosophis potiùs similes illos appellabimus. Quos autem, ait, veros appellas? Eos, inquam ego, qui dispiciendæ veritatis studio teneantur. Neque enim in Geometriæ postulatis hypothesibúsque Philosophia, neque in coniecturali Musica, neque in Astronomia, quæ Physicis rationibus fluxisque ac verisimilibus clauditur, sed in ipsius boni veríque scientia Philosophus versari debet.* Audistisne, viri, maximũ Philosophum, Musicæ ac Geometriæ, ceterarúmque huiusmodi facultatum peritos appellantem, non Philosophos, sed Philosophis similes: eos verò qui tradendæ veritatis sunt professores, verè Philosophos nũcupantem? Quin & in tertio Legum libro sic loquitur: *Itaque semel hoc ita sanctum constitutúmque habeatur, vt nulli scilicet magistratus iis ciuibus deferantur qui hæc ignorent, sed veluti rerum omnium inscij probris incessantur, tametsi ratiocinando sint acres, in omnibúsque iis elaborarint quæ elegantia censentur, quæque ad augendos animos maximè sunt facta. Sapientes verò appellentur ij ciues, qui aliter sese habent, quamquam, quod dici solet, neque litteras neque natare sciant:*

Αρων, ἴσως ἢ βελτίων δ' ἂν εἴη· αὐτὸ ἢ τοῦτο σκοπεῖν, καὶ τούτῳ τὸν νοῦν προσέχειν, εἰ δίκαια λέγω. Ἀλλ' ὅμως, καὶ ἀμαθῆ γε γλαῦτ' ἄν καὶ ἀπαίδευτον ἐλέγξαιμι, οὐ μόνον τῶν ἄλλων ἁπάντων, ἀλλὰ καὶ Πλάτωνος τοῦ ἀπάντων Ἑλλήνων δεινοτάτου λογοποιεῖν νενικηκότος, ᾠδοῖς ἀξιώτερος ἂν. καὶ τοῦτο οὐδ' αὐ αὐτὸς ὁ Ἀρίστωνος ἀρνηθείη. πῶς γάρ, ὅ γε πάντας οὓς ἄν τις λόγους, ἐκείνῳ προσαναθεὶς τε καὶ προσαρμόσας, καὶ τῆς ἐκείνου διανοίας ἐκγόνους εἶ προσποιοῖτο νομίζεσθαι; ὅπερ ἢ καὶ ἔστι, ὁ πάντας ἀνθρώπους, καὶ οὐ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας μόνον, ἀλλὰ καὶ Ἀθηναίους δεινότητι καὶ ὀνομάτων κάλλει πάμπαν ἀποκρύψας, μὴ τῇ κομψείᾳ τῶν λόγων, ἀλλὰ τῇ τῶν ἐνθυμημάτων ἁρμονίᾳ προσέχειν πρέπειν, ἀκούσατε αὐτοῦ διαῤῥήδην ἐν τῷ Πολιτικῷ λέγοντος· Καὶ διαφυλάξῃς ὃ μὴ ἀπορραθύμως ἔχειν πρὸς τοῖς ὀνόμασιν, πλουσιώτερος εἰς τὸ γῆρας ἀναφανήσῃ φρονήσεως. ἀκούσατε ἢ καὶ ἐν τῷ πέμπτῳ τῆς πολιτείας οἷα φησίν· Τούτους οὖν ἆρα πάντας, καὶ τοὺς ἄλλους τοιούτων ἁπτομένους μαθημάτων, καὶ τοὺς τῶν τεχνυδρίων, φιλοσόφους θήσομεν; Οὐδαμῶς, εἶπον, ἀλλ' ὁμοίους φιλοσόφοις. Τοὺς δὲ ἀληθινοὺς, ἔφη, πῶς λέγεις; Τοὺς τῆς ἀληθείας, ἦν δ' ἐγὼ, φιλοθεάμονας. οὐ γὰρ ἐν γεωμετρίᾳ, αἰτήματα καὶ ὑποθέσεις ἐχούσῃ, φιλοσοφία· οὐδ' ἐν μουσικῇ, τοιαύτῃ γε οὔσῃ· οὐδ' ἐν ἀστρονομίᾳ, φυσικὰ καὶ ῥεόντων τὰ εἰκότα βεβυσμένῃ λόγων· ἀλλ' ἀεί γ' ἀγαθοῦ δεῖ ὀπτέον ἐστὶν ἀλήθειας. ἀκούσατε, ὦ ἄνδρες, τοῦ φιλοσόφου, τοὺς μὲ τῆς μουσικῆς καὶ τῆς γεωμετρίας καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων ὀπτῆρας, οὐ φιλοσόφους, ἀλλ' ὁμοίους φιλοσόφοις προσαγορεύσαντος· τοὺς δὲ τῆς ἀληθείας διδασκάλους, ἀληθινοὺς ὄντως ὀνομάσαντος φιλοσόφους. καὶ ἐν τῷ τρίτῳ τῶν νόμων, τοιαῦτα φησί. Τοῦτο μὲν οὕτω πάντως κείσθω δεδογμένον καὶ λεγόμενον, ὡς τοῖς ταῦτα μαθήσεσθαι τὸ πολιτικὸν, μηδὲν ὀπτητέον ἀρχῆς ἐχόμενον, καὶ ὡς ἀγνοοῦσιν ὀνειδιστέον, καὶ πάνυ λογιστικοὶ ὦσι, καὶ πάντα κομψὰ, καὶ ὅσα πρὸς αὔξησιν τῆς ψυχῆς πεφυκότα, διαπεπονημένοι ἄπτωνται· τοὺς δὲ τοὐναντίον ἔχοντας, τούτους ὡς σοφοὺς προσρητέον, καὶ, ὃ λεγόμενον, μήτε γράμματα μήτε νῆν δύπτασθαι,

καὶ ταῖς ἀρχαῖς ἐγκλειτέον ὡς ἔμφησιν, πῶς ἄν τις ἀληθέστερόν τε καὶ σαφέστερον τοῦτο νῦν δὴ κατέχουσαν ἀπαιδεύσιαν ἐξελέγχοι καὶ εἴποιμι; τῶν γὰρ δὴ φιλοσόφων ὁ κολοφὼν, οὐκ ἐν μαθήσει γραμμάτων, ἀλλ' ἐν ἀληθείας γνώσει, τοῦ σοφὸν εἶναι· καὶ τοὺς μὲ τούτου ἀπείρους, κἂν μηδὲ τὰ πρῶτα στοιχεῖα γινώσκωσιν, ὀνομάζει σοφούς· τοὺς δ' ἅπαν πάσης ἐλευθέρας παιδείας, ἀληθείας δὲ καὶ δικαιοσύνης τοῦ ἐπιτηδείου οὐκ ἔχοντας, ἀποκρίνει καὶ ἐξελαύνει, καὶ ἀρχὴν οὐκ ἐπιτρέπει. καὶ μὴν τοι καὶ τῷ Θεαιτήτῳ τοὺς μετεωρολέσχας διαβάλλων, ὧδε λέγει. Ὥσπερ δὴ καὶ Θαλῆν ἀστρονομοῦντα, ὦ Θεόδωρε, καὶ ἄνω βλέποντα, πεσόντα εἰς φρέαρ, Θρᾷττα τις ἐμμελὴς καὶ χαρίεσσα θεραπαινὶς ἀποσκῶψαι ἔλεγεν, ὡς τὰ μὲν ἐν οὐρανῷ σπουδαίοιτο εἰδέναι, τὰ δ' ἔμπροσθεν αὐτοῦ καὶ παρὰ πόδας λανθάνοι αὐτόν. καὶ αὖθις ἐν τῷ αὐτῷ διαλόγῳ· Ἀγροικον δέ τινα καὶ ἀπαίδευτον ἐκ πάσης ἀσχολίας οὐδὲν ἧττον τῶν νομέων τὸν τοιοῦτον ἀναγκαῖον γίγνεσθαι, σηκὸν ἐν ὄρει περίβολον. γῆς δ' ὅταν μυρία πλέθρα, ἢ ἔτι πλέον, ἀκούσῃ ὡς τις ἀνὴρ κέκτηται, πάνυ σμικρὰ δοκεῖ ἀκούειν, εἰς ἅπασαν εἰωθὼς τὴν γῆν βλέπειν. πρὸς δὲ τούτοις ἐπιλέγει καὶ τάδε· Ἡ μὲν γὰρ τούτου γνῶσις, σοφία καὶ ἀρετὴ ἀληθινή, ἡ δ' ἄγνοια, ἁμαρτία καὶ κακία σαφεστάτη· αἱ δ' ἄλλαι δυνάμεις, φορτικαὶ καὶ σοφίαι γίγνεσθαι, ἐν μὲν πολιτείαις καὶ διατριβαῖς γιγνόμεναι, φορτικαὶ, ἐν δὲ τέχναις, βάναυσοι. οὕτως ἄρα ἦδεσαν ἀκριβῶς, καὶ οἱ πᾶσαν λόγων ἰδέαν μεμαθηκότες, ὁπόσον ἡ ἀλήθεια ῥημάτων τε καὶ ὀνομάτων τιμιώτερόν ἐστι, καὶ ὡς οὐδὲν ζημιοῦται τῆς τοιαύτης κομψείας ἡ ἄγνοια. αὖθ' ὅτου δὴ οὖν, ὦ φίλοι ἄνδρες, ἡ ἀποστολικῆς διδασκαλίας τὰ μὲν δόγματα καταμαθεῖν οὐκ ἐθέλετε, τὸ δὲ βαρβαρόφωνον ὀνειδίζετε μόνον· καὶ ταῦτα τῶν ὑμετέρων ἐπαίοντες φιλοσόφων, ὡς Ἕλληνες τῆς ἀληθείας ἀπεπλανήθημεν, βάρβαροι δὲ μᾶλλον ταύτην ἐξεδέξω; ἢ γὰρ Πορφύριος ἐκεῖνος, ὁ τὸν πρὸς ἡμᾶς ἐκπύμπρως ἀναδεξάμενος πόλεμον, ἐν τοῖς περὶ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας οὕτως ἔφη. Χαλκό-

A his, inquam, magistratus & imperia, vt viris prudentibus, deferantur. Quî potuit igitur quisquam verius planiúsque refellere insciti illam & arrogantiam, quæ nunc omnia occupauit? Philosophorum siquidem princeps sapientiam non litterarum disciplina, sed veritatis cognitione metitur; eósque homines qui veritatem sciant, tametsi ne prima quidem elementa cognoscant, sapientes appellat; eos autem qui disciplinas omnes adepti sint, si veritatis iustitiæque sint ignari, summouet ac repellit, neque iis vllos magistratus deferendos putat. B In Theæteto etiam altiloquos negatores his verbis perstringit: *Quemadmodum & Thaletem, ô Theodore, dum erecto vultu stellarum cursus obseruaret, in puteum collapsum, peraruta elegánsque Thressa fertur ancilla dicterio aspersisse, quòd videlicet ea nosse quæ in cælo fierent affectaret, qui ea quæ ante pedes posita erant non videret.* Iterúmque in eo dialogo, *Agrestem verò & imperitum propter otium, non minus quàm pastores, hominem istum esse necesse est, mœnibus in vrbe, vt illi caula in monte, circumdatum. Et cùm aliquem, qui dena millia iugerum vel eo amplius possideat, admiranda terræ spatia possidere audierit, perexiguum quippiam audire se putat, vt qui terram vniuersam spectare sit solitus.* Superioribus autem hæc addit: *Huius quidem rei cognitio, sapientia & verissima virtus est, ignoratio autem, insciti & vitium est manifestissimum: & aliæ facultates, quæ etiam videntur esse sapientiæ, cùm versantur publicis in rebus potestatibúsque gerendis, oneroſæ fiunt: cùm verò in ceteris artibus, viles ac sordidæ.* Sic igitur exactissimè norant qui apud vos C omni genere doctrinæ abundarunt, D quanto verbis ac nominibus pluris facienda sit veritas, & quòd nullum ea detrimentum accipiat ab huiusmodi ornatus insciti. Cur ergo, amici homines, Apostolicæ doctrinæ sententias discere aspernamini, solam verò dicendi barbariem accusatis, cùm vestri vobis Philosophi testes sint, Græcos à veritate procul erasse, & hanc à barbaris potiùs inuentoribus prodiisse? Ille siquidem Porphyrius, qui contra nos acerrimum bellum susceperit, vbi agit de Philosophia ex oraculis, sic ait: *Vis*

quæ ad deos ducit ære munita eſt, arduáque eadem & aſpera. Cuius quidem calles plurimos barbari inuenerunt, Græci verò ab ea longiùs aberrarunt. Qui verò eam tenebant, eandem iam corruperunt. Eius porrò inuentores Deus teſtatur Aegyptios fuiſſe, Phœnicas, Chaldæos, ac Hebræos. Quòd ſi etiam homo nobis omnium infenſiſſimus, Græcos ſuos accuſat, vt errori mancipatos, Hebræis autem, Phœnicibus, Ægyptiis, & Chaldæis veritatem adſcribit, teſtatúrque hoc ipſum reſponſo Apollinis confirmari, cur veſtro non auſcultatis Philoſopho, neque admittitis oraculum Delphici tripodis, nec Hebræorum Prophetis, & Apoſtolis aures inclinatis? Hi ſunt enim, quos Apollo Pythius inuentores veritatis appellat. Quòd ſi Ægyptios illis, Phœnicas, Chaldæóſque adiunxit, ſcire vos oportet, Phœnicas proximos Hebræis atque conterminos, ſi quid veritatis didicerunt, ab Hebræis didiciſſe. Ipſi quoque Ægyptij vberrimos fructus ex Hebræorum conſuetudine perceperunt. diutiſſimè enim Hebræi homines in Ægypto verſati ſunt. Quin & Chaldæi ſimiliter magnum ſibi commodum ab eiſdem ſumpſerunt. Hebræos enim Chaldæi reges in Babyloniam captiuos duxerunt: deinde ex miraculis, quæ apud eos in camino ignis ardentis, & in leonum cauea facta ſunt, idoneos exiſtimarunt quos ſibi magiſtros veritatis aſciſcerent. Cyrus quoque Cambyſæ filius, cùm Daniele familiariter vteretur, ab eodem diuini cultus ſcientiam perdoctus eſt. Idémque cùm Lydos bello euerſos in deditionem accepiſſet, ſubditis proculdubio impertiit quæ ab illo perceperat. Quòd itaque veritatem Pythius quoque Apollo Hebræis aſſeruerit, quódque Porphyrius eius oraculi mentionem faciat, ſatis opinor hæc oſtendunt quæ dixi. Quòd verò idem Græcos Philoſophos ingentis cuiuſdam ignorantiæ accuſet, audite cuiuſmodi ſint, quæ ad Boëthum de anima ſcribens inter alia complura dicit: *Etenim quis eorum qui in Philoſophia verſantur, non ambiguus ſermo eſt?* Item ad Anebonem Ægyptium ſcribit: *Auſpicabor autem erga te amicitiam à diis, boniſque dæmonibus, & à Philoſophicis diſputatio-*

A δετος γὰρ ἡ τοῖς θεοῖς ὁδός, αἰπεινή τε καὶ τραχεῖα· ἧς πολλὰς ἀτραποὺς βάρβαροι μὲν ὄξηυρον, Ἕλληνες δ' ἀπεπλανήθησαν· οἱ δ' κεκτημένοι, ἤδη καὶ διέφθειραν. τὴν δ' εὕρεσιν ὁ θεὸς Αἰγυπτίοις ἐμαρτύρησε, Φοίνιξί τε καὶ Χαλδαίοις, Λυδοῖς τε καὶ Ἑβραίοις. εἰ δ' καὶ ὁ πάντων ἡμῖν ἐχθιστος, κατηγορεῖ μὲν Ἑλλήνων, ὡς πλανῆ δεδουλωκότων, Ἑβραίοις δ' καὶ Φοίνιξι, καὶ Αἰγυπτίοις καὶ Χαλδαίοις μαρτυρεῖ τὴν ἀλήθειαν, καὶ ταῦτα τὸν Ἀπόλλω ἔφησεν

B ἀνελεῖν, ἵ δήποτε μὴ πείθεσθε μὴν τῷ φιλοσόφῳ, δέχεσθε δὲ τὸ Δελφικοῦ τρίποδος τὸν χρησμόν, καὶ ἂς ἀκοὰς τοῖς Ἑβραίων προφήταις καὶ ἀποστόλοις ὑπέχετε; καὶ γὰρ ὁ Πύθιος τούτους εὑρετὰς ἀληθείας ὠνόμασεν. εἰ δ' Αἰγυπτίοις καὶ Χαλδαίοις καὶ Φοίνιξας τούτοις συνέζευξεν, ἴστον ὡς καὶ Φοίνικες προσχωροῦντες τούτων ὄντες καὶ ἀγχιτέρμονες, πολλὰ τούτων ἔμαθον,

C εἶτα ἔμαθον, τὴν ἀλήθειαν. καὶ μὴν τοι καὶ Αἰγύπτιοι πλεῖστον ὅσον τῆς τούτων μετοιχίας ἀπώναντο· συχνὸν γὰρ ἔσχησαν χρόνον Ἑβραῖοι τὴν Αἴγυπτον. καὶ Χαλδαῖοι δ' ὡσαύτως ἐκ τούτων μεγίστην ὠφέλειαν ἐδρέψαντο. αἰχμαλωτισθέντες γὰρ αὖθις, εἰς Βαβυλῶνα κατῳκίσθη. εἶτα ἐκ τῶν αὐτόθι γεγενημένων θαυμάτων περί τε τὴν κάμινον καὶ τοὺς λέοντας, ἀξιοχρέους εἰς διδασκάλους ἀληθείας ὑπέλαβον. καὶ Κῦρος δέ γε ὁ Καμβύσου, τὸν Δανιὴλ ὁμοδίαιτον ἐσχηκὼς, τῶν τῆς θεοσεβείας μετέλαχε μαθημάτων. Λυδοὺς δ' καταστρεψάμενος, καὶ τούτοις ὑποχείριος λαβὼν, μετέδωκε δήπου

D τοῖς ὑπηκόοις ὧν παρ' ἐκείνου μεμάθηκεν. ὅτι μὲν οὖν Ἑβραίοις ἀλήθειαν καὶ ὁ Πύθιος ἐμαρτύρησε, καὶ ὁ Πορφύριος ἀπεμνημόνευσε τοῦ χρησμοῦ, ἱκανὰ δηλῶσαι καὶ ταῦτα· ὅτι δ' καὶ τῶν παρ' Ἕλλησι φιλοσόφων πλείστην ἀγνοιάν ἐστιν πάλιν κατηγορεῖ, ἀκούσατε οἷα φησὶν ἐν οἷς τοῖς Βοηθὸν περὶ ψυχῆς ἔγραψε. λέγει δὲ τοῖς πολλοῖς ἑτέροις καὶ ταῦτα· τίς γὰρ λόγος τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ ὄντων ἀμφισβητήσιμος; καὶ τοῖς Ἀνεβὼ δὲ τὸν Αἰγύπτιον τοιάδε γέγραφεν· Ἀρξομαι δὲ τῆς πρὸς σὲ φιλίας ἀπὸ θεῶν καὶ δαιμόνων ἀγαθῶν, τῶν τε τούτοις συν-

γλωσῶν φιλοσοφημάτων. περὶ ὧν εἴρηται μοὶ πλεῖστα καὶ παρὰ τοῖς Ἑλλήνων φιλοσόφοις, εἴρηται δὲ οὐκ ἰσοχασμοῦ ὄ πλέον, ἀλλ' ἀρχὰς ἔχοντος τῆς πίστεως. καὶ αὖθις μετ' ὀλίγα· Παρὰ μὲν γὰρ ἡμῖν, λογομαχία τίς ἐστι πολλὴ, ἅτε δὴ ἀνθρωπίνων λογισμῶν τὸ ἀγαθὸν εἰκαζομένου. οἷς δὲ μεμηχάνηται ἡ πρὸς τὸ κρεῖττον συνουσία, ἀεὶ πρόκειται τὸ μέρος τοῦτο εἰς ἐξέτασιν. Εἰ τοίνυν ἀμφισβητούμενα μὲν τῶν φιλοσόφων τὰ δόγματα· λογισμῶν γάρ ἐστιν ἀνθρωπίνων εὑρέματα· ἔρεις δὲ πολλὴ περὶ αὐτῶν, καὶ λογομαχία τις ἀκατάσχετος, ἄλλοις δέ τισι τοῦ πρὸς θεὸν συνουσίαν τε καὶ ὁμιλίαν ὁ Πορφύριος μεμέρτυρηκε, τοῦ δὴ χάριν, ὦ φιλότης, τῶν μὲν ἀνθρωπίνων καὶ ἀμφιβόλων ἐξήρτησθε λόγων, τῶν δὲ θεοφιλῶν ἀνδρῶν οὐ προσίεσθε τὰ μαθήματα; ὡς βαρβάροις μή γε εἰ πράγματα ἦν, ἐναντία ὑμῖν αὐτοῖς ἂν ποιῆτε· πείθεσθε γὰρ καὶ Πυθαγόρᾳ, Τυρρηνῷ τε τινὰς ὄντι, Τυρίῳ δὲ καθ' ἑτέρους· καὶ τῷ Σταγειρίτῃ δὲ κέχρησθε διδασκάλῳ, καὶ τὸν Σινωπέα θαυμάζετε, καὶ τοὺς ἄλλους, οἱ πατρίδας οὐχ Ἑλληνικὰς ἀλλὰ βαρβάρους ἐχήκασιν. ἀπεδείξαμεν δὲ καὶ τὸν Σόλωνα, καὶ τὸν Πλάτωνα, πλεῖστα παρὰ βαρβάρων μεμαθηκότας· ἀκούσωμεν δὲ καὶ τοῦ Αἰγυπτίου ἱερέως πρὸς τὸν Σόλωνα λέγοντος· τοῦ Πλάτωνος δὲ καὶ ταῦτα ἐν τῷ Τιμαίῳ γεγραμμένα· Ω Σόλων, Σόλων, Ἕλληνες ὑμεῖς ἀεὶ παῖδες ἐστέ, γέρων δὲ Ἕλλην οὐδείς· οὐ γὰρ ἔχετε λόγον μάθημα πολιόν. Εἰ δὲ νεώτερα τὰ τῶν Ἑλλήνων μαθήματα, πρεσβύτατα δὲ καὶ παλαιότατα τὰ τῶν Ἑβραίων, ἔχῃ δὲ καὶ τῷ ἀληθῆ ἐπιδιδόναι τῷ χρόνῳ, πρεσβυτέρα δηλονότι καὶ πρεσβυτέρα τῶν νέων καὶ ἀμφιβόλων, μᾶλλον δὲ ψευδῶν τε καὶ οὐ πιθανῶς πεπλασμένων. Ἀλλ' οὐδὲ ὃ ἀπαίδευτον τῆς γλώττης ἰχθὺν ὑμῖν εἰς πρᾶγμα. ἐδείξαμεν γὰρ τὸν Σωκράτην, τῶν φιλοσόφων τὸν κορυφαῖον, τῆς Ἑλληνικῆς παιδείας ἀμύητον, καὶ τὸν Πλάτωνα πάσης ὀπτικῆς καὶ ὑλικωτέρας προκρίνοντα τὴν ἀλήθειαν. εἰ δὲ τὸ πίστεως κατηγορεῖτε πρὸς-

A *nibus quæ sunt diis dæmonibúsque cognata. Quibus sanè de rebus quàm plurima dicta sunt & à Græcis Philosophis: sed ex coniectura maiori ex parte dicta sunt, quæ fidei solius haberet principia.* Rursúmque paulò pòst: *Apud nos quidem magna quædam verborum est disceptatio: vtpote qui in boni coniecturam ex humanis rationibus ducamur. Qui verò cum eo quod melius est coniungi nituntur, his semper hoc ipsum indagandum dimittitur.* Cùm itaque sint Græcorum Philosophorum dogmata semper dubitabilia, (sunt

B enim humanæ rationis inuenta) cúmque apud eos multa semper contentio, magnáque & implacabilis sit pugna verborum, aliis verò quibusdam hominibus Porphyrius tribuat Dei consuetudinem & colloquia, quid ita vos, ô amici, ab humanis quidem sermonibus dubiísque pendetis, hominum verò qui Deo sunt amicissimi doctrinam respuitis? Nam si quidem eos vt barbaros non admittitis, ea facitis quæ vobis sunt pugnantia & contraria. Pythagoræ siquidem creditis, homini Tyrrheno, vt quibusdam placet, vt aliis Tyrio: & Stagirita præceptore vtimini, & Sinopensem demiramini, & alios, quibus non terrá Græcia, sed barbara patria fuit.

C Atqui nos dudum vobis ostendimus & Solonem & Platonem quamplurima barbaris ab hominibus didicisse. Nunc verò audiamus etiam quibus verbis Ægyptius sacerdos Solonem compellet. Platonis autem hæc quoque verba sunt in Timæo: *O Solon, Solon, vos Græci pueri semper estis, senex autem Græcorum nemo: nulla est enim apud vos disciplina, quæ senio incanuerit.* Quòd si disciplinæ Græcorum nouæ recentioréque sunt, vetustissimæ

D autem & antiquissimæ sunt Hebræorum, habéntque veritatem longinquitate temporis florescentem, præferendæ sunt proculdubio & anteponendæ dubiis ac recentibus, immò falsis & non satis probabiliter confictis. Sed ne ipsa quidem linguæ ineptia satis apud vos esse debet cur contemnatis, cùm & summum Philosophorum Socratem ostenderimus fuisse Græcanicæ eruditionis prorsus expertẽ, & Platonem omni tum scientiæ tum facundiæ veritatem præferre. Quòd si credulitatis ac fidei titulum

accusatis (audiui enim vos hoc etiam vsurpãtes, quòd dogmatũ nostrorum nullam demonstrationẽ proferamus, solam verò fidem ac credulitatem insinuemus illis quos docemus,) apertissimè doctrinam nostram calumniamini. Nos enim verissimis rebus sermones nostros, tanquam testibus certissimis, comprobamus. Vos autem rursus hîc quoque vestris, quod dici solet, pennis vosmetipsos confoditis. Nam & celebratissimus ille Pythagoras, filius quidẽ Mnesarchi, Pherecydæ autem discipulus, qui Italicæ sectæ dux fuit, legem hanc discipulis suis sanxit, vt perpetuum quinquennium conticerent, solúmque audiendo præceptori aures accommodarent, ita vt quæ dicerentur, sine vlla disceptatione vel contentione admitterent, credentes ita se rem habere, nec præterea quicquam ceu dubij curiosiùs inquirentes. Ex quo factum est, vt qui ei successerant, si quis rerum quas diceret, demonstrationem posceret, *Ipse dixit*, respondere solerent, omni demonstratione validiorem esse censentes & haberi iubentes Pythagoricam vocem. Quòd si satis esse opinabantur ad faciendam fidem, tum qui dicebant, tum qui audiebant, quòd ea essent Pythagoræ dogmata & instituta, quis erit adeò stolidus, vel potiùs attonitus, vt Deo vniuersorum docente dubitet, nec fidem dictis habeat, neque tantum reuerentiæ vniuersorum Deo tribuat, quantum Pythagoræ tribuebant qui eius disciplinæ sese addixerant? Quonam autem pacto, amici homines, miserum non sit, hortari quidẽ Platonem, vt etiam Poëtis sine hæsitatione fides habeatur, vos autem nobis infestos esse, propterea quòd docenti Deo credere adhortamur? An non Platonis sunt hæc verba? *De cæteris verò dæmonibus loqui, aut illorum nosse generationem, maioris est opis quàm nostra. Cæterùm iis credendum est qui ante nos dixerunt, à Diis, vt ipsimet testantur, oriundi, maiorúmque suorum haudquaquam ignari. Fieri ergo nequit, vt Deorum filiis nõ credamus, quamquam nec signis vtantur, nec vllis necessariis demonstrationibus. Sed cùm domestica se nuntiare dicunt, legi obsequendo credendum est.* Hæc de Poëtis Plato in Timæo dixit, præcepítque vt Hometo & Hesiodo, aliísque Poëtis fabulã-

ῥήματος· ἤκουσα γὰρ ὑμῶν καὶ τοῦτο λεγόντων, ὡς ἡμεῖς γε ἀπόδειξιν μὲν οὐδεμίαν τῶν ἡμετέρων δογμάτων προσφέρομεν, πίστιν δὲ μόνον τοῖς μαθητευομένοις παρεσκευάσθαι· μάλιστα μὲν αὐτίκα τὸν ἡμέτερον συκοφαντεῖτε διδασκαλίαν· αὐτῶν γάρτοι τῶν πραγμάτων τὴν μαρτυρίαν ἡμεῖς τοῖς ἡμετέροις ξυναρμόττομεν λόγοις· πάλιν δ' αὖ ὑμεῖς τοῖς ὑμετέροις βέλτιον, τί τὸν προοιμίων, πίλοις. καὶ γὰρ ὁ Πυθαγόρας ἐκεῖνος ὁ πολυθρύλλητος, ὁ Μνησάρχου μὲν υἱός, Φερεκύδου δ' ὁ Φοίνικος, ὁ τῆς Ἰταλικῆς αἱρέσεως ἡγησάμενος, νόμον ἐτεθείκει τοῖς Φοίνιξιν, πενταετῆ χρόνον σιγὴν ἄγειν, καὶ μόνον ὑπακούειν τῷ λόγῳ τὰς ἀκοάς, ἵνα ἀναμφισβητήτως καὶ ἀδηλίτως δέχωνται τὰ λεγόμενα, πιστεύοντες οὕτως ἔχειν, καὶ μὴ πολυπραγμονοιῶντες ὡς ἐνδιάζοντες. τῷ γοῦν καὶ οἱ ἐκείνου παραδεξάμενοι, εἴτις ἀπαιτήσοι τὴν λεγομένων ἀπόδειξιν, Αὐτὸς ἔφα, λέγειν εἰώθεσαν· πάσης ἀποδείξεως ἰσχυροτέραν τὴν εἰ νομίζοντες, καὶ ἔχειν κελεύοντες τὴν Πυθαγόρου φωνήν. εἰ δ' ἀποχρῶν εἰς πίστιν ἐνόμιζον καὶ οἱ λέγοντες καὶ οἱ ἀκούοντες, τὰ Πυθαγόρου εἴ δόγματα καὶ μαθήματα, τίς οὕτως ἀφελὴς ἢ ἠλίθιος, μᾶλλον δὲ ἐμβρόντητος, ὡς τὸ θεοῦ τῶν ὅλων διδάσκοντος ἐνδιάσαι, καὶ μὴ πιστεῦσαι τοῖς λεγομένοις, καὶ μηδὲ ὁσοῦτον ἀπονείμαι σέβας τῷ τῶν ὅλων θεῷ, ὅσον τῷ Πυθαγόρᾳ προσένεμον οἱ τ' ἐκείνου διδασκαλίας μετεχόντες; πῶς δέ γε, ὦ φίλοι ἄνδρες, οὐ χεῖλιον, τὸν μὲν Πλάτωνα καὶ τοῖς ποιηταῖς ἀνενδιάστως πιστεύειν παρεκελεύω· ἡμῖν δὲ χαλεπαίνειν ὑμᾶς, ὅτι δὴ τῷ θεῷ διδάσκοντι πειθόμεθα πιστεύειν; ἢ οὐ Πλάτωνος ἐκεῖνα τὰ ῥήματα; Περὶ δὲ τῶν ἄλλων δαιμόνων εἰπεῖν καὶ γνῶναι τὴν γένεσιν, μεῖζον ἢ καθ' ἡμᾶς· πιστευτέον δὲ τοῖς εἰρηκόσιν ἔμπροσθεν, ἐκγόνοις μὲν θεῶν οὖσιν, ὡς ἔφασαν, σαφῶς δὲ πῶς τοῖς ἑαυτῶν προγόνοις εἰδόσιν. ἀδύνατον οὖν θεῶν παισὶν ἀπιστεῖν, καίτοι γε οὐδὲ εἰκότων τοῖς ἀναγκαίων ἀποδείξεων λέγουσιν· ἀλλ', ὡς οἰκεῖα φασκόντων ἀπαγγέλλειν, ἑπομένους τῷ νόμῳ πιστευτέον. ταῦτα ἐν τῷ Τιμαίῳ περὶ τῶν ποιητῶν ὁ Πλάτων εἴρηκε. Ἐπιτάττει δὲ Ὁμήρῳ καὶ Ἡσιόδῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις ποιηταῖς μυθο-

λογέδσι πιστεδσαι· καὶ οὐκ ἠδέσθη φάναι, ὅτι
ἀλλ' εἰκότων καὶ ἀναγκαίων ἀποδείξεων λέ-
γοιτ· καὶ ταῦτα κωμῳδῶν ἅπαντα τὰ πρ'
ἐκείνων λεγόμενα, ὡς οὐ ἑτέρῳ γε χρείῳ φα-
φὼς ἀποδείξομεν. Εἰ δὲ τοῖς τοιὰ λήρους
ἐκείνους μυθολογέδσι, καὶ τοὺς αἰσχροπάτους
ἀμφιλάτοισι μύθοις, πιστεύειν ὁ Πλάτων
παρακελεύεται, καὶ μηδεμίαν αὐτοῖς ἀπό-
δειξιν ἀπαιτεῖν, πολλῷ μᾶλλον ὁσιώτερόν τε
καὶ δικαιότερον τοῖς θεοπεσίοις ἀποστόλοις καὶ
προφήταις πιστεδσαι, αἰσχρὸν μὲν οὐδὲν οὐ-
δὲ μυθῶδες οὐδὲ ἀπίθανον λέγοντας, θεοπρε-
πῆ δὲ ἅπαντα καὶ σωτηρίῃ διδάσκοντας καὶ φρο-
νεῖν. ὅτι δέγε καὶ οἱ τῆς δόξης τῶν φιλο-
σόφων ἀκολουθήσαντες, πίστ χρώμενοι πο-
δηγῷ, οἱ μὲν τὰ τούτων, οἱ δὲ τὰ ἐκείνων
πεπόσθασι, μάλα αἴ τις μάθοι ῥᾳδίως, τὰς
τῶν δογμάτων διαφορὰς ἐξετάσας. οἱ μὲν
γὰρ ἀθάνατον ἔφασθαι τὴν ψυχήν· οἱ δὲ
θνητήν· οἱ δὲ μικτήν τινα εἶναι, καὶ τὸ
μὲν αὐτῆς θνητὸν, τὸ δὲ ἀθάνατον ἔφασαν.
καὶ τὰ ὁρώμενα, οἱ μὲν ἀγένητα, οἱ δὲ γε-
νητά· καὶ οἱ μὲν ἐκ γῆς, οἱ δὲ ἐξ ὕλης, οἱ δὲ
ἐξ ἀτόμων συνῆναι· καὶ οἱ μὲν ἔμψυχον εἶ-
τὸ πᾶν, οἱ δὲ ἄψυχον. ἀλλ' ὅμως, καὶ διά-
φορα λέγοντες, ἔχουσι καὶκεῖνοι τινὰς
τοῖς παρὰ σφῶν λεγομένοις πιστεύοντας. οὐκ
ἄν δέ οἱ μὲ ταῦτα, οἱ ἃ ἐκεῖνα ἔλεγον, ἐπέ-
λαβον, εἰ μή τις αὐτοῖς πίστις ἔπεισε δέξα-
σθαι τὰ λεγόμενα. παρ τοι καὶ ὁ Πλάτω-
νος Σωκράτης ἐν τῷ Γοργίᾳ, πολλὰ περὶ τ
ὧν τοῖς ἅδη κολαζομένων εἰπὼν, καὶ μὴν
τοι καὶ περὶ τῶν αἰακηρυττομένων ὡς εὐσεβῶν,
ἐπήγαγε· Ταῦτά ἐστιν, ὦ Καλλίκλεις, ἃ ἐγὼ
ἀκηκοὼς πιστεύω ἀληθῆ εἶ). καί τοι οὔτε
δῆλα ἦν, οὔτε ὁρώμενα παράμματα, ἀλ-
λὰ τοὺς πλείστους τῶν ἀνθρώπων λανθάνοντα,
καὶ πρ' ὀλίγων ὁμολογούμενα· ἀλλ' ὅ-
μως ἔφη πιστεύειν ὡς ἀληθῆ ἐστιν· καὶ τῆς πί-
στεως ἀπόδειξιν οὔτε αὐτὸς παρεσκευάσατο,
οὔτε οἱ ἀκούσαντες ἀπῃτήκασι. καί μὴν τοι
καὶ παρ' ἑτέρῳ τῶν νόμων ὁ Πλάτων, τ περὶ
τῆς πίστεως ἐβεβαίωσε λόγον. λέγει γὰρ ὧδε· Ὑμῖν
δεῖ δ μετρίως κατεσκευάσθαι τὰ τῶν νόμων,
εἷς τ καλλίστων αὖ εἴη νόμων, μὴ ζητεῖν νέον
μηδένα ἐᾶν, ποῖα καλῶς αὐτῶν ἢ μὴ καλῶς
ἔχει, μιᾷ δὲ φωνῇ δ ἐξ ἑνὸς στόματος πάν-

A tibus credatur. Neque veritus est asserere, illos nec signis nec demonstrationibus vllis vti: cùm tamen idem alibi derideat ea quæ à Poëtis dicuntur, vt à nobis in alio demonstrabitur loco. Quòd si nugas illas, plenásque obscenitatis fabulas fingentibus, præcipit Plato haberi fidem, nullámque ab eis exigi probationem, multo sanctius est ac iustius, diuinis Apostolis ac Prophetis credere, qui nihil turpe, nihil fabulosum, nihil incredibile afferunt, sed Deo conuenientia omnia, sancta-
B que ac salutaria docent. Ceterùm eos quoque, qui Philosophorum sectantur opiniones, fidē secutos ducem, alios aliorum sententiis adhæsisse, facilè is cognoscet, qui dogmatum differentias diligenter inquiret. Alij siquidem immortalem animam esse dixerunt, alij verò mortalem, alij mixtum nescio quid definierunt, asserentes ex parte mortalem esse, & ex parte immortalem. Illa etiam quæ oculis contuemur, alij dixerunt esse ingenita, alij genita, alij ex terra, alij ex materia, alij ex atomis composita.
C Orbem denique vniuersum, alij præditum anima faciunt, inanimatum alij. Qui omnes, tametsi dissidentia planè dixerint, inuenerunt tamen qui fidem suis dictis sententiisque haberent. Neque verò alii alia rectè se habere existimassent, nisi eis fides quædam persuasisset ea quæ dicerentur accipere. Idcircò & Platonicus ille Socrates in Gorgia, multa eloquutus de iis qui apud inferos puniuntur, itémque de iis, qui tanquam pii laudum præconio celebrantur, adiecit: *Hæc sunt illa, Callicles, quæ mihi auditu solo accepta credo esse veris-*
D *sima*. Atqui nec manifesta ipsi hæc erant, neque vnquam illa conspexerat, sed cùm plurimos hominum ea lateret, à paucis affirmabantur: & tamen ait Socrates se credere vera hæc esse, & fidei suæ probationem nec ipse attulit, nec qui audierant poposcerunt. In primo etiam legum libro fidei causam Plato confirmauit. Sic enim ait: *Vobis quidem, tametsi quæ ad leges pertinent mediocriter confecta sint, hæc vna inter optimas lex fuerit, vt nulli, qui paulo sit iunior, quærere liceat quænam in illis benè vel perperam sese habeant, sed vna voce vnóque quod dicitur ore, om-*

nes se habere omnia fateantur. Plato igitur nec in his cuiquam permittit satagere, sed plena fide accipi iubet quæcumque sanctiones ferantur, neque curiosiùs perpendi, an benè habeant, an perperàm. Nec minus & Theognis Poëta Siculus, fidei alumnum commendat his versibus,

Cyrne, fidelis homo argento & pretiosior auro est,
Dissidio quotiens cernitur ambiguo.

Quòd si eum qui in seditione fidus sit, auro & argento pluris esse dicit, quanti eum quis esse censebit, qui se diuinis rebus credendis sine ambiguitate substernat? Verùm enim verò iis qui sicut vos contradicunt, illud puto dici maximè conuenit, quod Heraclitus olim dixit Ephesius: *Cùm stulti quid audiunt, surdis sunt persimiles: fama vel tunc abesse eos testatur, cùm adsunt.* Consonus autem Ephesio est Agrigentinus Empedocles, sic dicens:

Infidos vitare malos, nec credere quicquam,
Certa iubet nostra cunctis oracula musæ.

Inter malos itaque homines reponendos esse infideles, Agrigentinus censet: iidem verò sunt imprudentes, surdíque persimiles, Heracliti sententia. Sed & Parmenides Eleates, qui socius fuit Xenophanis Colophonii, rebus iis quæ intellectu solo percipiuntur, ad occursandum fide nos hortatur. Ait enim:

Nam quæ absunt, animo tanquam præsentia cernet.

Nempe quia nobis ad ea quæ capiuntur intellectu, sola mente licet appropinquare: nec sine fide potest intellectus ea videre quæ intelligenda sunt. Hoc & Solon ita subinnuit:

Difficile est animo abstrusum cognoscere mentis
Consilium, fines quod solum tendit in omnes.

Quòd si cogitatu est difficile, fit continuò vt idem eloqui nullus possit. Sed & Empedocles de iis quæ videri oculis nequeunt, sic ait:

Nam neque ad hoc oculi valeant accedere nostri,
Non illud prensare manus, certissima nobis
Quæ via res omneis animi ad penetralia mittit.

Antisthenes etiam, qui auditor Socratis, Cynicæ verò sectæ dux fuit, de

A τας ξυμφωνεῖν, ὡς πάντα καλῶς κεῖται. δεῖ δὲ τούτοις ἄρα ὁ Πλάτων ἐπιτρέπει συγχωρεῖ, ἀλλὰ ἐκ πίστεως δέχεσθαι τὰ νομοθετήματα, καὶ μὴ πολυπραγμονεῖν, εἴτε δεῖ ἔχει, εἴτε μή. καὶ Θέογνις ὁ Σικελιώτης ποιητὴς, τῆς πίστεως ἀναγορεύει τὸν ἔφιμον, καὶ φησί·

Πιστὸς ἀνὴρ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου αἰπαρώτερος ἐσθλὸς ἔφυ Κύρνε δικαιοσύνη.

Ἀξιος, ὦ Κύρνε δικαιοσύνῃ. Εἰ δὲ τὸν ἐν στάσει πιστὸν χρυσοῦ καὶ ἀργύρου τιμιώτερον ἔφη, πόσου ἀνάξιον ἀποφήναιτο αὖ τὶς τὸν τοῖς θείοις λόγοις ἀναμφιβόλως πιστεύοντα; ἀλλὰ γὰρ ἀτεχνῶς οἶμαι ἀμύητος τοῖς ὁμοίοις ὑμῖν ἀντιλέγουσιν ἦν Ἡράκλειτος ὁ Ἐφέσιος εἰρηκὼς· Ἀξιώστοι ἀκούσαντες κωφοῖς ἐοίκασι· φάτις αὐτοῖς μαρτυρεῖ, παρεοῦσας ἀπεῖναι. ξυμφωνεῖ δὲ τῷ Ἐφεσίῳ καὶ ὁ Ἀκραγαντῖνος Ἐμπεδοκλῆς, λέγων ὧδε·

Ἀλλὰ κακοῖς μὲν κάρτα πέλας κραπίοισιν ἀπιστεῖν·

Ὧδε γὰρ ἡμετέρης κελεύει πιστώματα μύθης.

τοὺς μὲν κακοὺς ἄρα μερίδος, καὶ τὸν Ἀκραγαντῖνον, οἱ ἄπιστοι· ἀξιώστοι δὲ οἱ αὐτοὶ, καὶ ἐοικότες κωφοῖς, καὶ τὸν Ἡράκλειτον. ἀπαρ δὲ καὶ Παρμενίδης ὁ Ἐλεάτης, ὁ τῷ Κολοφωνίου Ξενοφάνους ἑταῖρος, πίστει τοῖς νοητοῖς προσβάλλειν παρεσκεύασε. φησὶ γάρ,

Λεῦσσε δ' ὅμως ἀπεόντα, νόῳ πάρεόντα βεβαίως.

νῷ γὰρ μόνῳ πελάζειν τοῖς νοητοῖς δυνατόν· δεῖται δὲ πίστεως, οὐδὲ ὁ νοῦς ὁρᾶν δύναται τὰ νοούμενα. τοῦτο δὲ καὶ ὁ Σόλων αἰνίττεται·

Γνωμοσύνης δ' ἀφανὲς χαλεπώτατόν ἐστι νοῆσαι

Μέτροι· ὃ δὴ πάντων πείρατα μοῦνον ἔχει.

Εἰ δὲ νοῆσαι χαλεπώτατον, εἰπεῖν ἄρα πάμπαν ἀδύνατον. καὶ ὁ Ἐμπεδοκλῆς δὲ περὶ τῶν ἀοράτων φησίν.

Οὐκ ἔστι πελάσασθ', οὐδὲ ὀφθαλμοῖσιν ἐφικτὸν

Ἡμετέροις, ἢ χερσὶ λαβεῖν, ἥπερ τε μεγίστη

Πειθοῦς αὐθεμπαισιν ἁμαξιτὸς εἰς φρένα πίπτει.

Καὶ Ἀντισθένης δὲ, ὁ Σωκράτους μὲν φοιτητὴς, τῆς δὲ Κυνικῆς αἱρέσεως ἡγησάμενος, περὶ

τῶν ὅλων βοᾷ. Ἀπὸ εἰκόνος οὐ γνωρίζεται, ὀφθαλμοῖς οὐχ ὁρᾶται, οὐδενὶ ἔοικε· διόπερ αὐτὸν οὐδεὶς ἐκμαθεῖν ἐξ εἰκόνος δύναται. ἀναγκαία ἄρα ἡ πίστις τοῖς τὰ νοητὰ κατιδεῖν βουλομένοις· ἐπειδὴπερ οὐδὲ εἰκόνα ἐξευρεῖν αὐτοῖς συμβαίνουσιν οἷόν τε. Ὁ Ξενοφῶν ὁ Ἀθηναῖος, ὁ Σωκρατικὸς, ὁ Γρύλλου παῖς, ξυνῳδὰ τούτοις γέγραφε. φησὶ γάρ· Ὁ γοῦν πάντα σείων καὶ ἀτρεμίζων, ὡς μέγας μόνος τίς καὶ δυνατὸς, φανερός· ὁποῖος δέ ἐστι μορφὴν, ἄφανής. δεῖ δή που πίστεως τοῖς μὲν ἀφανῶς ὁρίζεσθαι μέλλουσι καταμαθεῖν. ἀκούσας δ' ἄν τις καὶ Βακχυλίδου λέγοντος ἐν τοῖς Παιᾶσιν· Οὐδὲ γὰρ ῥᾴδιον ἀῤῥήτων ἐπέων πύλας ἐξευρεῖν. χρεία τοίνυν ἡμῖν ἐστὶ νοερῶν ὀμμάτων, εἰς τὴν τῶν νοητῶν κατάληψιν. καθάπερ γὰρ δεόμεθα τῶν τοῦ σώματος ὀφθαλμῶν εἰς τὴν θεωρίαν τῶν ὁρατῶν, οὕτω δή που χρήζομεν πίστεως, εἰς τὴν ἐποπτείαν τῶν θείων. ὅπερ γὰρ δή ἐστιν ὀφθαλμὸς ἐν σώματι, τοῦτο ἄρα πίστις ἐν διανοίᾳ· μᾶλλον δὲ, ὥσπερ ὀφθαλμὸς δεῖται φωτὸς ἐπιδεικνύοντος τὰ ὁρατὰ, οὕτω δὴ καὶ ὁ νοῦς δεῖται πίστεως ἐπιδεικνυούσης τὰ θεῖα, καὶ τὴν περὶ τούτων δόξαν φυλαττούσης βεβαίαν. τῶν δέ γε τὰ νοητὰ θεωρεῖν οὐ βουλομένων ἀκούσατε ὅπως ὁ Πλάτων κατηγορεῖ· Ἀθρεῖ γὰρ δή, φησὶ, περισκοπῶν μή τις τῶν ἀμυήτων ἐπακούσῃ. Εἰσὶ δὲ οὗτοι, οἱ μηδὲν ἄλλο ἡγούμενοι εἶναι, ἢ οὗ ἂν ἀνθρίξ ταῖς χερσὶ λαβέσθαι δύωνται· περαίνειν δὲ τὴν γένεσίν, καὶ πᾶν ὅ ἀόρατον, οὐκ ἀποδεχόμενοι ὡς ἐν οὐσίας μέρει. Ταύτης δὴ τῆς ξυμμορίας ἐστὲ ὑμεῖς ἐκεῖ· ἀλλὰ μὴ δυσχεράνητε τὸν ἔλεγχον. μόνοις γὰρ τοῖς ὁρατοῖς περιτέτηκατε, καὶ τὰ χρώμενα ξόανα σέβοντες, τὴν περὶ τῆς τοῦ ἀοράτου φύσεως διδασκαλίαν οὐ δέχεσθε. Ἴσως τοῖς οὕτω διακειμένοις ἀνθρώποις Ἐπίχαρμος ὁ κωμικὸς τὸ ἰαμβεῖον ἐκεῖνον περιπείρασε· Φύσις ἀνθρώπων, ἀσκοὶ πεφυσημένοι. ἀνδρῶν δέ γε σωφρονούντων ἴδιον, μὴ περιλήπτοις δουλεύειν, μηδὲ ἔθεσι περιδεδέσθαι παιδώοις, ἀλλὰ ζητεῖν παλαιὰς, καὶ ὅ χρήσιμον πανταχόθεν ξυλλέγειν. ἢ οὐ τοιαῦτα ὁ Σωκράτης τῷ Κρίτωνι ἔλεγεν; Ὡς ἐγὼ οὐ μόνον νῦν, ἀλλὰ καὶ ἀεὶ τοιοῦτος

A vniuersorum Deo manifestè testatur: *Ab imagine & simulacro non cognoscitur, oculis non videtur, nulli est denique rei persimilis: eóque fit vt ex effigie nemo eum possit cognoscere.* Necessaria igitur iis est fides, qui ea quæ intellectu percipiuntur intueri velit, quia conueniens illis simulacrum inuenire non licet. Athenienſis quoque Xenophon, Socraticus ille, Grylli filius, his consona perscripsit, dicens: *Qui ergo cuncta concutit, ipse intrepidus, inconcussus, magnus nimirum poténsque esse cognoscitur: quali autem sit facie, ignoratur.* Fide igitur opus est iis qui occultum nosse desiderant. Audire verò est & Bacchylidem in Pæanibus dicentem: *Haud enim facile occultorum verborum portas est inuenire.* Opus itaque nobis est oculis intellectus ad ea cognoscenda, quæ intellectu percipiuntur. Sicut enim oculis corporeis indigemus ad ea conspicienda quæ cerni possunt, ita indigemus & fide ad rerum diuinarum aspectū. Nam quod est oculus in corpore, hoc est fides in mente. Aut potiùs, sicut oculus luce indiget per quā ipsi visibilia ostendantur, pari modo & intellectus indiget fide quæ diuina ipsi ostendat, quæque stabilem de his conceptum perpetuúmque conseruet. Audite verò & quo pacto Plato eos accuset, qui nolunt animo contemplari quæ sunt intellectu solo perceptibilia. *Vide*, inquit, *circumspiciens, ne quis haud initiatus hæc audiat: cuiusmodi sunt, quicumque nihil aliud esse vsquam opinantur, quàm quod ipsi queant tenaciter manibus apprehendere, actiones verò, ipsáque generationes, ac demùm quicquid videri non potest, tanquam in partem substantiæ non admittunt.* Huius sanè familiæ sectæque & vos estis, sed reprehensionem iniquo animo ne feratis. Solis enim visibilibus intabescitis, manúque facta simulacra venetantes, doctrinam de inuisibili natura non admittitis. Fortasse autem huiusmodi hominibus Epicharmus Comicus iambicum illud coaptauit: *Hominum natura vires inflati.* Proprium est autem prudentium virorum, præsumptioni non seruire, nec patriis moribus alligari, sed veritatem quærere, & quod vtile est vndecumque colligere. An non talia Critoni Socrates dicebat? *Ego autem non modò nunc, sed semper talis esse per-*

cupio, qui nulli meorum magis parendum esse quam rationi existimem, quæ consultanti mihi optima videatur. Quibus sanè verbis ostendit, se rationis ope veritatis inueniendæ percupidum: neque se in eam legem iuratum esse, vt præsumptæ opinioni seruiret. Ita & Alcibiadem ad discendum hortatur, scientiæ opinione priùs summota. Ante omnia enim ostendit illum nihil scire. deinde cùm dixisset ille, *At non inueniſſe quicquam me putas? Prorsus planè* subiunxit, *si quæsisses.* Rursúsque cùm diceret, *An non quæsisse me putas?* respondens ait, *Puto equidem, si existimaueris te non scire.* Principium itaque scientiæ est ignorantiæ cognitio. Præterea verò malas etiam disciplinas ex anima exturbare oportet, ac tunc diuina excipere. Quod Plato rursus his verbis docet: *Nefas ab eo purum contrectari, qui purus ipse non sit.* Idē etiam canit Orpheus:

Dignis sancta loquar, procul hinc arcete profanos.

Euripides quoque consona sic testatur:

Arcana Bacchico furore acti sciant.

Diuinas enim institutiones quomodo quisquam tradat nō initiatis? quomodo autem initietur quispiam, nisi tradita à magistris dogmata fide apud se concipiat? Quo autem pacto fidem habeat, nisi priùs ex animo depulerit quæ malè insita fuerant? Vera igitur Tragica illa sententia, quæ est apud Euripidem in Phœnissis:

--- iniqua verò oratio
In se ægra, pharmacis eget sapientibus.

Deum verò illis suppetias ferre, qui curari desiderent, Tragicus idem docuit:

Deus laboranti manum porgit lubens.

Magnum igitur operæpretium est fides. Vt enim ait Pythagoricus Epicharmus,

Mens cernit auditque; alia surda cæcáque.

Ipse etiam Heraclitus hortatur vt fidei ductum sequamur, sic loquens: *Nisi speretis, insperatum nequaquam inuenietis, cùm inscrutabile sit & inaccessum.* Et rursus, *Aurum qui rimantur, terram plurimam effodiunt, parúmque inueniunt.* Quòd si propter pauca tamenta auri maximum hi laborem discrimenque subeunt, quis erit adeò à diuinis rebus auersus, vt veritatis doctrinam refu-

τος, οἷος τῷ ἐμοὶ σοὶ δὲ νῦν ἄλλῳ πείθεσθαι, ἢ τῷ λόγῳ, ὃς ἂν μοι λογιζομένῳ βέλτιστος φαίνοιτο. δηλοῖ δ' ἀφ' οὗτων, ὡς λόγῳ χρώμενος ἐξευρεῖν ἐπόθει τὸ ξυμφέρον, καὶ οὐκ νόμον εἶχε τῇ προθυμίᾳ δουλεύειν. οὕτω τὸν Ἀλκιβιάδην πείθει μαθεῖν, πρὸ τῆς γνώσεως οἴησιν προτερον ἐξοικίσας· πρότερον γοῦν αὐτὸν ἐξήλεγξεν ὅτι οὐκ εἰδότα· εἶτ' ἐκείνου εἰρηκότος, Ἀλλ' οὐκ ἂν εὑρεῖν με ἠξίεις; ἐπήγαγε, Καὶ μάλα γε, εἰ ζητήσας. ἐκείνου δ' αὖ φάντος, εἶτα ζητῆσαι με οὐκ ἂν οἰεῖ; Σωκράτην ἔφη, ἔγωγε, εἰ οἰηθείης γε μὴ εἰδέναι. ἀρχὴ ἄρα γνώσεως, τῆς ἀγνοίας ἡ γνῶσις. δεῖ δὲ πρὸς τούτῳ καὶ τὰ πονηρὰ μαθήματα τῆς ψυχῆς ἀπελάσαι, εἶθ' οὕτως τὰ θεῖα προσδέξασθαι. καὶ τοῦτο δὲ πάλιν ὁ Πλάτων ἐδίδαξεν, εἰπών, Οὐ καθαρῷ γὰρ καθαροῦ ἐφάπτεσθαι, μὴ οὐ θεμιτόν ἐστι. τοῦτο γὰρ Ὀρφεὺς φησίν·

Φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστί, θύρας δ' ἐπίθεσθε βεβήλοις.

ξυμφωνεῖ δὲ καὶ Εὐριπίδης βοῶν·

Ἄρρητ' ἀβακχεύτοισιν εἰδέναι βροτῶν.

τοῖς γὰρ ἀμυήτοις πῶς ἄν τις προσενέγκοι τὰ θεῖα παιδεύματα; πῶς δ' ἂν μυηθείη τις, μὴ τὴν πίστιν κεκτυνας ἐν ἑαυτῷ τὰ προδιδασκόντα προσφερόμενα δόγματα; πῶς δ' ἂν πιστεύσῃ, μὴ πρότερον ἐξορίσας τὰ δόγματα τὰ κακῶς προενεχθέντα μαθήματα; δηλοῖ ἄρα ὁ βακχικὸς λόγος ἐκεῖνος, ὃν ἐν Φοινίσσαις εἰρηκεν Εὐριπίδης.

---ὁ δ' ἄδικος λόγος
Νοσῶν ἐν αὐτῷ, φαρμάκων δεῖται σοφῶν.

ὅτι δ' συνεργεῖ ὁ θεὸς τοῖς ἀπολαῦσαι θεραπείας ἐφιεμένοις, ὁ αὐτὸς τραγῳδοποιὸς ἔφη·

Τῷ δ' αὖ πονοῦντι καὶ θεὸς ξυλλαμβάνει.

πρωτούργημα τὸν ἄρα χρῆμα ἡ πίστις. καὶ γὰρ δὴ τὸν Ἐπίχαρμον, τὸν Πυθαγόρειον,

Νοῖς ὁρᾷ, καὶ νοῖς ἀκούει, τἄλλα κωφὰ καὶ τυφλά·

καὶ ὁ Ἡράκλειτος δὲ πολλαχοῦ προτρέπων ξεναγεῖσθαι ὑπὸ τῆς πίστεως, ὧδε λέγων· Ἐὰν μὴ ἔλπησθε, ἀνέλπιστον οὐκ ἐξερευνήσετε, ἀνεξερεύνητον ἐὸν καὶ ἄπορον. καὶ πολλὴν μὲν γῆν ὀρύσσουσι, καὶ βραχίονται ὀλίγον. εἰσὶ δὲ ἐκεῖνοι ὀλίγων ἕνεκα ψήγματων πλῆθος ὅσον ὑπομένουσι πόνον, καὶ μόχθους καὶ κίνδυνον, ὃς ὧδε ὁρᾷ τὰ θεῖα ἀνέρευνος, ὡς τὰ περὶ τῆς ἀληθείας ἔχει δρᾶναι δέδα-

σκαλίαν, μυριοπλάσιον ἔχουσαν κέρδος; μηδεὶς οὖν, ὦ φίλοι, καταγρείτω τῆς πίστεως. καὶ γὰρ δὴ καὶ τῷ πίστιν Ἀριστοτέλης, κριτήριον ἐπιστήμης ἐκάλεσεν· ὁ δὲ γε Ἐπίκουρος, προλήψιν διανοίας αὐτὴν εἶπε· τὴν δὲ προλήψιν, προσλαβοῦσαν τὴν γνῶσιν, καταληψιν γίνεσθαι. τί δὲ τὸν ἡμέτερον λόγον, πίστις ἐστὶν ἑκούσιος τῆς ψυχῆς συγκατάθεσις, ἢ, ἀφανοῦς πράγματος θεωρία, ἢ, περὶ ὃ ἂν ἔνστασις, καὶ καταληψις τῶν ἀοράτων τῇ φύσει σύμμετρος· ἢ, διάθεσις ἀναμφίβολος ταῖς ψυχαῖς τῶν κεκτημένων ἐνιδρυμένη. δεῖται μὲν τοι ἡ πίστις τῆς γνώσεως, καθάπερ αὖ ἡ γνῶσις τῆς πίστεως. οὔτε γὰρ πίστις ἄνευ γνώσεως, οὔτε γνῶσις δίχα πίστεως γένοιτο ἄν. ἠγεῖται μὲν τοι τῆς γνώσεως ἡ πίστις, ἕπεται δὲ τῇ πίστει ἡ γνῶσις· ἔχεται δὲ τῆς γνώσεως ἡ ὁρμή, ἀκολουθεῖ δὲ ταύτῃ ἡ πρᾶξις. δεῖ γὰρ πιστεῦσαι πρῶτον, εἶτα μαθεῖν· γνόντα δέ, ὁρμῆσαι· ὁρμήσαντα δὲ, πρᾶξαι. οὐδὲ γὰρ τὰ πρῶτα στοιχεῖα μαθεῖν οἷόν τε, μὴ τὸν γραμματικὸν πεπιστευκότα ὅτι τοιάδε χρὴ τὸ πρῶτον ὀνομάζειν, καὶ τοιὰς δὲ τὸ δεύτερον, καὶ τἄλλα ὡσαύτως. εἰ γὰρ δή τις αὐτίκα φάσκων, μὴ χρῆναι ἄλφα τὸ πρῶτον προσαγορεύσαι, ἀλλ' ἕτερόν αὐτοῦ ὄνομα θετέον, οὐκ ἂν μάθοι γράμματα, ἀλλ' ἀνάγκη πλανᾶσθαι, καὶ τὸ ψεῦδος ὑπολαμβάνειν ἀλήθειαν. εἰ μὲν πιστεύσας τῷ διδασκάλῳ, καὶ τοῖς ἐκείνου νόμοις τὰ μαθήματα δέξαιτο, ἕψεται ὅτι τάχιστα τῇ πίστει ἡ γνῶσις. οὕτω καὶ τῷ γεωμέτρῃ πρώτιστα πιστεύσας, διδάσκοντι εἶναι μέν τι σημεῖον ὃ πάντα πάσιν ἔστιν ἀμερές, εἶναι δὲ καὶ μῆκος ἄνευ πλάτους ἐστερημένον. ἔστω δέ γε λόγῳ· ἴδοις ἂν ἀποδείξαι ποτέ· εἰ γὰρ ἀφέλοι τις μήκους τὸ ἄνευ, ξυναφανισθήσεται δήπου τῷ πλάτει τὸ μῆκος. ἀλλ' ὅμως οὕτω κελεύει νοεῖν ὁ γεωμέτρης· καὶ πείθεται μὲν καὶ πιστεύει προθύμως τὰ γραμμικὰ σχήματα ἀόρατα μανθάνειν ὁρεγόμενος. οὕτω τοῖς ἀστρονόμοις οἱ φοιτῶντες πιστεύουσιν, καὶ τὰ ἄστρων τὰ ἀριθμὸν λέγουσι, καὶ τὰ διαστήματα μετροῦσιν οἷς ἀφεστήκασιν ἀλλήλων, καὶ πόσους μυριάσι σταδίων τὰ γῆς ἀφέστηκεν ὁ ὁρώμενος οὐρανός. καὶ τοι πολλῆς οὔσης ἐν ταῖς μέτροις διαφωνίας, καὶ τὰ μὲν, τετρακοσίας καὶ ἑβδομήκοντα σταδίων

giat, quæ infinitis partibus maius lucrum parit? Nemo itaque vestrûm, amici, fidem accuſet, quandoquidem Ariſtoteles fidem ſcientiæ iudicatoriũ appellauit: Epicurus verò præſumptionem mentis eam eſſe aſſerit, præſumptionem autẽ, accepta cognitione, in cõprehenſionem euadere. Ceterùm prout ipſi definimus, fides eſt voluntaria animi aſſenſio, vel, latentis rei contemplatio, vel, circa id quod verè eſt adhæſio, inuiſibiliúmque apprehenſio naturæ congruens, aut, inſita credentium animis citra ambiguitatem aliquam diſpoſitio. Indiget autẽ fides cognitione, ſicut & cognitio fide indiget. Neque enim eſſe poteſt fides ſine cognitione, neque cognitio ſine fide. Cognitionẽ quidem fides præcedit, ſubſequitur autem fidem cognitio: cognitionem ſubit appetitus, appetitum rei functio & actio ſubſequitur. Priùs enim credere oportet, tum addiſcere, eum verò qui cognorit, appetitu aliquo commoueri, motũ denique & impulſum, aggredi ac peragere. Numquam enim prima elementa diſcet, qui litteratori fidem non habeat, ita eſſe primam, ita ſecundam appellandam, & alias ſimiliter. Nam ſi mox intercedat, negétq; primam litteram dici Alpha oportere, ſed alio nomine vocandam eſſe, quod verum eſt non perdiſcet, ſed erret neceſſe eſt, falſúmque pro vero aſſumat. At ſi præceptori fidem habens, ex eius legibus diſcenda percipiat, ipſam illicò fidem ſcientia ſubſequetur. Ita & Geometræ fides habenda eſt, dicenti punctum quoddam eſſe cuius pars ſit nulla, daríque longitudinem quæ omni careat latitudine. hoc autem nullus vnquam ſermone aliquo demonſtrabit ſic eſſe. nam ſi latitudine priuaueris longitudinem, vtique cum latitudine ſimul tolletur ex oculis longitudo. ſed ita tamẽ iubet intelligi Geometra: cui facilè credit fidémq; habet, qui lineares illas figuras auet perdiſcere. Ita & Aſtronomis credũt diſcipuli, cùm vel aſtrorum numerum colligunt, vel intercapedines metiuntur, quibus à ſe inuicem diſtant, quótque ſtadiorum millia cælum, quod oculis intuemur, à terra ſubductum ſit. etſi dimenſionis magna ſit inter Aſtronomos differentia: cùm alii quadringenties ſeptuagies dena ſtadiorũ

millia intereſſe dicunt, alij pauciora, nonnulli etiam multo plura. diſcipuli tamen præceptoribus obſequuntur. De ipſo etiam ſole magna rurſus inter illos eſt diſceptatio. Anaximander enim atque Anaximenes, vicies ſepties maiorem terra illum eſſe affirmant: Anaxagoras autem Peloponeſo maiorem: at Heraclitus Epheſius, pedis vnius. Quis igitur pro merito diſſidium hoc irrideat? Neque enim eſt inter eos de parua quadam menſura diſſenſio, ſed de immenſa & quantam nullus oratione poſſit exprimere. Quis enim terram omnem metiendo comprehendat, tum ſepties ac vicies repetita eius menſura, ratione ſubducat, eámq; conferat ad humani pedis menſuram? Et tamẽ ſunt qui his, ſunt & qui illis adhæreant, fidémq; habentes, alij hæc, alii illa affirment. Quid itaq; fidem illam à ratione alieniſſimã laudando extollitis, ſolã verò noſtram accuſatis, eiuſmodi fabularum expertẽ, & diuina atque intellectualia intellectualiter percipientem? Ad hæc autẽ illud quoque animo reputemus, omnes homines qui artem quampiam diſcere cupiant, ad eos ſe conferre, qui docere nouerint, & quæ ab illis docentur amplecti. Nam ſutor quidem oſtẽdit, quo pacto culter habendus ſit, coriúmque incidendum, tum & quomodo ſuendum, ligneóque pedi accommodandum: is autem credit iis quæ dicuntur, nec docenti repugnat. atque horum alter quidem habet ſcientiam eorum quæ fiunt, alter fidei dumtaxat innititur: quo fit, vt per fidem artis illius notitiam breui aſſequatur. Ita & nauium faber erudit eum qui diſcendi deſiderio tenetur, quo pacto amuſſim protendere, quóque modo ſerrã ducere oporteat, & quomodo aſcia vel terebra ſit vtendum. Diſcit autem omnia hæc diſcipulus, quicquid iubetur exequens, & dicta magiſtri leges exiſtimans, credénſque eius ductu artem perfectam ſe adepturum. Ita & Medicus non ſolùm medendi ſcientiam docet, ſed ægrotis quoque medetur: atque ipſe quidem callet Medicinæ rationem, qui verò morbo afflictatur, hanc quidem non tenet, credit tamen per eam artem ſe ægritudine liberandum. Ita & nauim regere ſoli ſciunt qui gubernandi artem profitentur: at vecto-

A μυριάδας εἴη λεγόντων, τὸ ὑγιὲς, τὸ πολλῷ πλείους· ὁμως πείθονται οἱ φοιτηταὶ τοῖς διδασκάλοις, καὶ τοῖς πρὸ αὐτῶν λεγομένοις πιστεύουσι. καὶ γὰρ αὖ πάλιν ἡλίου λογομαχία πρὸς ἐκείνους πολλή. Ἀναξίμανδρος μὲν γὰρ καὶ Ἀναξιμένης, ἑπταχαίδεκα πλασίονα τῆς τῶν ἐφαίνετο. Ἀναξαγόρας δὲ Πελοποννήσου μείζονα, Ἡράκλειτος δὲ ὁ Ἐφέσιος ποδιαῖον. τίς οὖν ἂν ἀξίως τὴν τοιαύτην διαφωνίαν γελάσειεν; οὐδὲ γὰρ περὶ σμικροῦ τινος αὐτοῖς μέτρου γέγονεν ἡ διαφορὰ, ἀλλὰ περὶ ἀπείρου, καὶ ὅσον οὐκ ἂν τις εἰπεῖν

B σαιτο τῷ λόγῳ. Τίς γὰρ ἅπασαν μέτρῳ ἂν περιλάβοι τὴν γῆν, εἶτα ἑπτάκις καὶ εἰκοσάκις πολυπλασιάσας τὸ μέτρον, ξυναγάγοι τὴν ψῆφον τοῦ λογισμοῦ, καὶ τὸν τῷ μέτρῳ τοῦ ἀνθρωπείου ποδὸς; ἀλλ' ὅμως εἰσὶ τινὲς, οἱ μὲν τούτοις, οἱ δὲ ἐκείνοις πιθόμενοι· πιστεύοντες δὲ οἱ μὲν ταῦτα, οἱ δὲ ἐκεῖνα, καταδέχονται λέγειν. τί δήποτε τοίνυν τὸ μὲν ἀλογωτάτῳ ἐκείνῳ περιαιρεῖτε πίστιν, μόνης δὲ τῆς ἡμετέρας κατηγορεῖτε, τὸ μὴ τοιούτων

C μύθων καὶ λήρων ἀπαλλαττομένης, τὰ θεῖα δὲ καὶ νοητὰ νοητῶς δεχομένης; πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις καὶ τόδε σκοπήσωμεν, ὡς ἕκαστος τῶν ἀνθρώπων, τέχνην μαθεῖν ἐθέλων τινὰ, φοιτᾷ μὲν πρὸς διδάσκαλον ὑπισχνούμενον, φέρει δὲ τὰ προσφερόμενα πρὸς ἐκείνου μαθήματα· καὶ ὁ μὲν σκυτοτόμος, ὑποδείκνυσιν ὅπως δεῖ τὸ προκείμενον καλέσαι, καὶ τὰ δέρματα διακόψαι, καὶ μιλτοῦν τοι καὶ ξυρῆσαι, καὶ πρὸς καλὰ ποδὶ προσαρμόσαι· ὁ δὲ πιστεύει τοῖς λεγομένοις, καὶ οὐκ ἀπιστήσει διδάσκοντι· καὶ ὁ μὲν ἔχει τῶν γινομένων τὴν γνῶσιν· ὁ δὲ φέρει τὴν πίστιν, τὴν

D βεβαιοτέραν δέ γε διὰ τὴν πίστεως προσλαμβάνει τὴν γνῶσιν. οὕτω δὴ καὶ ὁ ναυπηγὸς ἐκπαιδεύει τὸν μαθεῖν ἐθέλοντα, πῶς μὲν χρὴ διακρίνειν τὴν κάθετον, πῶς δὲ κινεῖν προσήκει τὸν τρίονα, ὅπως δὲ καὶ τῷ σκεπάρνῳ καὶ τῷ τερέτρῳ καὶ τῷ πυπτούλῳ χρηστέον. μανθάνει δὲ τούτων ἕκαστον ὁ φοιτητὴς, πάντα δὲ κελευόμενον δρᾶν, καὶ νόμους τοὺς διδασκάλου τοὺς λόγους ποιούμενος, καὶ πιστεύων γε δι' ἐκείνου κατορθώσειν τὴν τέχνην. οὕτω καὶ ὁ ἰατρὸς, οὐ μόνον ἐκπαιδεύει τὸν ὑπηρέτην, ἀλλὰ καὶ ἰατρεύει τοὺς κάμνοντας· καὶ αὐτὸς μὲν οἶδε τὴν ἰατρείας τὸν λόγον· ὁ δὲ γε τῇ νόσῳ παλαίων, τοῦτο μὲν οὐκ ὑπίσχνεται, τὸν νόσου δέ γε πιστεύει λύσειν διὰ τῆς ἰατρικῆς ἀπαλλαγήσεσθαι τέχνης. καὶ μὴν τοι καὶ ὁ σκάφος ἰθυνεῖν μόνοι γε ἴσασιν οἱ τὴν κυβερνητικὴν ὑπισχνούμενοι τέχνην· οἱ δὲ πλωτῆρες

ρες, δι' ἐκείνων πιστεύοισι τοῖς πολυμυθοις λιμέσι προσορμιάσεσθαι. Οὕτοιῶ, ὦ φιλότης, κοινόν τι χρῆμα πάντων ἡ πίστις, καὶ τῶν μαθεῖν τινὰ τέχνην ἐφιεμένων, καὶ τῶν πλεόντων, καὶ γεωργούντων, καὶ ἰατρεύειν προσερχομένων· ἡ δὲ γνῶσις, οὐ πάντων, ἀλλὰ μόνων τῶν ταύτας τὰς τέχνας ἐπισταμένων. αὐτίκα τοίνυν ἵνα ἐκλήσωμεν ἀφθονίαν χρυσὸν δοκιμόντες καὶ ἄπεφθον, οὐχ ἡμεῖς τῇ βασάνῳ τοῦτον προσφέρομεν, ἀλλὰ τὸν ἐπισταμένον τὰ τοιαῦτα, δοκιμάσαι κελεύομεν· ὃς, ἢ τῷ λίθῳ προσφέρων, ἢ τῷ πυρί, ἢ κίβδηλον ἢ δόκιμον ἀποφαίνει. οὕτω καὶ πολυτελεῖς ὠνούμενοι λίθους, οὐχ ἡμῖν αὐτοῖς τὴν τούτων ἀφάνωσιν ἐπιτρέπομεν, ἀλλ' οἷς ὁ χρόνος καὶ ἡ πεῖρα τὴν δὲ τὸν ἐπιστήμην ἐνέθηκε. καὶ τὸν σηρικὸν ὃ καὶ ποικίλον καὶ χρυσόπαστον ἐσθῆτα εἴ τις περίασθαι βούλεται, τοῖς τῆς ὑφαντικῆς ἐπιστήμοσιν ἐπιτρέπει τὴν ἀξίαν τούτοις ἐπιθεῖναι τιμήν. καὶ μὴν καὶ ὁ σταθμὸν σκυδεῖν λίνων χρυσῶν ἢ ἀργυρῶν ἢ νομισμάτων ἐθέλων μαθεῖν, τῷ τὸν χαλκεῖ ἐπισταμένῳ τέχνην ταῦτα προσφέρει, καὶ παρ' ἐκείνου διδάσκεται τὸν σταθμόν, καὶ πιστεύει, καὶ οὐκ ἀντιλέγει μὴν οὐδενί. οὕτοιῶ οὐχ ἁπάντων ἡ ἐπιστήμη, ἀλλὰ τῶν διδασκαλίαν καὶ χρόνῳ καὶ πείρᾳ ταύτην μεμαθηκότων. ἡ δέγε πίστις, ἁπάντων ἐστὶ τῶν μαθεῖν τι προθυμουμένων. ἐπιτοῦτο ἄρα μοί τοι καὶ κρητὶς ἡ ἐπιστήμης ἡ πίστις. τὸν μὲν γὰρ πίστιν καὶ οἱ ὑμέτεροι φιλόσοφοι ὠείσαντο εἶναι, ἐθελούσιον τῆς ψυχῆς ξυγκατάθεσιν· τὸν δὲ ἐπιστήμην, ἕξιν ἀμετάπτωτον μετὰ λόγου. ἄτοπον δὴ καὶ λίαν παραλέπον, τοῖς μὲν τέχνης ἁπάσης διδασκάλοις ἔχειν τὴν ἐπιστήμην, τοῖς δὲ φοιτῶντας τὸν πίστιν· ἐπὶ μόνων δέγε τῶν θείων παραδόσεων αἰατεῖσθαι τὸν τάξιν, καὶ πρὸ τῆς πίστεως ἁπαιτεῖσθαι τὸν ἐπιστήμην. οὐχ ἥκιστα γὰρ ἐπὶ τῶν ἀοράτων τῆς πίστεως ὀμμάτων δεόμεθα. ὧν τοι καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος σαφῶς βοᾷ· Πιστεῦσαι γὰρ δεῖ τὸν προσερχόμενον τῷ θεῷ, ὅτι ἔστι, καὶ τοῖς ἐκζητοῦσιν αὐτὸν μισθαποδότης γίνεται. σοὶ τοίνυν τοῦτο καὶ ἡμεῖς τοῖς προσιοῦσιν καὶ τὰ θεῖα παθεῖν, πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων τὸν τῆς πίστεως διδασκαλίαν προσφέρομεν· εἶτα τελουμένοις καὶ μυουμένοις, δηλοῦμεν ἵνων ἐστὶν αἰνίγματα τὰ μυούμενα· καὶ παρ' ὑμῖν δέγε ὡσαύτως· τὸν ἱεροφαντικὸν

A res, per illos credunt se ad optatos portus appulsuros. Fides itaque, ô amici, communis quædam res est omnibus, & qui videlicet artem quampiam discere cupiant, & qui nauigent, & qui agriculturæ inseruiant, medicísve adhæreant. Peritia verò, non omnium, sed eorum dumtaxat qui illarum artium scientiam tenent. Itaque si, exempli causa, probum aurum & excoctum dignoscere velimus, minimè nos ipsi probationi subiicimus, sed explorare eum iubemus qui harum rerum sit peritus: is verò, aut B indici admotum, aut igni, vel legitimum esse vel adulterinum decernit. Ita & cùm pretiosos lapillos emimus, nequaquam nobis eorum delectum credendum putamus, sed quibus temporis diuturnitas & experientia peritiam hanc peperit. Si quis præterea sericam vult vestem picturatámque aut intertextam auro comparare, à textoriæ artis peritis æstimari eam iubet. Et qui scire auet quot pondo sint aurea vasa, vel argentea, vel numismata, libratori ea defert, ab eóq; pondus illorum perdocetur, creditque, nec indicanti refragatur. Non C igitur omnium est scientia, sed eorum qui diuturnitate temporis & experiẽtia doctrinam sunt assecuti. At verò fides, omniũ est qui discere quicquam cupiunt. Est itaque fides ceu primaria quædam basis & crepido scientiæ. Fidem enim vestri quoque Philosophi esse voluerunt, voluntariam quandam animi assensionem, scientiam verò habitum indeciduum cum ratione. Insulsum est igitur nec ferendum, ceterarum quidem cunctarum artium magistris cõuenire scientiam, fidémq; discentibus, at in sola rerum diuinarum doctrina inuersum ordi- D nem esse, ita vt ante fidem scientia exigatur. In iis enim rebus quæ videri non possunt, fidei oculis maximè indigemus. Hinc & Apostolus Paulus manifestè exclamat: *Credere enim oportet accedentem ad Deum, quod est, & quod iis qui eum inquirunt remunerator sit.* Idcircò & nos accedentibus, & diuina discere cupientibus, præ cæteris cunctis doctrinam fidei proponimus, tum verò, vt imbuti fide initiatique fuerint, aperimus quarum rerum ænigmata præcesserint. Et apud vos similiter hierophantica mysteria

non omnes norunt: ſed populi multitudo videt dumtaxat ea quæ fiunt, qui verò Sacerdotes vocãtur, cerimonias atque orgia ritu legitimo exſequuntur, ſolus autem Hierophanta rationem tenet omnium quæ ibi fiunt, iiſque ediſſerit quos approbarit. Itaque Priapum Veneris & Bacchi filium eſſe ſciunt nonnulli ex iis qui initiati ſunt, quare autẽ horum filius dicatur, & cùm exiguæ ſit ſtaturæ, cur exporrectum illi membrum maximúmque apponatur, ſolus nouit obſcenorum myſteriorum Hierophanta, ac ſi quis alius in flagitioſos illos libros inciderit. Voluptatem enim Venerem, ebrietatem verò Bacchum appellantes, quod ex vtroque perficitur Priapum eſſe dixerunt: eo quòd voluptas adiuncta ebrietati obſcenas corporis partes intendat. Eodem modo Dionyſi quoque phallum, (ſic enim virile membrum ridiculi homines nuncuparunt: & *Phallagogia* phalli feſtum apud Græcos dicebatur) & adorabant miſeri, & baſiabantur cuncti qui orgia celebrabant: rationem tamen ignorabant. Is verò qui *Hierophãtes* vocabatur, & hæc ſciebat, & Oſirin & Typhonem, & Oſiridis membra à Typhone conciſa latéque diſperſa, Iſin prętereà Oſiridis ſororem, quæ magno illa ſtudio collegit, ſolum autem eius phallum non inuenit, atque hac de cauſa excitatum huius ſimulacrum ab omnibus adorari præcepit. Hæc orgia cùm in Ægypto Odryſius Orpheus didiciſſet, in Græciam tranſportauit, Dionyſiáque feſta inſtituit. Quòd ſi ne impura quidem orgia iſta planéque abominanda, cunctis erant cognita, ſed ſoli ea tenebant qui dicebantur Hierophantæ, manifeſta eſt dementia, caſtiſſimorum diuinorúmque myſteriorum cognitionem ante fidem exquirere. An Pindaro Poëtæ Lyrico auſcultandum non putatis, manifeſtè prohibenti, *Antiquam orationem cunctis aperire?* Hoc & Plato faciendum hortatur. *Caue enim*, inquit, *ne quando hæc excidant ad homines ineruditos. Nihil enim fermè eſt, mea ſententia, quòd maiore cum riſu quàm noſtra hæc à multitudine audiri poſſit: ſicuti & rurſus nihil quod apud ingenioſos admirabilius ac diuinius videri. ſæpè autem ſæpiúſque repetita, & audita ſemper,*

Ταῦτα δὲ οὐ τυχὸν ἀλλως ἀδολεσχῶ, ἀλλ' ἀπὸ τῶν αἰθρησίνων ἀγνοίας τὰ θεῖα πειρώμενος. Σὲ δ' ἀξιῶ ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες, καὶ ἐπ' ἐκείνων τόνδε διατηρῆσαι τὸν ὅρον· καὶ ὑγιεῖς μὲ καὶ ἀρτίους καλεῖν, τοὺς τὴν ἀληθῆ θεολογίαν ἀσπαζομένους, ἣν καὶ ἡ φύσις ἐξ ἀρχῆς προέδωκε, καὶ τὰ θεῖα ὕστερον ἐκφήνασε λόγια. ἀνάπηρους δ' ἂν προσαγορεύω, μὴ μόνον ἐκείνους, οἳ σύδένα θεὸν εἶ νομίζουσιν, ἀλλὰ καὶ τοὺς εἰς πολλὰ τὸ θεῖον μερίσαντας σέβας, καὶ τὰν δημιουργὸν τῶν ὅλων τῇ κτίσιν ξυγκαλέσαντας. Οὐκ οὖν μόνοι γε ἄθεοι Διαγόρας ὁ Μήλιος, καὶ Θεόδωρος ὁ Κυρηναῖος, καὶ Εὐήμερος ὁ Τεγεάτης, καὶ οἱ τούτοις ἠκολουθηκότες, πανταχᾶπασι φαίτες μὴ εἶ θεοὺς, ὡς ὁ Πλούταρχος ἔφη· ἀλλὰ καὶ Ὅμηρος καὶ Ἡσίοδος, καὶ αἱ τῶν φιλοσόφων ξυμμορίαι, πολλοὺς μὲν θεοὺς μυθολογήσαντες ὁρμαθοὺς, ἀνδραποδώδεις δέ τινας, καὶ παθῶν ἀνθρωπείων ἀποφώσαντες δούλους. εἰσὶ δ' οἳ καὶ αἰσθήνη τὰ αἴσχιστα πάθη, ἃ τοῖς σφῶν καθηγεμόσι, καὶ ὧν ὀνόματος καλῆν τοῖς νέοις ἐγκελεύονται, θεούς τε ὠνόμασε, καὶ ὡς θεοῖς ὃ γέρας ἀπένεμαν. ὡς δ' φησὶν ὁ Σικελιώτης Διόδωρος, Αἰγύπτιοι τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην θεοὺς ὠνόμασαν πρῶτοι, καὶ τὸν μὲν ἥλιον, Ὅσιριν,

τ᾽ ἰ σελήνην, Ισιν· καὶ Φοίνικας ἰ ὡσαύτως, παρ᾽ ἐκείνων τοῦτο μεμαθηκότας, τ᾽ Αἰγυπτίων ζηλωσαι θεοποίαν. ξυνομολογεῖ ἰ καὶ ὁ Πλάτων ἐν τῷ Κρατύλῳ, καὶ τοὺς Ἕλληνας τοῦτον πρῶτον περὶ τ καλουμένων θεῶν τ πλάνον εἰς δόξαν ἐλθεῖν. λέγει ἰ ὧδε· Φαίνονταί μοι οἱ πρῶτοι τ αὐθόντων, οἱ περὶ τ Ἑλλάδα, τούτους μόνους ἡγεῖσθαι θεούς, οὕσπερ νῦν οἱ πολλοὶ τ βαρβάρων, ἥλιον ἔ σελήνην, ἔ γῆν, ἔ ἄστρα, ἔ οὐρανόν. ἅτε οὖν αὐτὰ ὁρῶντες ἰόντα ἀεί, καὶ θέοντα, ἀπὸ ταύτης τ φύσεως, τ τ θέειν, Θεοὺς αὐτὰ ἐπονομάσαι. ὁ μὲν οὖν πάνσοφος τ ὅλων δημιουργὸς, αὐενδεὴς ὢν, ἔ ὁδενὸς ὃ πάντων ἢ ὁρατῶν ἢ ἀοράτων δεόμενος, ἔ οὐρανόν, ἔ γῆν, καὶ ἥλιον καὶ σελήνην, καὶ πάντα τὰ αἰσθητὰ, τ᾽ τ αὐθρώπων χάριν ἐδημιούργησε χρείας· μᾶλλον ἰ ὑπερβὰν τῇ τ μεγαλουργίας φιλοτιμίᾳ τ χρείαν· ἔ προσφέρει διὰ τούτων αὐτοῖς πάντοθεν ἀπόλαυσιν ἀγαθῶν. ἥλιος μὲν γὰρ ἀνίσχων, ἔ τ ἡμέραν ποιῶν, πρὸς ἐργασίαν διεγείρει τ αὐθρώπων ὃ γὰρ σελήνη, τ μείζονος ὑποχωρησάσης φωσφόρος, τ νυκτὸς ὃ ζοφώδες κεραίνει· καὶ ὅτε τοὺς διαναπαύεσθαι βουλομένους ἡμέρᾳ τῇ τ φωτὸς πρόεισα, καὶ τοῖς ὁδοιπορεῖν ἢ ἄλλο τι βουλομένοις, χορηγεῖ διαδοχὴν ἀκριβῆ. καὶ φθινούσης ἰ ταύτης, οἱ ἀστέρες πάντα πληροῦσι τ χρείαν. ὁ μὲν οὖν δημιουργὸς, ὡς ἔφην, τοσαύτην τ αὐθρώπων πεποίηται πρόμηθειαν· οἱ ἰ, τ μεγίστων δωρεῶν τούτων μετειληχότες, ποθητὸν θεὸν οὐκ ἴσχυσαν, ἔ τ τούτων δημιουργὸν τε καὶ χορηγὸν ὡς μεγαλόδωρον ἀνυμνῆσαι, τ μὲν ἀγέρασον εἶασαν, ἐσεβάσθησαν ἰ καὶ ἐλάττωσαν, ἀποστολικῶς εἰπεῖν, τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα· καὶ τῶν δωρεῶν τὸ τε μέγεθος καὶ τὸ κάλλος, ἀφορμὴ γέγονεν ἀχαριστίας. τὸν γὰρ δοτῆρα τούτων ἠγνόησαν, ἔ τούτοις τὸ παρὰ θεῷ πρόσηκον ἀπένειμαν σέβας. καίτοιγε πρόνοιαν, ἅτε δὴ πάνσοφος ὢν, ὁ δημιουργὸς τόνδε τ αὐθρώπων τ πλάνον, πάθη τινὰ συνεκλήρωσε τοῖς στοιχείοις· ἵνα τὸ μὲν κάλλος αὐτῶν ἔ τὸ μέγεθος, θαυμάζεσθαι πρόδηλον ᾖ τ ποιητήν· τὰ δὲ συνεζευγμένα παθήματα, κωλύῃ τ θείαν αὐτοῖς προσφέρειν προσκύνησιν. αὐτίκα τοίνυν τ φανότατον ἥλιον ἔ τ σελήνην χρύπτει μὲν ἔφη μεχρὶ, ὁμίχλη ἰ ἔ ἀχλὺς ἀμβλυτέρας αὐτῶν τὰς ἀκτῖνας ποιεῖ· ἔστι ἰ ὅτε καὶ πάμπαν μεσούσης ἡμέρας, καὶ οὔτε νεφῶν ὄντων προβεβλημένων

A Lunam verò Isin nominarunt. Phœnices item, cùm hoc ab illis didicissent, Ægyptiacam deificationem æmulatos esse. Fatetur etiam Plato in Cratylo, Græcos primo hoc de Diis quos vocant errore imbutos fuisse. ita verò loquitur: *Videntur mihi Græci primi mortalium Deos hos solos censuisse, quos hodie barbarorum permulti: Solem videlicet, Lunam, Terram, Stellas, & Cælum. Hæc igitur cursu quodã euntia cùm viderent, ab hac currendi natura Deos nominarunt.* Sapientissimus ergo rerum opifex, cùm nullius sit indigus, nec re vlla visibili B aut inuisibili opus habeat, cælum & terram, solem & lunã, & quæ sub sensum cadunt omnia, in hominum gratiam & vsum creauit: aut potiùs liberalitatis suæ magnificentia necessarij vsus modum excessit, bonorúmque omnium copiam per hæc illi fruendam confert. Sol enim exoriens, diémque efficiens homines excitat ad laborem. Luna verò, vbi luminare maius abscedit, nocturnas tenebras temperat, & neque eos qui requiescere à laboribus volunt, nimiæ lucis copia contristat, & iis rursum, qui aut iter facere cupiunt, aut aliud quic- C quam agere, sufficienti face prælucet. Vbi porrò Luna deficit, stellæ idem præstant officium. Tanta igitur mundi opifex, vt dixi, hominibus prouidentia consuluit. Hi autem, maxima hæc munera consecuti, cùm his ducibus ad Dei contemplationẽ vti deberent, rerúmque illarum auctorem & largitorem laudibus efferre, ipsum quidem inhonoratum reliquerunt, creaturam verò coluerunt, eíque, vt loquitur Apostolus, seruierunt potiùs quàm creatori, & munerum magnitudo ac pulchritudo illis ingrati animi occasio fuit. Datorem namque illorum ignorarunt, ipsíque hono- D rem Deo debitum persoluerũt. Quem quidem hominum errorem sapientissimus Deus prospiciens, nonnullos defectus elementis indidit, vt illorum quidem species ac magnitudo ad laudandum opificem prouocaret: adiuncti verò defectus diuinam illis adorationem tribui prohiberent. Itaque lucidissimum Solem & Lunam exiguæ sæpè nubes obtegunt, & nebula vel caligo hebetiores illorũ radios facit. Nonnumquam verò meridie ipsa, nec obiectis nubibus,

nec vlla offusa caligine, Solis lumen euanescit, idémque ipsum Lunæ nocturno tempore accidit. Ceterùm hoc quoque ipsũ sapientissimus Dominus sic instituit. Etenim quia moderatus solis calor, & corporibus aptus est, & seminibus atque plantis, (has quippe auget, alitque, fructus verò excoquit, & ad maturitatem perducit,) vehementiores interdum radios intendi instituit, qui & hominum & ceterarum animantium corpora lædant, & seminum plantarúmque germina corrumpant, ne vitæ hunc auctorem esse opinemur, sed ministrum diuinæ voluntatis credamus. Aërem itidem tuendæ nobis vitæ adiutorem instituit. Huius enim respiratione non solùm nos, sed brutæ quoque animantes vitam ducunt, eiúsque illapsu refrigerant insitum calorem. Attamen pestilentes quoque morbi ab aëre inuehuntur, & intabescunt corpora, quæ huius temperie alebantur, ne hunc quoque Deum esse opinemur, sed crebris mutationibus obnoxium cernentes, ab eius adoratione abhorreamus. Pari quoque modo & terram, datricem vitæ diuitiarúmque omnium, parentem insuper ac nutricem, communéque animantibus solum, Creator condidit. Sed ne hæc cernentes decipiamur, eámque veluti bonorũ datricem in Deorum numerum reponamus, multas huic quoque variásque infirmitates adiunxit. Nimio siquidem calore ac frigore læditur, & largiore quàm sit opus imbre diluta dissoluitur, ita vt semina plantásque corrumpat. Rursúmque, si nubes tempestiuam pluuiam non effundant, arescit & sterilis efficitur. Sæpè etiam pluuia, tempore non suo illapsa, putredinem inducit, & noxia hominibus animalia gignere cogitur. Hanc itaque terræ infirmitatem conspicantes qui sanæ sunt mentis, tanquam Deum colere illam recusant, pérque illam potiùs, & ex ea nascentia germina, ad contemplandum terræ germinúmque factorem deducuntur, & per ea quæ cernuntur ad eum qui inuisibilis est perueniunt. Sapienter igitur quidam nostrorum & argutè dixit, *Ex creaturarum magnitudine ac specie, proportione quadam, illarum auctorem spectari.* Neque enim qualia

A οὔτε κεχυμένης ὁμίχλης, φεγγίδον γίνεται τῆ ἡλίου ὁ φῶς. ταὐτὸν δὴ τοῦτο καὶ τῆ σελήνη νύκτωρ ὁ πάθος προσγίνεται. ἀτὰρ δὴ καὶ τόδε πάλιν ὁ σοφὸς ἐμηχανήσατο κύριος· ὅπῃ γὰρ ἡ μετεία τοῦ ἡλίου θερμότης καὶ σώμασιν ὀπιτηδεία, καὶ σπέρμασι καὶ φυτοῖς· τὰ μὲν γὰρ αὔξει καὶ τρέφει, τοὺς δὲ καρποὺς πεπαίνει καὶ ὠρίμους ποιεῖ· σφοδροτέρα δέ ἐστιν ὅτε προσκινδυνεύει προσβάλλειν τοῖς ἁπτῖνα, ὡς αἰτίασαν μὲν τῶν ἀνθρώπων τὰ σώματα, καὶ τῶν ἄλλων γε ζώων, διαφθείραι δὲ τῶν σπερμάτων καὶ τῶν φυτῶν τὰς ὠδῖνας· ἵνα μὴ ζωῆς τοῦτον ἀποβλέπωμεν αἴτιον, ἀλλ' ὑπουργὸν εἰς πιστεύωμεν τοῦ θείου θελήματος. καὶ μήν τοι καὶ τὸν ἀέρα ζωῆς μὲν ἡμῖν ἀπέφηνε σωτῆρα. τοῦτον γάρ τοι οὐ μόνον ἡμεῖς, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀλόγων ἕκαστον ἀναπνέον διαζῇ, καὶ τῇ εἰσόδῳ τῶν ἐμφύτων κεραύνιον θερμασίαν. ἀλλ' ὅμως καὶ λοιμώδης ἐκ τοῦ ἀέρος ὀπιγίνεται νόσος, καὶ οὕτως φθείρεται τὰ σώματα τῇ δυσκρασίᾳ τῇ τούτου τρεφόμενα· ὅπως ἂν μὴ καὶ τοῦτον θεὸν νομίζωμεν, ἀλλὰ τρεπτὸν καὶ ἀλλοιωτὸν ὁρῶντες, ἀποδράσωμεν τὴν προσκύνησιν. τὴν γῆν δὲ ὡσαύτως φερέσβιον μὲν καὶ πλουτοδότειραν καὶ μητέρα καὶ τιθήνην καὶ κοινὸν ἔδαφος ἀπέφηνεν ὁ δημιουργός. ἀλλ' ὡς ἂν μὴ ταῦτα ὁρῶντες ἀποδυσκολήνωμεν, καὶ θεοποιήσωμεν ὡς ἀγαθῶν χορηγόν, πολλὰ καὶ ταύτῃ καὶ διάφορα ξυνεκλήρωσε πάθη. καὶ γὰρ ψυχρότητος αὖτη καὶ θερμότητος ἀμετρία λυμαίνεται· καὶ πέρα τῆς χρείας ὑομένη, διαλύεται, καὶ διαφθείρει καὶ τὰ φυτὰ καὶ τὰ σπέρματα· καὶ αὖ πάλιν, τῶν νεφῶν μὴ καιρὸν τὰς ὠδῖνας οὐ προσχόντων, διαυαίνεταί τε καὶ ἄκαρπος γίνεται. πολλάκις δὲ καὶ ψυχαὶ δεσ οὐκ εἰς καιρὸν φερόμεναι σπέρδονα ἐμποιοῦσι, καὶ κακώδαλα ἄτακτα καὶ θηρία πίκτειν ὅτι λύμη τῶν ἀνθρώπων βιάζεται. τοιγαροῦν ταύτην ὁρῶντες τὴν ἀσθένειαν οἱ τὸν νοῦν ἐῤῥωμένοι, προσκυνεῖν ὡς θεὸν οὐκ ἀνέχονται· ἀλλὰ διὰ ταύτης, καὶ τὸν ἐν αὐτῇ φυομένων, πρὸς τὸν ταύτης καὶ τούτων ποιητὴν ξεναγοῦνται, καὶ διὰ τῶν ὁρωμένων πρὸς τὸν ἀόρατον ποδηγοῦνται. ταύτῃ τοι σοφῶς ἄρα καὶ εὐεπιβόλως ἔφη τις τῶν ἡμετέρων· Ἐκ γὰρ μεγέθους καὶ καλλονῆς κτισμάτων, ἀναλόγως ὁ δημιουργὸς αὐτῶν θεωρεῖται· ἃ γὰρ οἷα

τὰ ποιήματα, τοιοῦτος ὁ ποιητής· οὐδὲ ἡλίκα ταῦτα, τηλικοῦτος ἐκεῖνος. Τὰ μὲν γὰρ, ὁρατὰ ἐστὶ καὶ ἁπτὰ, καὶ αἰσθητὰ, καὶ ἰσὶ πάθεσι συνεζευγμένα· ὁ δὲ ἀναφὴς καὶ ἀόρατος, ἀπαθής τε καὶ ἄφθαρτος, καὶ περιγραφῶν οὐκ ὑπομενῶν, ὥσπερ δὴ τὰ ποιήματα. διὸ δὴ μάλα γε ἁρμοδίως ὁ ἀναλόγως τῷ λόγῳ προσέθηκεν. ὅταν γὰρ ἴδωμεν τὸ οὐρανοῦ τὰ κύτη, καὶ τῆς γῆς τὸ εὖρος, καὶ τῶν πελαγῶν τὰ μεγέθη, καὶ τὴν ἡλίου λαμπρότητα, καὶ τῆς σελήνης τὸ σέλας, καὶ τἄλλα ὅσα ἐστὶν ὁρατὰ, οὐ τούτοις προσομοιοῦμεν τὸν ποιητήν· ἀλλ' ἀπείρῳ τινὶ καὶ μεγέθει καὶ κάλλει κρείττονα τῶν ποιημάτων εἶναι φαμέν. εἰκότως οὖν ἄρα ὁ σοφὸς ἐκεῖνος ἀνὴρ ἔφησεν. Ἐκ γὰρ μεγέθους καὶ καλονῆς κτισμάτων ἀναλόγως ὁ γενεσιουργὸς αὐτῶν θεωρεῖται. τοῦτον ἐμπεδοῖ τὸν λόγον καὶ ὁ θεῖος ἀπόστολος, λέγων οὕτω· Τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται, ἥτε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης. Ἀφ' ὧν γὰρ δὴ τῶν ὁρωμένων, τὸν ἀόρατον φανταζόμεθα ποιητήν. καὶ καθάπερ κιβωτὸν ἢ βάθρον ὁρῶντες, οὐ τέκτονα ταῦτα καλοῦμεν, ἀλλὰ τέκτονος ὀνομάζομεν ἔργα· καὶ σκάφος ἄρτια κατεσκευασμένον θεώμενοι, οὐ μόνον ἐκεῖνο θαυμάζομεν, ἀλλὰ καὶ τὸν ναυπηγὸν, ὅτι μάλιστα καὶ μὴ παρόντα ἐπαινοῦμεν· καὶ ὅρμον ἴδωμεν, ἢ ἄλλο τι περιδέρραιον ἢ ἠσκημένον, τῷ χρυσοχόῳ τιμὴν ἀφημίαν προσφέρομεν· οὕτω δὴ καὶ τῇ κτίσει τὸν ὀφθαλμὸν προσφέροντες, ἀγαπῶμεν μὲν ταύτης καὶ τὸ μέγεθος καὶ τὸ κάλλος, καὶ τὴν ἀναλύζουσαν χρείαν· καταλιπὼν δὲ ταῦτα ὁ νοῦς, προσὸς ἐκεῖνον γε τὸν ταῦτα σοφῶς τεκτηνάμενον. ἄρτια τοίνυν ὁ θεῖος ἀπόστολος εἶπε· Τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται· ἥτε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης. Εἶτα πάσης ἀναξίους εἶναι ξυγγνώμης φησὶ, τοὺς τὸν μὲν κτίσιν τεθαυμάκοτας, τὸν δὲ ταύτης οὐκ ἀγαθοεργὸν δημιουργὸν, ἀλλ' αὐτῇ τὸ θεῖον ἀπονείμαντας σέβας. ὅθεν εἰκότως ἐπήγαγον· Εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀναπολογήτους· διότι γνόντες τὸν θεὸν, οὐχ ὡς θεὸν ἐδόξασαν, ἢ ηὐχαριστησαν, ἀλλ' ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς

A sunt opera, talis est opifex, nec quanta hæc sunt, tantus & ille. Videri enim tangíque & sentiri hæc possunt, & infirmitates quasdam adiunctas habent: ille autem nec tangi nec videri potest, nec quicquam pati, neque corrumpi, neque creaturarum instar circumscribi. Valdè igitur appositè *proportione quadam*, in superioribus verbis additum est. Etenim cæli conuexa, terræ latitudinem, marium tractus, splendorem solis, lunæque nitorem, & alia quæ oculis cerni possunt, cùm intuemur, nequaquam his rebus factorem exæquamus, sed infinita quadam magnitudine ac pulchritudine potiorem suis operibus esse dicimus. vt meritò sapiens ille dixerit, *Ex magnitudine ac specie creatarum rerum, illarum auctorem spectari.* Quam sententiam Paulus Apostolus confirmat dicens: *Inuisibilia enim ipsius à constitutione mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque ipsius potentia & diuinitas.* Per ea enim quæ videntur, factorem inuisibilem cogitamus. Et quemadmodum, cùm arcam aut scamnum videmus, non hæc fabrum esse dicimus, sed fabri opera nuncupamus. & nauigium affabrè compactum cernentes, non illud solùm suspicimus, sed illius etiam opificem, quamuis absentem, quàm maximè laudamus, & cùm monile aliúdve colli ornamentum videmus scitè elaboratum, aurifici laudem deferimus: ita & in mundi fabricam oculos intendentes, huius quidem magnitudinem pulchritudinémque, & ex ea manantem vtilitatem miramur, mens autem, his omissis, ad opificem illum procurrit, qui hæc omnia sapienter exstruxit. Optimè igitur diuinus Apostolus dixit, *Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque illius potentia & diuinitas.* Tum venia prorsus indignos affirmat eos, qui mundi quidem creaturam spectauerunt, eius verò creatorem non sunt admirati, sed ipsi creaturæ honorem Deo debitum tribuerunt. Vnde meritò subiunxit, *Vt sint inexcusabiles, quia cùm cognouissent Deum, non tanquam Deum glorificauerunt, neque illi gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus*

B C D

suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. accusationémque exaggerans, arrogantiam quoque ipsorum in medium attulit: *Dicentes enim se sapientes esse, stulti effecti sunt.* simúlque stultitiæ genus explicat. *Immutarunt,* inquit, *gloriam incorruptibilis Dei in similitudine imaginis corruptibilis hominis.* Cùm enim incorruptibilem Deum nominent, corruptibilium corporum imaginibus factis, (animæ namque immortalis formam nesciũt) carnis imagini diuinos honores tribuerunt. Neque ad impietatem satis hæc illis fuit insania: sed & volucrum & quadrupedum & serpentium simulacra componentes, hæc etiam Deos appellarunt: quæque vt venenata & pernicioſa, interimere viuẽtia solent, horum imagines Deos & Seruatores nominarunt. Verùm ad ea regrediamur, vnde nobis ortus est hic sermo: Ægyptios videlicet, Phœnicas, Græcósque adeò, solem, lunam, & terram & cælum, ipsáque elementa, primos suos Deos censuisse. hoc enim & Plato, & Siculus Diodorus, & Chęronensis Plutarchus tradiderunt. Subsequutis verò temporibus, eos quoque qui humanum genus beneficio aliquo affecissent, aut qui fortiter in bello pugnassent, aut colendæ terræ rationem aliquam inuenissent, aut ægris corporibus curationem attulissent, & in Deos retulerunt, & delubra illis exstruxerunt. Nam & Saturnum hominem fuisse auctor est Sanchoniathon, Rheámque mulierem, eius coniugem, & Iouem ac Iunonem illorum liberos fuisse, tum deinde cùm beneficia quædam priores contulissent, vita functos Deos etiam à Phœnicibus esse habitos, aríque & sacrificiis & annuis epulis honoratos. Herculem quoque Deum Græci fecerunt, vt fortem & generosum, & Æsculapium, quòd artis medicæ auctor extitisset, Deum post mortem dixerunt. Eadémque de causa etiam Apin Ægyptij diuina appellatione donarunt. Et tamen Herculem Græci testantur, structis à Deianira insidiis seipsum exussisse, eóque pacto vita excessisse, Æsculapium verò, hominem qui medicæ artis præsidio multos mortales plurimis ægritudinibus liberarat, fulmine ab Ioue percussum & extinctum esse.

A αὐτῶν, καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία. αὔξων τε τὴν κατηγορίαν, καὶ τὴν οἴησιν αὐτῶν εἰς μέσον προτίθησι· φάσκοντες γὰρ φησὶν εἶναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν. καὶ λέγει ὃ καὶ τὴν ἀποίας τὰ εἴδη· καὶ ἤλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου θεοῦ ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου. ἄφθαρτον γὰρ δὴ τὸν θεὸν ὀνομάζοντες, τοῖς δὲ φθαρτῶν σωμάτων εἰκόνας κατασκευάσαντες· οὐ γὰρ δὴ τῆς ἀθανάτου ψυχῆς ἴσασι τὴν μορφήν· τῇ τῆς σαρκὸς εἰκόνι θεῖον προσάπτουσι σέβας. καὶ οὐκ ἀπέχρησεν αὐτοῖς εἰς ἀσέβειαν ἡ τῆσδε τῆς ἀφροσύνης ὑπόνοια. ἀλλὰ καὶ πτηνῶν καὶ τετραπόδων καὶ ἑρπετῶν κατασκευάσαντες δείκηλα, θεοὺς καὶ ταῦτα κεκλήκασι· καὶ ἀσπερ ζῶντα κτείνουσιν ὡς ἰοβόλα τε καὶ ὀλέθρια, τούτων τὰς εἰκόνας θεοὺς καὶ σωτῆρας ὠνόμασε. ἀλλ' ἐπὶ μέλλομεν ἐπ' ἐκεῖνα, ἀπὸ τοῦ δεῦρο τοὺς λόγους ποιήσεσθαι· ὅτι πρώτους θεοὺς B νόμισαν καὶ Αἰγύπτιοι, καὶ Φοίνικες, καὶ μάλιστα καὶ Ἕλληνες, ἥλιον καὶ σελήνην, καὶ οὐρανὸν καὶ γῆν, καὶ τἆλλα στοιχεῖα. τοῦτο γὰρ δὴ καὶ ὁ Πλάτων, καὶ ὁ Σικελιώτης Διόδωρος, καὶ ὁ Χαιρωνεὺς ἐδίδαξε Πλούταρχος. χρόνῳ δὲ ὕστερον, καὶ τοὺς δι' πὶ δραστὰς, ἢ ἐν πολέμοις ἀνδραγαθήσαντας, ἢ γεωργίας τινὸς ἀρξαμένους, ἢ σώμασι τισὶ θεραπείαν προσενηνοχότας, ἐθεοποίησάν τε, καὶ νεὼς C τούτοις ἐδείμαντο. καὶ γὰρ δὴ καὶ τὸν Κρόνον ἄνθρωπον εἶναι Σαγχωνιάθων ἔφησε, καὶ γυναῖκα τὴν Ῥέαν τὴν ἐκείνου σύζυγα· καὶ τὸν Δία καὶ τὴν Ἥραν ἐκείνων γε παῖδας· εἶτα, διέργασιάν τινων ἀρξαμένους, καὶ δόξαν λαβόντας τὸν βίου τὸ τέλος, καὶ θεοὺς παρὰ Φοινίκων ἀναγορευθῆναι, καὶ βωμοῖς καὶ θυσίαις καὶ ἐτησίοις τιμηθῆναι δημοθοινίαις. καὶ Ἡρακλέα δὲ, ὡς γενναῖόν τε καὶ ἀνδρεῖον, ἐθεοποίησαν Ἕλληνες· καὶ τὸν D Ἀσκληπιὸν, ὡς τῆς ἰατρικῆς ἐπιστήμης διαφερόντως γεγυμνασμένον, θεὸν τελευτήσαντα προσηγόρευσαν. ἀφ' οὗ δὲ τὸν αὐτὸν αἴτιον, καὶ τὸν Ἆπιν Αἰγύπτιοι θείας προσηγορίας ἠξίωσαν. καί τοι φασὶν Ἕλληνες, τὸν μὲν Ἡρακλέα, ἀφ' οὗ συμβαίνειν ἐκ τῆς Δηϊανείρας ἐπιβουλαῖς, ἑαυτὸν καταφρῆσαι, καὶ τέλος τὸν ἑκόντα καταλύσαι τὸν βίον· τὸν δὲ Ἀσκληπιὸν, ἀνθρωπον ὄντα, καὶ πολλοὺς ἀνθρώπους ἀφ' ἧς ἰατρικῆς ἐπιστήμης παμπόλλων ἀπαλλάξαντα παθημάτων, κεραυνῷ βληθῆναί τε ὑπὸ τοῦ Διὸς, καὶ ἀφαφλαρῶσαι.

καὶ γὰρ δὴ ταῦτα καὶ ἕτερα πολλὰ ὁ Σικελιώτης Διόδωρος ἐν τῷ τετάρτῳ τῆς βιβλιοθήκης ξυνέγραψεν. ἀλλ' ὅμως οὐδὲν ἧττον Ἕλληνες, καὶ ταῦτα μεμαθηκότες, καὶ τὸν Ἡρακλέα καὶ τὸν Ἀσκληπιὸν θεοὺς ὀνομάζουσι· καὶ πρὸς τούτοις καὶ τοὺς Τυνδάρεω παῖδας Κάστορα καὶ Πολυδεύκη, οὓς Διοσκούρους καλοῦσι· καίτοι οὐδὲ πολυαρίθμους ὄντας, ἀλλὰ τοὺς Ἀργοναύτας ξυμπλεύσαντας. καὶ γὰρ καὶ οὗτοι, καὶ Ἡρακλῆς, καὶ πρὸς τούτοις Ὀρφεὺς τὴν κιθάραν κρούων μόνος, καὶ τοῖς κρούμασι τοὺς ἰχθῦς καταθέλγων, καὶ ἅπασαν τὴν ὑπ' ἠχῆς ἁρμονίαν κατανάλισκόν. τὸν τῶν Ἀργοναυτῶν ἐπλήθυον καὶ ἀλαλήτων. ὅπερ ὀλίγῳ ἔμπροσθεν τῆς Τρωϊκῆς οὗτοί γε ἦσαν πρεσβύτεροι, ἐν τῇ πρὸ ταύτης ἀποδείξαμεν ἡμέρᾳ. καὶ τὸν Διόνυσον δέ, ὡς πρῶτον ἄμπελον πεφυτευκότα, καὶ τὸν ταύτης καρπὸν ἀποθλίψαντα καὶ δείξαντα τὸ οἴνου τοῖς χρείαν, οὐ τῶν ἄλλων θεῶν σπουδάζουσιν ὁρμαθῶ. τὸν δὲ Ἀφροδίτην, οὐδὲ συνεργασίας τινὸς ἀρξάσης, ἀλλὰ καὶ ἀκολασίας μεγίστης διδασκάλου· χαμαιτύπην γὰρ αὐτὴν καὶ ἑταίραν μεγίστην φασὶ, καὶ ἐρωμένοις Κινύρου θεὰν ὀνομάκασι· καὶ θαυμαστὸν οὐδέν. οἱ γὰρ δὴ καὶ τοῖς ἰοβόλοις τὸ ἑρπετῶν τοῦτο τὸ προσηγορίαν τοῦ γένους ἑτέρας. καὶ μὴν δὴ καὶ τὸν Γανυμήδην, καθά φασιν οἱ ποιηταί, αἰτησάμενοι θεοὶ Διὶ οἰνοχοοῦντα. καὶ τὸν Ἑλένην δέ, μετὰ τοῦ πολυθρύλλητον καὶ παμπόλλοις μοιχεύσαντος, τὸν Μενέλεω χειρώσαντες, εἰς τὸν οὐρανὸν, ἦ φησιν Εὐριπίδης, αἰήραντο. οὐκοῦν οὐ τοὺς ἀγαθόν τι δεδρακότας μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀσελγεστάτους ἄνδρας καὶ γυναῖκας, ἐθεοποίησαν Ἕλληνες. ταῦτα καὶ οἱ Ῥωμαῖοι παρὰ τούτων μεμαθηκότες, τοὺς σφετέρους βασιλέας μετὰ τὸ τέρμα τοῦ βίου θεοποιίας ἠξίουν. καὶ οὐ μόνους τοὺς ἀνόμως βεβασιλευκότας, καὶ τοὺς δικαίου πεφευγότας, ἀλλὰ καὶ τοὺς τυραννικῶς τε καὶ ἀδίκως καὶ παρανόμως ἰθύναντας τὴν ἀρχήν. καὶ γὰρ Νέρωνα, πάσῃ ἰδέᾳ ἀκολασίας καὶ παρανομίας καταχόρως μετελθόντα, καὶ Δομετιανὸν, καὶ Κόμοδον, καὶ μήν τοι καὶ ἄλλους μιαιφόνους ἄνδρας καὶ λαγνεστάτους, εἰς τὸν σφετέρων θεῶν καταλόγῳ ξυνέταξαν. Τοῦτο δεύτερον οἱ ἄνθρωποι θεοποιίας ἐπινοήσαντες εἶδος. πίστιν δὲ, τοῖς μύθοις πεπιστευκότες τῶν ποιητῶν. τούτοις γὰρ καὶ ὁ Πλάτων ἐνὶ Τιμαίῳ πιστεύειν παρεγγυᾷ. Περὶ γὰρ τῶν ἄλλων δαιμόνων, φησὶν, εἰπεῖν, καὶ γνῶναι τὸν γεννήσαντα, μεῖζον ἢ καθ' ἡμᾶς·

A Hæc enim præter alia multa Siculus Diodorus in quarto Bibliothecæ libro conscripsit. At tamen, quamquam hæc probè sciant Græci, nihilo seciùs & Herculem & Æsculapium Deos appellant, & cum his Tyndarei filios Castorem & Pollucem, quos Dioscuros *Iouis filios* vocant, quamuis antiquissimi non sint, sed cum Argonautis nauigarint. Nam & isti, & Hercules, & cum his Orpheus citharã pulsans, piscésque fidibus permulcens, & soni harmoniam sequi compellens, Argonautarum numerum impleuerunt.

B Fuisse autem illos generatione vna Troicis temporibus vetustiores, proxima disputatione ostendimus. Bacchum etiam, quòd auctor serendæ vitis exstiterit, vuáque compressa vini vsum ostenderit, in cæterorum Deûm ordinem transcripserunt. At Venerem, nullius beneficij auctorem, sed intemperantiæ magistram, (prostituti siquidem corporis meretricem fuisse aiunt, ac Cinyrę amasiam) Deam tamen appellarunt. Neque id sanè mirandum. Nam qui venenata quoque reptilia appellatione ista dignati sunt,

C ægrè vtique mulieres hoc honore spoliassent. Quin & Ganymedem apud Poëtas rapuisse Dij perhibentur, qui Ioui pocula ministraret, & Helenam, post plurima & vulgatissima adulteria, à Menelao seiungentes in cælum, vt Euripides ait, sustulerunt. Itaque non solùm eos qui boni aliquid gessissent, sed lasciuissimos etiam viros ac mulieres, Græci Deos fecerunt. Hos ritus cùm ab eis Romani didicissent, Imperatores suos vita functos Deos consecrabant. neque eos solùm qui legitimè regnarant, iustitiámque coluerant, sed eos etiam

D qui per tyrannidem ac iniustitiam ac præter fas imperium gubernarant. Nam & Neronem, qui lasciuiæ iniquitatísque genus omne ad satietatem exercuit, ac Domitianum & Commodum, sæuissimósque alios & intemperantissimos homines, Deorum suorum catalogo adiunxerunt. Hanc secundam dedicationis speciem homines excogitarunt. Tertiam verò, qui fidem Poëtarum fabulis habuerunt, quibus & Plato in Timæo credendum suadet: *De aliis enim dæmonibus*, inquit, *loqui vel scire ipsorum genus, vires nostras excedit.*

Credenda verò quæ nobis veteres tradiderunt, à Diis, vt ipsimet dicunt, geniti, qui parentes suos optimè nouerant. Non itaque fieri potest vt fides Deorum filiis non habeatur, tametsi nec signis nec demonstrationibus necessariis vtantur ad faciendam fidem: sed tanquam sibi propria & domestica se dicere profitentibus, legi obsequendo credendum. Deinde verò & Hesiodum profert in medium, & Chaos, & Oceanum, & Tethyn, & Cælum, & Terram, & horum filios, Saturnum, & Rheam, Iapetum, & alios, rursúsque ex Saturno & Rhea genitos, Iouem, Iunonem, Neptunum, Plutonem. Neque pudet Philosophum hortari vt fides habeatur talia fabulantibus, lasciuissimósque nobis Deos, & patricidas, filiorúmq; enectores proponentibus. Saturnus enim, & Cæli patris pudenda exsecuit, & filios quos ipse gigneret deuorauit. Iupiter verò, cùm Saturnum patrem regno expulisset, & Tartaro tradidisset, tyrannum se libidinosissimum præbuit. Neque enim solam sororem, sed matrem & filiam sibi vxores adiunxit: ac præter has alias & Deas, & mulieres vitiauit innumeras. Quæ sanè cùm minimè ignoraret Plato, hortatus est tamen, vt solius patriæ legis causa Poëtis fidem habeamus, tametsi neque signis probabilibus neque demonstrationibus necessariis niterētur. Ex quo constat, Athenienses populi metu fuisse adductum, & erroris quo implicitus ille tenebatur. Quod verū esse ipsemet Plato in Republica sic testatur: *Primùm, inquam ego, qui maximum maximísque de rebus mendacium est loquutus, procul à veritate mentitus est, Cælum videlicet ea perpetrasse quæ poëta canit Hesiodus, eumdémque à Saturno affectum supplicio fuisse. Sed neque si maximè vera sint quæ Saturnus fecisse dicitur, quæque à filio Ioue perpessus, temerè sunt ea stultis hominibus inuenibúsque narranda: sed reticenda sunt ea potiùs, aut, si qua instet enunciandi necessitas, danda est opera vt obscurioribus verbis ea proferri audiant.* Et iterùm post pauca hæc addit, *Etenim, ait ille, difficiles, ô Adimante, sunt hi sermones, neque in ciuitate nostra dicendi. Neque enim audiente iuuene dicendum puto, quòd qui maximè sit iniustus, nihil noui admirandúque admittat, neque qui malum atque iniquum pa-*

A πιστευτέον ὃ τοῖς εἰρηκόσιν ἔμπροσθεν, ἀκηκόοις μὲν οὖσι θεῶν, ὡς αὐτοὶ φασιν, σαφῶς δὲ πως τοὺς ἑαυτῶν προγόνους εἰδόσιν. ἀδύνατον οὖν θεῶν παισὶν ἀπιστεῖν, καὶ ταῦτα αὐτοῦ εἰκότων καὶ ἀναλλήπτων ἀποδείξεων λέγουσιν· ἀλλ' ὡς οἰκεῖα φάσκουσιν ἀπαγγέλλειν, ἐπομένους τῷ νόμῳ, πιστευτέον. εἶτα τὸν Ησίοδον εἰς μέσον προάγει, καὶ τὸ Χάος, καὶ τὸν Ὠκεανὸν καὶ τὴν Τηθύν, καὶ τὸν Οὐρανὸν καὶ τὴν Γῆν, καὶ τούτοις τοὺς παῖδας, τὸν Κρόνον καὶ τὴν Ρέαν, τὸν Ιαπετὸν, καὶ τοὺς ἄλλους· εἶτ' αὖ πάλιν τοὺς ἐκ Κρόνου καὶ Ρέας φύντας, τὸν Δία,
B τὴν Ηραν, τὸν Ποσειδῶνα, τὸν Πλούτωνα. εἶτ' οὐκ ἐρυθριᾷ ὁ φιλόσοφος πιστεύειν κελεύων τοῖς τὰ τοιαῦτα μυθολογοῦσι, καὶ ἀκολάστους ἡμῖν θεοὺς καὶ πατραλοίας εἶτα παιδοκτόνους εἰσάγουσιν. ὅ, τε γὰρ Κρόνος Οὐρανοῦ τὸν πατρὸς ἀπέτεμε τὰ αἰδοῖα, καὶ τοὺς τικτομένους αὐτῷ παῖδας κατέπιε· ὅ, τε Ζεὺς, τὸν πατέρα τὸν Κρόνον ἐξελάσας τῆς βασιλείας, εἶτα τῷ Ταρτάρῳ, τύραννος ἀνεφάνη εἶτα λίαν ἀκόλαστος. οὐ γὰρ δὴ μόνῃ τῇ ἀδελφῇ, ἀλλὰ καὶ τῇ μητέρᾳ εἶτα τῇ θυγατέρᾳ γαμετὰς ἐποιή-
C σατο· εἶτα τούτοις, ἄλλας καὶ θεὰς εἶτα γυναῖκὶ ξυνεμίγη μυείαις. ἀλλ' ὅμως καὶ ταῦτα ὁ Πλάτων σαφῶς ὑπισχνούμενος, πιστεύειν τοῖς ποιηταῖς πρέπειν, καὶ ταῦτα αὐτοῦ εἰκότων καὶ ἀναλλήπτων ἀποδείξεων λέγουσι, διὰ μόνον γε τὸν νόμον. δῆλος οὖν ὢν ὅτι τὸν τῶν Αθηναίων ὅμιλον ὀρρωδῶν, καὶ τὸν ἐκεῖνον κατέχοντα πλάνον. καὶ ὅτι γε τοῦτο ἀληθὲς, μάρτυς αὐτὸς ὧδε λέγων ἐν Πολιτείᾳ· πρῶτον μὲν, ἦν δ' ἐγὼ, τὸ μέγιστον περὶ τῶν μεγίστων ψεύδος ὁ εἰπὼν, οὐκ ἀληθῶς ἐψεύσατο, ὅτι Οὐρανός τε εἰργάσατο ἃ
D φησὶ δράσαι αὐτὸν Ησίοδος· ὅ, τε αὖ Κρόνος ὡς ἐτιμωρήσατο αὐτόν. ὅτι δὲ δὴ τὰ περὶ τοῦ Κρόνου ἔργα καὶ πάθη ἔτι τοῦ υἱέως, οὐδ' ἂν εἷς ἀληθῆ, δεῖ ῥᾳδίως οὕτω λέγεσθαι πρὸς ἀφρονάς τε καὶ νέους, ἀλλὰ μάλιστα μὲν σιγᾶσθαι· εἰ δὲ ἀνάγκη τις ἦν λέγειν, δι' ἀπορρήτων ἀκούειν. καὶ αὖ πάλιν μετ' ὀλίγα ἔτι πάνδε ἔφη· Καίτοι, ἦν δ' ἐγὼ, οἵ τε λόγοι χαλεποί, καὶ οὐκ ἐνδεκτοί γε, ὦ Ἀδείμαντε, ἐν τῇ ἡμετέρᾳ πόλει· οὐδὲ λεκτέον νέῳ ἀκούοντι, ὡς ὁ ἀδικῶν τὰ ἔσχατα οὐδὲν ἂν θαυμαστὸν ποιοῖ, οὐδὲ ὁ ἀδικῶν τὸν πα-

τέρα κολάζων πρωτὶ ἔτπω· ἀλλὰ δρῶν αὖ
ἄνδρ' θεῶν οἱ ἄριστοι τε καὶ μέγιστοι. Οὐδὲ
αὐτῶ μοι δοκεῖ ὑπιτήδια εἶ λέγειν, οὐδὲ
ἄλλῳ, ὦ δ' ἐγὼ, Ὦ πρόπον, ὡς οἱ θεοὶ
θεοῖς πολεμοῦσι, καὶ ὑπιβουλεύουσι, & μά-
χονται. οὔτε γὰρ ἀληθῆ, οὔτε σύμφορα· εἴ-
γε δή ἡμῖν, τοῖς μέλλοντας τῆ πόλιν φυ-
λάττειν αἴσχιστον νομίζειν ῥᾳδίως ἀλλή-
λοις ἀπεχθάνεσθαι· πολλοῦ γε δεῖ γιγαντο-
μαχίας τε μυθολογητέον αὐτοῖς, καὶ ὑφαν-
τέον, καὶ ἄλλας ὑπιβουλὰς πρωτοδαπὰς
θεῶν τε καὶ ἡρώων, οἷς ξυγγενεῖς τε καὶ
οἰκείοις αὐτῶν. ἔπειτα νομοθετήσας ἵνα
χρὴ προσφέρειν τοῖς νέοις μαθήματα,
προστέθεικε καὶ ταῦτα· Ἥρας δὲ δεσμοὺς ὑπὸ
υἱέως, & Ἡφαίστου ῥίψεις ὑπὸ πατρὸς,
μέλλοντος τῆ μητρὶ τυπτομένῃ ἀμυνεῖν,
& θεομαχίας ὅσας Ὅμηρος πεποίηκεν,
οὐ προσδεκτέον εἰς τῆν πόλιν, οὔτ' ἐν
ὑπονοίαις, οὔτε ἄνευ ὑπονοιῶν. Ταῦτα
ἐγὼ οἶμαι & τοῖς παμπαν ἀνοήτοις & λό-
γων ἀμυήτοις ὑπίδηλα εἶναι, ὡς αὐτίχρις
ἐναντία τοῖς ἐν τῷ Τιμαίῳ γεγραφσιν αὐ-
τῷ. ἐκεῖ γὰρ ἀδεεῖτως τε καὶ ἀναμφισβη-
τήτως τοῖς ποιηταῖς πιστεύειν προστάξε,
& ταῦτα αὖ εἰκότων & ἀναγκαίων ἀπο-
δείξεων λέγουσιν· ἐνθάδε δὲ αὖ ἄνευ λόγων
ἐκωμῴδησεν, ὡς ψευδῆ ἄττα καὶ βλάσφη-
μα διαπλάσσοντας. ταύτη τοι καὶ ἀλληγο-
ρεῖ τῶν θεῶν τὰ ὀνόματα, & τῆν τῶν μύ-
θων αἰσχρότητα ξυσκιάζειν πειρᾶται. τού-
των δὲ τῶν λόγων ὁ Κρατύλος αὐάπλεως.
ἐν ἐκείνῳ γὰρ δή τῳ διαλόγῳ, τὸν μὲν
Κρόνον, ποτὲ μὲν Κόρονον ὡς τὸ νοῦ λό-
γον ὠνόμασε, ποτὲ δὲ χρόνον· καὶ ῥοώ-
δη φύσιν τῆν Ῥέαν, ἀέρα τῆν Ἥραν·
ὁ γὰρ πολλάκις, φησὶ, τῆ διαλέκτῳ τῆς
Ἥρας ἐρασμιώνιος, τὸν ἀέρα γε σαφῶς
αὐτὴ τῆς Ἥρας ἐρεῖ. καὶ τῆν ὑγρὰν δὲ οὐσίαν
Ποσειδῶνα ἐκάλεσεν, ὡς δέοντά τε καὶ
δεσμοῦντα τῶν βαδιζόντων τοῖς πόδας, καὶ
προσκαίνειν κωλύοντα. Δήμητρα δὲ τῆν
γῆν καὶ αὐτὸς, καὶ Ὀρφεὺς, καὶ οἱ ἄλλοι πρω-
τονομάζουσιν, ὡς δὴ μητέρα οὖσαν καὶ
ἔφορον τῶν ἐν αὐτῆ διαπορευόντων ἀπάντων.
καὶ Αἰγύπτιοι δὲ τὴν Ἶσιν καὶ τὸν Ὄσιριν, ἥλιον
εἶναι καὶ σελήνην φασί· Δία δὲ Ὃ πρώ-

trem modis omnibus puniat: quandoquidem ea faciat quæprimi ac maximi Deorum fecisse narrantur. Nequaquam verò, inquam ego, ea mihi videntur prorsus idonea quæ adolescenti; quæue cuiquam alij referantur, quòd videlicet Dij Deos bello insidiisque lacessunt. neque enim vera, neque vtilia censenda sunt: siquidem de iis nobis, qui custodes futuri sunt ciuitatis, turpissimum est existimare, quòd facilè in mutuas simultates inimicitiásque ferantur. Tantum abest vt fabulosæ Deorum pugnæ gigantúmque dicendæ sint iuuenibus, aut componendæ, aliæue genus omne insidiæ quas Dij heroésque aduersus consanguineos ac necessarios suos struxerunt. Deinde autem, cùm legè sanxisset, quænam iuuenibus proponendæ sint disciplinæ, hæc adiunxit: *Iunonem verò à filio ligatam fuisse, Vulcanúmque proiectum à patre, cùm matri à patre vapulanti opem ferre vellet, Deorum prætereà pugnas quæ ab Homero finguntur, neque sensu allegorico, neque absque allegoria, in ciuitatem admitti decet.* Puto autem ego hæc, ab iis etiam qui stolidi prorsus & literarum ignari sunt, manifestè cognosci penitùs illis contraria, quæ idem Plato in Timæo conscripsit. Ibi enim sine vlla disceptatione & controuersia Poëtis credendum præcepit, quamuis sine signis & demonstrationibus necessariis loquantur: hîc verò palàm & apertè eos accusat, quòd falsa & probrosa commenti sint. Ideò & Deorum nomina allegoriis honestat; fabularúmque turpitudinem obtegere conatur. Huiusmodi autem sermonum plenus est *Cratylus*. In eo quippe Dialogo, Cronon, hoc est Saturnum, modò Coronon quasi mentis rationem vocat: modò Chronon, id est tempus: & Rheam fluxam naturam, & Heram, hoc est Iunonem, aërem. *Qui enim*, inquit, *rectum nominis Hera sæpiùs pronunciarit, manifestè pro Hera aërem dicet.* Sed & humentem naturam Posidonem, hoc est Neptunum vocauit, quasi ambulantium pedes ligantem, ac progredi non sinentem. Demetram verò, id est Cererem, & Plato, & Orpheus, & alij, Terram nominant, vt quæ mater altrixque sit omnium quæ in ea vitam ducunt. At Ægyptij Isin & Osirim solem & lunam esse aiunt. Iouem verò spiritum

qui per omnia feratur, & Vulcanum ignem, & humidam naturam Oceanum. Hoc autem & Manethon & Diodorus scribunt. Ac Terræ quidem partem principalem Vestam nuncuparunt: Rheam verò petrosam & montanam, at Cererem campestrem. Plantarem porrò vim *Dionysŏn*, id est Bacchum vocarunt. Lunam verò, Dianam seu *Artemin* nuncuparunt, velut aërotomin, aerisecam, quòd per aërem pergat, & hunc secet. Huic autem Apin, id est bouem, Ægyptii nutriunt: Soli verò hircum, quem Mneuim vocant. Ita nonnulli Philosophorum pudore affecti, Poëtarum fabulas in allegoriam verterunt. Fabularum verò expositiones huiusmodi nec Romani vnquam admittendas censuerunt. Cuius rei Dionysius Halicarnaseus idoneus testis est, de Romanis sic loquens in libris quos de Romanis antiquitatibus conscripsit: *Neque enim perhibetur apud Romanos Cælus à suis liberis euiratus, neque Saturnus progenitos à se filios de medio tollens, ne ipsorum appetatur insidiis: neque Iupiter Saturni demoliens imperium, patrémque suum in carcerem Tartareum coniiciens.* Ceteras denique Græcorum mythologias & ceremonias à Romanis similiter reiici tradit. Atque hunc tertium deificationis modum à Græcis excogitatũ diximus. Est verò & quartum genus, extremæ insaniæ furorísq; plenissimũ. Quam enim patibilem rationisq; expertem animæ partem vocant, & quam rationis imperio subiici adhortantur, hanc deificant. Et concupiscẽtiam quidem Venerem Cupidinémq; appellãt, Martem verò excandescentiã, & ebrietatem Dionysium, & furtũ Mercurium, & mentem Mineruam, & Vulcanum artes quæ ignis adminiculo vtantur. Neque illos pudet, cùm intemperantiam detestentur, eique deditos pœna afficiant, eamdem ipsam rursus pro Deo venerari: cúmque impudicos & scorta ex lege ignominia afficiant, & morte plectant eos qui alienos toros insiliunt, homicidásque in crucem tollant, & fustibus concîdant, causas tamen ac stirpes tantorum scelerum, libidinem & iracundiam, & ebrietatem, celestes Deos vocare, diuinósque illis honores exhibere. Et cùm morborum talium

A τῶν χωρίων πνεῦμα· Ἥφαιστον δ', ὃ πῦρ. τὴ δ' ὑγρὰν οὐσίαν Ὠκεανόν. ταῦτα δ' καὶ ὁ Μανέθων καὶ ὁ Διόδωρος γράφει. τὴν δ' Ἑστίαν δυνάμεως τὸ ἡγεμονικόν, Ἑστίαν ὠνόμασαν· Ῥέαν δ', τὴν πετρώδη καὶ ὄρειον· Δήμητρα δ', τὴν πεδινήν· τὴν φυτικὴν δ' δυνάμιν, Διόνυσον προσηγόρευσαν. τὴν δὲ σελήνην Ἄρτεμιν ὠνόμασαν, οἱονεὶ ἀεροτέμιν· ἄτε δὴ διὰ τοῦ ἀέρος ἰοῦσαν καὶ τοῦτον τέμνουσαν. ταύτην δὲ τὸν Ἆπιν, τὸν βοῦν δὴ λέγω, Αἰγύπτιοι τρέφουσιν· τὸν δὲ μνεῦιν τρέφουσι τράγον. οὕτως ἐρυθριάσαντες

B τῶν φιλοσόφων τινὲς, τοῖς μύθοις τῶν ποιητῶν εἰς ἀλληγορίαν ἐτρέποντο. τὴν δὲ μυθολογίαν οἰκείαν οὐδὲ Ῥωμαῖοι προσεδέξαντο πώποτε. καὶ μάρτυς ἀξιόχρεως ὁ Ἁλικαρνασεὺς Διονύσιος, ἐν τῇ Ῥωμαϊκῇ ἀρχαιολογίᾳ τοιάδε περὶ Ῥωμαίων συγγράφας. οὔτε γὰρ Οὐρανὸς ἐκτεμνόμενος ὑπὸ τῶν ἑαυτοῦ παίδων παρὰ Ῥωμαίοις λέγεται, οὔτε Κρόνος ἀφανίζων τοὺς ἑαυτοῦ γονεῖς, φόβῳ τῆς ἐξ αὐτῶν ἐπιθέσεως· οὔτε Ζεὺς καταλύων τὴν Κρόνου δυναστείαν, καὶ κατακλείων ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ τὸν Τάρταρον τὸν ἑαυτοῦ πατέρα. καὶ τὰς ἄλλας δὲ τῶν

C Ἑλλήνων ὁμοίως μυθολογίας τε καὶ τελετὰς λέγει τοὺς Ῥωμαίων ἐκβάλλεσθαι. τοῦτο τρίτον εἶδος ἐπινενοῆσθαι τοῖς Ἕλλησι θεοποιίας εἰρήκαμεν· ἔστι δέ γε καὶ τέταρτον, ἐμβεβηκυίας καὶ παραπληξίας ἐσχάτης μεστόν. ὃ γὰρ παθητικόν τε καὶ ἄλογον τῆς ψυχῆς ὀνομάζουσι μέρος, τοῦτο θεοποιοῦσιν· ὅθεν τῷ λογισμῷ δουλεύειν παρεγγυῶσι. καὶ τὴν μὲν ἐπιθυμίαν, Ἀφροδίτην καλοῦσι καὶ Ἔρωτα· Ἄρεα δ' τὸν θυμὸν ὀνομάζουσι· τὴν δ' μέθην, Διόνυσον· καὶ τὴν μὲν κλοπὴν, Ἑρμῆν· τὸν δὲ λογισμόν, Ἀθηνᾶν· Ἥφαιστον δ', τὰς

D διὰ πυρὸς τέχνας. καὶ οὐκ αἰσχύνονται τῆς μὲν ἀκολασίας κατηγοροῦντες, καὶ τοὺς ταύτης ἐργάτας κολάζοντες, πάλιν δὲ αὖ ταύτην γεραίροντες ὡς θεόν· καὶ νόμῳ μὲν ἀτιμοῦντες τοὺς ἑταιρουμένους καὶ τὰς πορνευομένας, τοὺς δὲ τὰς ἀλλοτρίας ἀποσυλῶντας δῃνὰς καθοσιοῦντες, καὶ μήν τοι καὶ τοὺς ἀνδροφόνους ἀνασκολοπίζοντες καὶ ἀποτυμπανίζοντες, τὰ δέ γε τούτων αἴτια τῶν ἀμαρτάδων, τὴν ἐπιθυμίαν καὶ τὸν θυμὸν, καὶ τὴν μέθην, θεοὺς οὐρανίους προσαγορεύοντες, καὶ θεῖον αὐτοῖς ἀπονέμοντες σέβας· καὶ τοὺς νόμους μὴ ἀπομένοντας

ἀφ' ὧν τάδε τιθέντες τὰ πάθη, αὐτὰ δέγε τὰ πάθη νόμῳ τιμᾶσθαι κελεύοντες· καὶ τῷ μὲν ἀρετῷ ἀφ' νόμφ τε καὶ λόγων τιμῶντες, ἔργῳ δὲ τὰ πάθη σεβόμενοι, καὶ κείνῳ ὡς περιττὴν ἐξελαύνοντες. Εἰ γὰρ δὴ κῆ τ' τούτων λόγον ἡ ἐπιθυμία θεός, ὁ ταύτη γε μὴ εἴκων, πᾶσιν ἄθεος. καὶ εἰ ἡ μέθη αὖ πάλιν καὶ ὁ θυμὸς ὡσαύτως θεοὶ, ὁ τούτων ἄρα κρατῶν ἀντίθεος ἀντίχρις. Φευκτέον οὖν ἄρα τῷ ἀρετῷ, ὡς ἐναντίαν οὖσαν θεοῖς, καὶ τῷ κακίαν ὡς θεὸν ὀνομαθεῖσαν ἀσπαστέον. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τῶν ποιητικῶν μύθων ἐστὶ λεπτοδέστερά τε καὶ βλακερώτερα· ἐς δ' καπνὸν κῆ τῷ προοιμίῳ, ὡς ἔοικε, φυγόντες, εἰς αὐτὸ δὴ τὸ πῦρ ἐμπεπτώκαμεν· τοιοῦτος γὰρ δὴ τῆς ψεύδους ὁ πλάνος· καὶ ταύτῃ τις ἀφ' φύγῃ τῷ ἀτραπὸν, εἰς ἑτέραν ἐμπεσεῖται χαλεπωτέραν. τοιαύτην μὲν δὴ τῆς θεοποιίας καὶ τὸ τέταρτον εἶδος. αὐτίκα γοῦν Ἀντισθένης, ὁ Σωκράτους, ἑταῖρος, καὶ διατρίβων διδάσκαλος, τῷ σωφροσύνῃ πρὸ πλείστου ποιούμενος, ἐς τῷ ἡδονῇ μυσαττόμενος, τοιάδε περὶ τῆς Ἀφροδίτης λέγεται φανῆναι· Ἐγὼ δὲ τῷ Ἀφροδίτῃ καταρξάμενος, εἰ μάθοιμι· ὅτι πολλὰς ἡμῶν καλὰς ἐς ἀγαθὰς γυναῖκας διέφθειρεν. τὸν δέ γε ἔρωτα κακίαν σκάλλειν τῆς φύσεως· ἧς ἥττους ὄντες οἱ κακοδαίμονες, θεὸν τῷ νόσον καλοῦσι. ταύτῃ τοι μανίᾳ μᾶλλον ἢ παθῶν ἤρεῖτο. ὅτι δ' ἐν κῆ τῶν τῆς ἀληθείας διαφώνων λόγων, ἴδοι τις ἂν ἀκριβῶς τοῖς τῶν φιλοσόφων ξυγγράμμασιν ἐντυχών. Πλάτων μὲν γὰρ ἄερα τῷ Ἥραν ὀνόμασε· Πλούταρχος δ' ὁ Χαιρωνεὺς τῷ γῆν προσηγόρευσεν Ἥραν· Λήθην δὲ τῷ λήθῃ, ἢ τῷ νυκτὶ, ἐν ᾗ οἱονεὶ λήθῃ ἡ ἀθάνατος δέχεται. ὁ δ' Ὀρφεὺς, Γῆν φησὶ μήτηρ πάντων, Δημήτηρ πλουτοδότειραν. ὅτι δέ γε καὶ τὰς ἀλλήλων θεολογίας ἀντέτρεπον, ὁ Πλάτων ἐν Ἐπινομίδι δηλοῖ, λέγων ὧδί. Θεολογίαν τοίνυν καὶ ζωογονίαν ἀναλαβόντες, ὡς ἔοικε πρῶτον ἐμοὶ, κακῶς ἀπεικασάντων τῶν ἔμπροσθεν, βέλτιον ἀπεικάσαντες τῶν ὕστερον λόγον, ἀναλαβόντα καὶ πρὸς τοὺς δυσσεβεῖς ἐλπιδόντα λόγους. περὶ δὲ τῶν θεοποιηθέντων αὖ θνητῶν ὁ Πλούταρχος ἐν τῷ ξυγγράμματι τῷ περὶ τῶν ἀπολελοιπότων χρηστηρίων ὧδε φησίν· Τὰ δὲ Γιγαντικά τε καὶ Τιτανικὰ παρ' Ἕλλησιν ἀδόμενα, καὶ πολλαὶ

A causa leges omnes instituant, ipsos tamen morbos venerari lege præcipere: ac virtutem quidem legibus & verbis honorare, factis verò vitia colere, & illam vt superuacaneam abigere. Si enim, vt ipsi aiunt, concupiscentia Deus est, qui huic reluctatur, prorsus est impius. Pari modo, si ebrietas & iracundia Dij sunt, qui ab his se continet, Deo est apertè contrarius. Quare fugienda erit virtus, tanquam Diis contraria: & adamanda, incontinentia, vt quæ Deus nuncupetur. Verùm hæc poëticis fabulis multo leuiora sunt magisque noxia, B & dum fumum euitamus, quod est in prouerbio, in ignem incidimus. Habet enim hoc periculum mendacij falsitas, vt qui hunc effugerit callem, incidat in alterum difficiliorem. Hæc igitur apud Græcos quarta species Deos instituendi. Antisthenes quidem, Socratis familiaris, Diogenisque præceptor, cùm temperantiam plurimi faceret, voluptatémque execraretur, hæc de Venere fertur dixisse: *Ego, si Venerem capere mihi liceat, iaculis nil moratus transfigam: quia hæc nobis honestas probásque mulieres* C *multas corrupit.* Cupidinem verò naturæ vitium appellabat: cui succumbentes miseri, ægritudinem Deum vocant. Eam ob rem insanire malebat, quàm voluptate affici. Quod autem etiam allegorico sensu discordes inter se fuerint, planè cognoscet qui in Philosophorum libros incideřit. Plato enim Iunonem aërem nuncupat: Plutarchus verò Chæronensis eandem esse vult terram: Latonam autem obliuionem vel noctem vocat, in qua mens obliuionem rerum accipiat. Orpheus autem ait:

D *Terra Ceres, cunctis mater, dans omnia largè.*

Quòd item suas de Diis sententias mutuò euerterint, Plato in Epinomide ostendit his verbis: *Theologiam itaque, & animalium genituram, cùm superiores, quantum mihi videtur, non benè effinxerint, necesse est vt ipsi resumentes posteriore sermone meliùs effingamus, accedentes ad pias sanctásque rationes.* De hominibus autem qui in Deos relati fuerunt, Plutarchus in libro *De oraculorum defectu*, ita scriptum reliquit: *Gigantum verò gesta & Titanum, quæ à Græcis canuntur, aliâ-*

que complura nefanda facinora, Typhonisque aduersus Apollinem pugnæ, & Bacchi exilia, Cereriſque errores, nihil differunt ab Oſiricis Typhonicíſque rebus, quas paſſim eſt audire impudenter fabulis inuulgatas. Rurſúſque idem hæc etiam ait: *Quandoquidem & Solymos audio, Lycijs propinquos, Saturnum maximè venerari: poſtquam verò is eorum principes, Arſalum, & Aryum, ac Toſabin de medio ſuſtulit, fugiénſque diſceſſit, quocumque demum abierit, (hoc enim compertum non habent) nullam eius curam illis fuiſſe, Arſalum verò ſocióſque duros Deos appellaſſe, atque horum nomine imprecationes priuatim ac publicè Lycios concipere.* Ægyptios quoque Porphyrius, in epiſtola ad Anebonem Ægyptium, teſtatur hominem in Annabi pago pro Deo colere, eique ſuper aras ſacrificare, deinde ſtato tempore ſuas illi dapes, quibus veſcatur, offerre. Ceterùm nec quartus illis error ſuffecit, ſed quintum inſuper commenti ſunt. Peſſimos enim dæmonas ſibi Deos fecerunt, magicáſque impoſturas ab eis perdocti, ſacrificiis illos aliiſque ritibus coluerunt. quod Porphyrius oſtendit in libro *De Philoſophia ex Oraculis.* Ego autem ipſius verba hîc apponam: *Per infeſtos dæmonas vſus omnis in Magia perficitur. His enim maximè præſidem horum poteſtatem placant ij, qui per veneficia res noxias exercent. Pleni enim ſunt mali Dæmones omne genus apparitionum atque imaginum, poſſúntque præſtigiis ludificare, ac philtris & amatoriis potionibus conficiendis. Omnis namque diuitiarum & gloriæ ſpes ab his pendet, præcipuè verò fraus: mentiri enim eorum proprium eſt, & præſidens illis poteſtas, Deus videtur eſſe maximus. Hi denique, qui nidore ac libaminibus gaudent, quibus eorum corporea vis ſpiritualiſque reficitur ac pingueſcit.* Opportunè autem mihi hoc loco cum Porphyrij verbis Deorum apud Homerum ſermones iungendi ſunt. Nam & illi quoque libamina nidorémque victimarum, propriam ſibi ſortem vocant. Vnde conſtat, malos Dæmonas à Porphyrio dici, quos Poëta Deos appellat. Hos enim hic, ille illos nidore ac libaminibus gaudere affirmat. Quærendum verò, quænam illa ſit poteſtas quam Porphyrius ait malis Dæmonibus præſidere, ac ſeſe

A λινες ἀθεσμοι περὶ ξέλς, καὶ τ̃ Τυφῶνος αἰτίας πρὸς Ἀπόλλωνα, φυγαί τε Διονύσου, & πλάνη Δήμητρος, οὐδὲν ἀπέχουσι τ̃ Ὁσιριακ̃ καὶ Τυφωνικ̃ν, ὧν πρὸ πᾶσιν αἰσχύνη ἐστὶ μυθολογουμένων ἀκούειν. & πάλιν ὁ αὐτὸς & τάδε φησίν. Ἐπεὶ & Σολύμους πυνθάνομαι, τοὺς Λυκίων προσοίκους, ἐν τοῖς μάλιστα τιμᾶν τ̃ Κρόνον· ἐπεὶ ὃ ἀποκτείνας τοὺς ἀρχηγέτας αὐτῶν Αρσαλὼν & Αρυον & Τόσαβιν, ἔφυγε καὶ μετεχώρησεν ὁπουδήποτε· τοῦτο γὰρ οὐκ ἔχουσιν εἰπεῖν· ἀγνοοῦν μὲν ἀμεληθῆναι, τοὺς δὲ περὶ Αρσαλὼν, σκληροὺς θεοὺς προσαγορεῦσαι, & τὰς κατάρας ὑπὲρ B τούτων ποιεῖσθαι ἰδίᾳ & δημοσίᾳ Λυκίους. τοὺς δ' Αἰγυπτίους φησὶν ὁ Πορφύριος, ἐν τῇ πρὸς Ανεβὼ τ̃ Αἰγύπτιον ἐπιστολῇ, ἄνθρωπον σέβειν ἐν Ανναβὶ κώμῃ, καὶ τούτῳ θύειν ὑπὲρ τ̃ βωμοῦ· εἶτα προσφέρειν αὐτῷ κατὰ καιρὸν τὰ οἰκεῖα ἔδεσμα. ἄλλα γὰρ οὐδὲ ὁ τέταρτος ἀνθρώποις ἀπέχρησε πλάνος· ἄλλα & πέμπτον προσεπεισόδησαν, & τοὺς παμπονήρους ἐθεοποίησαν δαίμονας, & τὰς τ̃ γοητείας πρὸ αὐτῶν μαγγανείας μεμαθηκότες, τελεταῖς αὐτοὺς & θυσίαις ἐτίμησαν. & τοῦτο δεδήλωκεν ὁ Πορφύριος ἐν τῷ περὶ τ̃ ἐκ λογίων φιλοσοφίας ξυγγράμματι. ἐγὼ δὲ αὐτοῦ C τὰ ῥήματα παραθήσομαι· Διὰ μὲν τοι τ̃ ἐνθυμίων & ἡ πᾶσα χρεία τελεῖται. τούτοις γὰρ μάλιστα τ̃ τούτων προσεχώσαν τιμῶσιν οἱ τὰ κακὰ δρᾶν ἐπιθυμοῦντες. πλήρης γὰρ πάσης φαντασίας, & ἀπάτης ἐστὶν ἡ περὶ τὰ θεουργίας, & περὶ τὰ φίλτρα καὶ ἐρωτικὰ κατασκευάζειν, οἱ κακοδαίμονες. πᾶσα γὰρ καὶ πλούτων ἐλπὶς καὶ δόξης ἀπὸ τούτων, & μάλιστα ἡ ἀπάτη. ὃ γὰρ φθόνος τούτοις οἰκεῖον· βούλονται γὰρ εἶναι θεοὶ καὶ ἡ προσεχοῦσα αὐτῶν δυνάμις δοκεῖ θεὸς εἶναι μέγιστος. οὗτοι οἱ χαίροντες λοιD βῇ τε καὶ κνίσῃ, δι' ὧν αὐτῶν τὸ σωματικὸν καὶ πνευματικὸν παίνεται. εἰς καιρὸν δέ μοι προσήκει τοῖς τ̃ Πορφυρίου παραθεῖναι ῥητοῖς τοὺς τ̃ Ομηρικ̃ν θεῶν λόγους. & γὰρ ἐκεῖνοι τ̃ λοιβὴν & τὴν κνίσην οἰκεῖον λάχος καλοῦσι. τοιγάρτοι ὁ Πορφύριος δῆλός ἐστι τοὺς ὑπὸ τ̃ ποιητ̃ν θεοὺς κακοδαίμονας, πονηροὺς δαίμονας ὀνομάζων. καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἐκείνοις, καὶ οὗτοι τούτοις λοιβῆ καὶ κνίσῃ χαίρειν ἀναφανδὸν ἐψηφίσαντο. ζητητέον μέντοι, τίνα ποτὲ τὴν τῶν πονηρῶν δαιμόνων δύναμιν ὁ Πορφύριος λέγει, ὡς φθονοῦντας μέ-

γεσθαι

μιζον θεὸν ἑαυτὸν ἔφησεν ὀνομάζειν. Ἀλλὰ γὰρ οὐ δεῖ μοι πόνου πρὸς ζήτησιν. ἐν αὐτῷ γὰρ τῷ ξυγγράμματι τὰ ταῦτα φησί· Τοὺς δὲ πονηροὺς δαίμονας οὐκ εἰκῆ ὑπὸ τὸν Σάραπιν ὑποπτεύομεν. οὐδὲ ἐκ τῶν συμβόλων μόνον ἁπτόμενοι· ἀλλὰ ὅτι τὰ μειλίγματα, καὶ τὰ τούτων ἀποτρόπαια, πρὸς τὸν Πλούτωνα γίνεται, ὡς ἐν ὀλίγῳ πρόσθεν ἐδείκνυμεν. ὁ αὐτὸς δὲ τῷ Πλούτωνι ἔστιν ὁ θεὸς, καὶ μάλιστα δαιμόνων ἄρχων. πάλιν δὲ αὖ ἐν τάδε προστέθηκεν· Μήποτε οὗτοί εἰσιν, ὧν ἄρχει ὁ Σάραπις; καὶ τούτων σύμβολον ὁ τρικάρηνος κύων, τουτέστιν ὁ ἐν τοῖς τρισὶ στοιχείοις, ὕδατι, γῇ, ἀέρι, πονηρὸς δαίμων· οὓς καταπαύει ὁ θεὸς ἔχων ὑπὸ χεῖρα. ἄρχει δὲ αὐτῶν καὶ ἡ Ἑκάτη, ὡς σωρεύουσα καὶ τὸ τρίσωμον. ταῦτα δὲ Μωϋσῆς ὁ νομοθέτης, οὐδὲ Πέτρος ἢ Παῦλος ἢ Ἰωάννης οἱ τῆς ἀληθείας κήρυκες, καὶ τῶν πονηρῶν δαιμόνων ξυνέγραψαν, ἀλλὰ Πορφύριος ὁ τῆς ἀληθείας ἀντίπαλος, καὶ τὸν Πλούτωνα καὶ τὴν Ἑκάτην ἄρχοντας πονηρῶν δαιμόνων ὠνόμασε, καὶ ψευδόμενον ἔφησε μέγιστον ἑαυτὸν ὀνομάσαι θεόν. Ἔοικεν ἀτεχνῶς τοῦτο τὸ θαῦμα τοῦ τοῦ γυναίου Σαμψὼν προβλήματι· Ἐκ στόματος ἐσθίοντος ἐξῆλθε βρῶσις, καὶ ἐξ ἰσχυροῦ γλυκύ. καὶ ταῦτα γὰρ δὴ κατὰ τοῦ ψεύδους ὑπὸ τοῦ ξυνηγόρου ξυνεγράφη τοῦ ψεύδους· καὶ ὁ τῆς ἀληθείας κατήγορος, ἄκων ὤφθη τῆς ἀληθείας ξυνήγορος. ὁ γὰρ τοῦ Βαλαὰμ τοῦ μάντεως τὴν γλῶτταν ἐπαρῶσαι βουλομένην εὐλογίαν ὠδίνας κατεναγκάσας, δῆτα δὴ τοῦδε τοῦ γλώσσῃ καὶ τῆς ἀληθείας λυττῶντος καὶ ἅπτουσαν, καὶ τοῦ ψεύδους ἀκούσας μετατέθηκεν. οὐ μόνον δὲ τῇδε τοιοῖσδε λόγοις ξυνέγραψεν, ἀλλὰ καὶ τῇ πρὸς Ἀνεβὼ τὸν Αἰγύπτιον ὑποστολῇ τὰ αὐτὰ πλήσια τέθηκε· λέγει δὲ οὕτως· Περὶ τῶν θεῶν μὲν καλουμένων, πονηρῶν δὲ ὄντων δαιμόνων, πάνυ με θράττει πῶς ὡς χρείττοις προσκαλούμενοι, ὑπερέχοντας ὡς χείρους· καὶ δίκαιον εἶναι καταγελῶντες, τὰ θεράποντα κολάζεσθαι τὰ ἄδικα πρόσταττοντα, μὴ δὲ κελεύσθεντες ἄδικα δρᾶν ὑπομένουσι· καὶ καθαρῶν μὲν μὴ ὄντι ἔξ ἀφροδισίων, καλοῦντι οὐχ ὑπακούουσιν, ἀλλὰ δὲ ἄγειν εἰς πάνυμα ἀφροδίσια τοὺς τυχόντας οὐκ ὀκνοῦσιν· ἀπὸ ἐμψύχων μὲν ἀποχῆς κελεύουσι δεῖν εἶναι τοὺς ὑποφήτας, ἵνα μὴ τοῖς ἀπὸ τῶν σωμάτων ἀτμοῖς χραίνωνται· ἀλλὰ δὲ

A ipsam falsò Deorum maximam nuncupare. Nec mihi labor erit in quærendo. In eodem enim libro hęc etiam dicit: *Malos autem Dæmonas haud temerè suspicamur sub Sarapidis esse potestate. Neque ad credendum signis tantùm adducimur, sed multo magis quòd quæcumque demulcendis illis vel auertendis fiunt, omnia Plutoni fiunt, sicut in primo libro ostendimus. Idem verò est cum Plutone hic Deus, eámque ob causam maximè Dæmonibus dominatur.* Iterùm hæc quoque adiunxit: *Anne hi sunt quibus Serapis imperat? & horum*
B *symbolum triceps canis, hoc est malus Dæmon qui in tribus inuenitur elementis, aqua, terra, & aëre, quos cohibet Deus sub manu habens. dominatur verò illis etiam Hecate, vt quæ illos continet in triplici elemento.* Hæc autem non Moses legislator, non Petrus, aut Paulus, aut Ioannes veritatis præcones contra malos dæmonas conscripserunt: sed Porphyrius aduersarius veritatis, & Plutonem & Hecatem, malorum Dæmonũ principes esse dixit, & mentitum esse, cùm maximũ se Deum appellauit. Videtúrque hoc miraculum
C fortis Samsonis problemati persimile, *Ex ore comedentis exiuit cibus, & ex forti dulcedo.* Hæc enim contra mendacium à mendacij patrono scripta sunt: & qui veritatem accusabat, veritatis præter animi sententiam factus est defensor. Deus enim, qui linguam vatis Balaam, imprecari paratam, coegit bona verba proferre, idem & huius linguam rabido furore aduersus veritatem prosilientem, inuitam contra mendacium immutauit. Neque verò hoc solùm loco hæc ille conscripsit, sed in epistola quoque ad Ægyptium Anebonem similia posuit sic dicens: *De iis autem, qui Dei*
D *quidem nominantur, re autem ipsa mali sunt Dæmones, illud me non parum conturbat, quo pacto qui tanquam hominibus potentiores inuocantur, imperiis hominum, ceu inferiores sint, vrgeantur. cúmque æquum esse prædicent, vt famulus qui iniqua gesserit puniatur, ipsi tamen iniusta iussi agere non renuunt, & qui eum qui purus non sit à venereis, si aduocet, non audiunt, ipsi ad obscena flagitia quemlibet inducere non grauantur. Ab animatis abstinere sacrorum interpretes statuunt oportere, ne à corporum vaporibus polluantur: cùm ipsi tamen ni-*

Iudith. 14. 14.

Num. 22.

dore victarum quàm maximè oblectentur. Et mortuum tangi ab epopta nefas ducunt, cùm cæsis animantibus Dæmones deducantur... Illud autem his multo est absurdius, quòd non Dæmoni aut animæ defuncti, sed regi ipsi Soli, aut Lunæ, aut alicui ex cæli syderibus, homo infimæ conditionis, minas intentans terrorem incutiat, ideò mentiens, vt illi vera respondeant. Etenim dicere quòd cælum diffringet, Isidísque arcana reuelabit, & quæ in adyto secreta sunt aperiet, quòd cymbam sistet, Osiridísque membra Typhoni discerpet, quemnam in eo, qui ea quæ nec sciat, nec possit minetur, dementiæ modum non excedunt, abiecti verò animi, in iis, qui ad tam inanem terrorem & figmentum puerorum insipientium more trepidabant? Attamen Chæremon scriba rerum sacrarum, hæc apud Ægyptios ipsos peruulgata esse scribit, eadémq; & his similia esse violentissima. Post multa verò alia hæc etiam addidit: *De felicitate autem nihil habent, quod tutum, quódque dignum fide habendum sit. Non erant ergo neque Dij, neque boni Dæmones, sed ille qui dicitur error.* Quis eorum qui res diuinas edocti sunt, & errorem illum detestantur, eum de Diis qui vocantur errorem coarguere potuisset euidentiùs? Ipse enim veritatis aduersarius, manifestè ostendit hos nec Deos esse, nec bonos Dæmonas, sed mendacij magistros, & flagitiorum patres. Eosdem Plato in Timæo, natura immortales esse negat. Illis enim auctorem ipsorum dixisse ait: *Immortales quidem minimè estis, neque penitus insolubiles. quòd autem non soluemini, id mea voluntate vobis continget.* Quãquam Homerus contrà sentiat, qui eos immortales passim appellat:

Nec cererem, inquit, *absumunt, atri*
nec pocula vini.
Sanguine namque carent, immortalésque vocantur.

Tanta est de iis qui Dii non sunt, sed vocantur, apud Poëtas & Philosophos controuersia, & tamen illis delubra ædificarunt, & aras extruxerunt: sacrificiisque eos colentes, simulacra & imagines è lignis ac lapidibus aliáque ex materia exsculpentes, idola manu facta Deos nuncuparunt, & statuas Phidiæ, Polycleti, ac Praxitelis arte compositas, di-

A τοῖς ἀπὸ τῶν θυσιῶν μάλιστα δελεάζονται. καὶ νεκροῦ μὲν ἅψιγῆ δεῖν εἶ τ' ἐποπτῶν, ἅμα νεκρῶν ὑ ζώων αἱ θαναγωγίαι ἐκτελοῦνται. πολλῷ ὑ τούτων ἀλογώτερον, ὃ μὴ δαίμονι, ἢ ψυχῇ τεθνεῶτος, αὐτῷ ὑ τῷ βασιλεῖ ἡλίῳ ἢ σελήνῃ, ἢ ἄνιτ κατ' ὀρθρον, ἀνθρωπον ὧ τυχόντι ἐπαοχείλειον ἀπειλὰς προσφέροντα φοβεῖν, ψευδόμενον, ἵνα ἐκεῖνοι ἀληθεύσωσι. ὃ γὰρ λέγειν ὅτι τ' οὐρανὸν προσθραύξει, καὶ τὰ κρυπτὰ τῆς Ἰσιδος ἐκφανεῖ, καὶ ὃ ἐν ἀδύτῳ ἀπόρρητον δείξει, καὶ τ' βάεμτσπ, καὶ τὰ μέλη τ' Ὀσιριδος διασπάσει τῷ Τυφωνι, τίνα οὐχ ὑπερβολὴν ἐμπληξίας μὲν ὧ ἀπειλοῦντι ἂ μήτε οἶδε μήτε δύναται καταλείπει, ταπεινότητος ὑ, τῶν δεδοικόσιν οὕτω κενὸν φόβον καὶ πλάσμα, ὡς καὶ μειδᾶν παισὶν ἀνοήτοις; καὶ τοι καὶ Χαιρήμων ὁ ἱερογραμματεὺς γράφει, ὡς καὶ πρὸ Αἰγυπτίοις θρυλλούμενα· καὶ αὐτὰ φησὶ καὶ τὰ σιωπᾶ εἶ βιαιότατα. πολλὰ ὑ καὶ ἄλλα προσθεὶς, ἐπήγαγε καὶ ταῦτα· Περὶ ὑ δυσδαιμονίας, οὐδὲν ἀσφαλὲς οὐδὲ ἐχέγγυον ἔχουσιν. οὐκ ἦσαν οὖν ἄρα οὔτε θεοὶ, οὔτε ἀγαθοὶ δαίμονες· ἀλλ' ἐκεῖνος ὁ λεγόμενος πλάνος. τίς τῶν τὰ θεῖα πεπαιδευμένων, καὶ τ' πλάνον ἐκεῖνον μυσαπολῶν, ἀναρτήσειεν ἂν τ' καλουμένων θεῶν τ' πλάνον διήλεγξεν; ἀναφανδὸν γὰρ οὗτος ἐδήλωσεν ὁ τ' ἀληθείας αὐτόπαλος, μήτε θεοὺς, μήτε ἀγαθοὺς δαίμονας εἶ), ἀλλὰ τ' ψεύδους διδασκάλους, καὶ πονηρίας πατέρας. τοιοῦτος ὁ Πλάτων ἐν ᾧ Τιμαίῳ δὲ φύσει ἀθανάτους φησί. τ' γὰρ ποιητὴν εἰρηκέναι πρὸς αὐτοὺς λέγει· Ἀθάνατοι μὲν οὐκ ἐστὲ, οὐδ' ἄλυτοι τὸ πάμπαν· οὔτι μὲν δὴ λυθήσεσθε, τῆς ἐμῆς βουλήσεως τυχόντες. καίτοιγε Ὁμήρῳ τοὐναντία δοκεῖ· ἀθανάτοις γὰρ αὐτοὺς πολλαχῇ προσονομάζει.

Οὐ γὰρ σῖτον, φησὶν, ἔδουσ', οὐ πίνουσ' αἴθοπα οἶνον·

Τοὕνεκ' ἀναίμονες εἰσὶ, καὶ ἀθάνατοι καλέονται. τοσαύτη πολλαχοῦ τοῖς ποιηταῖς καὶ φιλοσόφοις, περὶ τῶν οὐκ ὄντων μὲν, καλουμένων ὑ θεῶν, διαμάχη. τούτοις καὶ νεὼς ἐδομήσαντο, καὶ βωμοὺς προσωκοδόμησε, καὶ θυσίας ἐτίμησε, καὶ εἰδη τινὰ καὶ εἰκάσματα ἐκ ξύλων καὶ λίθων ἔτ' ἄλλων ὑλῶν διαγλύψαντες, θεοὺς προσηγόρευσε τὰ χειρόκμητα εἴδωλα, καὶ τὰ τ' Φειδίου καὶ Πολυκλείτου καὶ Πραξιτέλους τέχνης ἀγάλματα, τῆς

θείας προσηγορίας ἠξίωσαν. τούτου γὲ τ πλάνου κατηγορῶν Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος, τοιάδε φησίν.

Αλλ' οἱ βροτοὶ δοκέουσι γεννᾶσθαι θεοὺς·
Καὶ ἴσην τ' αἰσθησιν ἔχειν, φωνήν τε δέμας τε.

καὶ πάλιν·

Αλλ' εἰ τοι χεῖρας εἶχον βόες ἢ ἐλέφαντες,
Ἢ γράψαι χείρεσι καὶ ἔργα τελεῖν ἅπερ ἄνδρες,
Ἱπποι μὲν θ' ἵπποισι, βόες δέ τε βουσὶν ὁμοίας,
Καί κε θεῶν ἰδέας ἔγραφον, καὶ σώματ' ἐποίουν,
Τοιαῦθ', οἷόν περ καὶ τὸ δέμας εἶχον ὅμοιον.

εἶτα σαφέστερον κωμῳδῶν τὸ δε τ ἀπάτην, ἀπὸ τ χρώματος τ εἰκόνων διελέγχει ὄψιν. τοὺς μὲν γὰρ Αἰθίοπας, μέλανας καὶ σιμοὺς γράφειν ἔφησε τοὺς οἰκείους θεούς· οἵους δή τινας αὐτοὶ πεφύκασι· τοὺς δὲ γε Θρᾷκας γλαυκούς τε καὶ ἐρυθρούς· καὶ μήν τοι καὶ Μήδους, καὶ Πέρσας, σφίσιν αὐτοῖς εἰκότας, καὶ Αἰγυπτίους ὡσαύτως αὐτοῖς ἀμορφοῦν πρὸς τ οἰκείαν μορφήν. Ταῦτα ξυνορῶν καὶ Ζήνων ὁ Κιτιεύς, ἐν τῷ τῆς Πολιτείας ἀπαγορεύει βιβλίῳ, καὶ ναοὺς οἰκοδομεῖν, καὶ ἀγάλματα τεκταίνειν. οὐδὲν γὰρ εἶναι τούτων φησὶν θεῶν ἄξιον κατασκεύασμα. ὁ δὲ γε Πλάτων, οὐ πάμπαν ἀπηγόρευσε τοῦτο ποιεῖν, τ Αθηναίων φιλοτιμίαν ὡς ἔοικεν ὀρρωδήσας, καὶ τὸν Σωκράτει προσενεχθέντα ὑφορώμενος κίνδυνον. σκιαγραφεῖ ὅμως καὶ αὐτὸς τ ἀγαλματοποιίας τὰ πλείστα· καὶ φησὶν· Μηδεὶς ὅτου ἕτερος ἱερεὺν εἰκόνα καθιερεύτω θεοῖς. χρυσὸς τε καὶ ἄργυρος ἐν ἄλλαις τε πόλεσιν ἰδία καὶ ἐν ἱεροῖς, ἔστιν ὁπόθεν κτῆμα· ἐλέφας δ', ἀπολελοιπότος ψυχὴν σώματος, οὐκ ἀγαγὲς δῶρόν ἐστιν· σίδηρος δὲ καὶ χαλκὸς, πολέμου ὄργανα· ξύλινα δ', ὅτι αὖ ἐθέλει τις, ἀναπήκτων, καὶ οὐ λίθου πρὸς τὰ κοινὰ ἱερά. ὅτι δὲ τῶν Αθηναίων δεδιὼς τ δῆμον, οὐ πάμπαν ἀπηγόρευσε τ ἀγαλμάτων τὴν ποίησιν, αὐτόθεν καταμαθεῖν ῥᾴδιον. πρῶτον μὲν γὰρ ἰδίᾳ κατασκευάζειν τινὰ θεῶν εἰκόνας ἐκώλυσεν· ἔπειτα δὲ τὸν χρυσὸν καὶ τ ἄργυρον, ὡς ὀπιφθόνους ὕλας καὶ εἰς ἱεροσυλίαν ἐρεθιζούσας, ἐξέβαλε· τὸν ἐλέφαντα δ' ἀναγκαῖον προσηγόρευσε· τ δὲ γε χαλκὸν καὶ τ σίδηρον, πολέμῳ προσήκειν ἔφησεν, οὐκ ἀγαλματουργίᾳ θεῶν· οὐκ ξύλων δ' μόνων καὶ λίθων προσέταξε διαγλύφεσθαι· εἰδὼς οἶμαι τ ὕλην δικαπα-

A uina appellatione affecerunt. Quem errorem arguens Xenophanes Colophonius hæc ait:

At mortales homines gigni putant deos,
Sensibus æquales & voce & corpore nobis.

Et rursus:

Si manibus possent vti tauri atque elephantes,
Pingere vel manibus, vel quæ nos facta referre,
Iam similes & equis Dios bubúsque videres
Cornipedes pinxisse & equos taurósque bicornes,
Haud alio factos quàm quo ipsi corpore nunc sunt.

Tum verò impostura hanc manifestiùs carpens, ab ipso simulacrorũ colore falsitatem coarguit. Æthiopas enim suos sibi Deos atros ac simos effingere dicit, quales nimirùm natura sũt ipsi: at Thracas, Deos effigiare glaucos, acrubore suffusos: pari modo Persas Medósq; sibi similes Deos facere, & Ægyptios similiter formare illos ad imaginis suę exemplum. Quæ cùm videret Zeno Cittiensis, in libro de Republica, & templa ædificari, & simulacra fieri vetat, quòd nullum id genus opus Deo dignum habendum sit. Plato autem haud penitus hæc confici vetuit; propinationem, vt apparet, metuens, & porrectam Socrati cicutam reformidans. Carpit tamen & ipse simulacrorum fabricam magna ex parte, sic loquens: *Nullus itaque alter sacram imaginem diis consecret. Aurum & argentum in aliis ciuitatibus & priuatim habitum & in sacris inuidiosa res est. Ebur autem exanimato corpori exemptum oblatio minimè sancta est. Ferrum item & æs, bellorum sunt instrumenta. Lignea verò & lapidea dedicet qui velit, publicisque templis offerat.* Quòd autem Athenienſis populi metu non penitus prohibuerit fieri simulacra, indidem facile est percipere. Primò enim vetuit ne quis priuatim sibi Deorum imagines faceret. Deinde aurum & argentum tanquam inuidiosam materiam & ad sacrilegia prouocantem reiecit. Ebur autem, profanum appellauit. Æs verò ac ferrum, bello dixit, non Deorum statuis, congruere. E lignis autem lapidibúsque solis sculpi eas iussit, sciens opinor materiam esse contem-

ptui obnoxiam, & quæ intuentibus facilè perſuaderet, ne pro Diis haberent colerétque res adeò viles, & nullius pretij. Enimuerò vniuerſorum quoque Deus per Prophetam eodem modo accuſat eos qui hæc faciunt, & adorant. *Lignum*, inquit, *imputrebile deligit faber, & ſapiens quærit quomodo imaginem ſibi ſtatuat, & ne quatiatur.* Non enim ſolùm è materia demit quod ſuperfluum eſt, humanæque formæ ſimilitudinem exprimit, ac partes ſingulas affabrè ſculpit, verùm etiam ſedis ac ſtatus rationem habet, fulcríſque & clauis ſtatuam firmat. quódque ita tum ex materia, tum ex arte comparatum eſt, Deus vocatur. *Cuius dimidium*, inquit, *igne combuſſit, toſtáſque carnes comedit, & dixit, Iucundum mihi eſt quòd calefactus ſum, & vidi lumen: dimidium verò fecit ſculptile, ipſúmque adorat, & precatur dicens, Erue me, quoniam Deus meus es tu.* Et poſtquam eorum inſaniam apertè ſic derifit, addidit: *Scito quoniam cinis eſt cor eorum, & ipſi errant.* Ego verò eorum qui Gentilibus nunc adhærent impudentiam valdè admiror. Reuerentes enim orbem terræ ad ſanam mentem conuerſum, & à priſtino errore liberatum, mendaces eſſe fabulas dicunt ea quæ de Diis Poëtæ cecinerunt, nec erubeſcunt ſe ex factis ipſis accuſari. Adorant enim iuxta fabulas efficta ſimulacra. Proſtantibus autem in fornice meretricibus impudentior eſt Veneris effigies. Quis enim meretricem in foro ſtantem, nudo corpore ſine palla & zona vidit vnquam? At Venerem harum magiſtram, nudam faciunt ſtatuarij & ſculptores, neque tunicula ſaltem illã obducunt. Quin & Europem tauro inſidentem & pictores pingunt, & fabri conflant, & marmorarij cælo effingunt. Bacchum quoque iidem artifices, mollibus ac ſolutis membris, effeminatóque corpore faciunt. Et Pana & Satyros equorum atque aſinorum more coïtus appetentes, atque ad Venerem paratos faciunt. Pari quoque modo & Iouem ſub aquilæ forma in Ganymede inſanientem, cum Leda verò congredientem in cycni ſpecie, Danaéſque in ſinum auri modo illapſum: & alia ſimiliter, ſicut Poëtæ commemorant, effingunt ſimulacrorum artifices. Si ergo inanes rerum fa-

40.10.

44.16.

A Φορήτον, ἢ πᾶσαν ἐκβυλῶ τοὺς ὁρωμένους, μὴ θεῖα νομίζειν, μηδὲ σέβειν τὰ ἀτελῆ τε ἢ ἄωνα. ἢ γὰρ ὁ τῶν ὅλων θεὸς διὰ τοῦ προφήτου τὴν αὐτὴν κατηγορίαν τοῦτο ἢ ποιούντων ἢ προσκυνούντων πεποίηκε. Ξύλον γάρ, φησιν, ἄσηπτον ἐκλέγεται τέκτων· ἢ σοφὸς ζητεῖ πῶς στήσῃ αὐτῷ εἰκόνα, ἵνα μὴ σαλεύῃ. ὁ γὰρ μόνον τὴν ὕλης ἀφαιρεῖται τὰ περιττὰ, ἢ τὴν ἀνθρωπείας μορφῆς ἐκτυποῖ τὴν εἰκόνα, ἢ τὸ μείων τοῦ μάλα διαγλύφει ἕκαστον, ἀλλὰ ἢ τὴν ἕδραν ἢ τὴν στάσεως ὅπῃ μάλιστα προμηθεῖται, ἢ ἐμπείσμασιν ἢ ἥλοις τὸ στῆσαι αὐτὸ περιμαθεῖ. ἢ ὃ ἐξ ὕλης ἢ τέχνης ἐργασθέν, θεὸς ὀνομάζεται. ὃ δὲ ἥμισυ αὐτοῦ, φησὶ, κατέκαυσεν ἐν πυρὶ, ἢ ὀπτήσας κρέας, ἔφαγε ἢ εἶπεν, Ἡδύ μοι ὅτι, ἐθερμάνθην ἢ εἶδον φῶς· τὸ δὲ ἥμισυ αὐτοῦ ἐποίησε γλυπτὸν, ἢ προσκυνεῖ αὐτῷ, ἢ προσεύχεται, λέγων, Ἐξελοῦ με, ὅτι θεός μου εἶ σὺ ὕτω σαφῶς αὐτὸν κωμῳδήσας τὴν αἴσθησιν, ἐπήγαγε· Γνῶθι ὅτι σποδὸς ἡ καρδία αὐτῶν, καὶ αὐτοὶ πλανῶνται. ἐγὼ δὲ τῶν ὑπὲρ ἡμῶν ζώντων ἐκπλήττομαι τὴν αἴσθησιν. ἀχθόμενος γὰρ σοφεγνοῆσαι τὴν ἀκοινωνησίαν, ἢ τὴν περιττὴν πλάνην ἀποκλαίομαι, μύθους τοὺς ψευδεῖς λέγουσι, τὰ δὲ τοῦ ποιητοῦ περὶ τῶν θεῶν εἰρημένα, ἢ ὑπ' ἐμοῦ ἐλεγχθέντα ὑφ' ὧν ἔφασαν κατηγορούμενοι. τὰ γὰρ δὴ καὶ τοὺς μύθους καλασκευασμένα ξόανα προσκυνοῦσι. πάσης μὲν γὰρ ἑταίρας ὑπὲρ τείχους ἐκτὸς αἰσχύνεται τὸ Ἀφροδίτης σχῆμα. τίς γὰρ χαμαιτύπην γυμνὴν ἐπ' ἀγορᾶς ἀστράπτοντος ἢ διαζώματος ἐκτὸς τοῦ θώματος ἑώρακε πώποτε; ἀλλὰ τῶν τούτων διδάσκαλοι γυμνοῦσι ἢ οἱ ἀνδριαντοποιοὶ ἢ οἱ ἀγάλματα χρύσοι καλασκευάζοντες, ἢ οὐδὲ χιτωνίσκῳ κρύπτουσι. ἢ τὴν Εὐρώπην ὑπὲρ τὸν ταύρου καθημένην, ἢ οἱ ζωγράφοι γράφουσι, ἢ οἱ χαλκοτύποι διαπλάττουσι, ἢ διαγλύφουσιν οἱ τὰ ἀγαλμάτων δημιουργοί· καὶ μήν τοι καὶ ὁ Διόνυσος λυσιμελής τε καὶ γυνὴ ἐκ τούτων καλασκευάζεται. ἢ τὸν Πᾶνα ὑπὲρ καὶ τοὺς Σατύρους ἵπποις καὶ ὄνοις παραπλησίως ὀχείας ἐπιγιγνομένους ἢ θορνυμένους δημιουργοῦσιν. οὕτω καὶ τὸν Δία ἐν ἀετοῦ σχήματι τὸν Γανυμήδους λυμαίνεται, ἢ τὴν Λήδαν ἐν εἴδει κύκνου μιγνύμενον, καὶ μήν τοι καὶ εἰς τὸν Δανάης κόλπον χρυσοῦν δίκην φερόμενον· καὶ τὰ ἄλλα δὲ ὡσαύτως ὑπὸ τῶν τῆς ποιητικῆς ὑφηγήσεις διαμορφοῦσιν οἱ τῶν ἀγαλμάτων δημιουργοί. Εἰ τοίνυν ψευδεῖς μύ-

θοις φατὲ Δμφιπλάσαι τοὺς ποιητάς, τί δήποτε τ αὐδριαντοποιῶν καὶ ἀγαλματογλύφων καὶ ζωγράφων αὐέχεσθε, κρατυνόντων τῇ τέχνῃ τὸ ψεῦδος; αὐδ' ὅτου γ' ἂν τὸν σίδας τοιγαροῦμετε τοῖς ὑπὸ τούτων τετυπωμένοις ἀγάλμασιν; εἰδὼ γὰρ, εἴ τοι ἀληθῆ ἄρα κατηγορεῖτε τῶν ποιητῶν, τὰ μὲν ἐκείνων ἐμπρῆσαι ποιήματα, νόμῳ δὲ τοὺς τεχνίτας κωλύσαι, καὶ τοιγαροῦν ἐπειλῆσαί γε θάνατον, ὥστε μηδένα ποτὲ μηδαμῇ τοιαύτας κατασκευάζειν εἰκόνας· τοὺς γ' ἂν καὶ τὸν νόμον τι δρῶντας ζημιοῦσθαι θανάτῳ. ἐγὼ γ' οὖν καὶ τὰ ἐφ' ὕβρει τε κωμῳδίᾳ τῶν καλουμένων θεῶν τετυπωμένα συντρίβειν τε Δμφιθεῖναι· καὶ πείθειν ἀπαύστως, ὡς ψευδῆ τὰ περὶ τούτων παρὰ τῶν μύθων θρυλούμενα. ἀλλὰ τούτων μὲν οὐδὲν πώποτε γεγόνατε ὑμεῖς· τοὐναντία γ' ἂν τούτων δρώμενα ἔστιν ἰδεῖν· θαυμαζομένους μὲν τοὺς ποιητὰς ὑπὸ τῶν ποιήμασιν ἐπαινουμένων γ' ἂν ἅγαν τοὺς ἀγαλματογλύφους τε καὶ ἀνδριαντοποιοὺς καὶ ζωγράφους ὑπὸ τῶν σφετέρων τεχνήμασι προσκυνούμενα γ' ἂν τὰ τῷ λόγῳ κατηγορούμενα ξόανα, τε θυσίας καὶ τελετὰς γεραιρόμενα· καὶ τὸ σμικρὸν ἐκεῖνο ζῴδιον, τὸν Γέλοπον λέγω, μετὰ τοῦ μεγίστου καὶ τεταμένου μορίου τιμώμενον· τε τοῦ τε Διονύσου φαλλὸν ἐν τῇ Φαναγωγίᾳ τῶν ὀργιαζόντων προσκυνούμενον· τε τὸν κτένα τὸν γυναικεῖον· οὕτω γ' ἂν τὸ γυναικεῖον ὀνομάζοισι μόριον· ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις τῶν τετελεσμένων γυναικῶν θείας τιμῆς ἀξιούμενον. Αἰγύπτιοι γ' τοσοῦτον τε ἀφροσύνης ἐδουλώθησαν ἡδοναῖς, ὡς καὶ τὸν ταῦρον, Δμφὶ τιν' τῶν Ἐπαφίδος μύρια, ὀνομάσαι θεόν. Μενδήσιοι γ', τὸν Δμφιφερέντως τιμῶσι. καὶ τοῖς ἄλλοις γ' ζῴοις αἱ ἄλλαι πόλεις θείας τιμὰς ἀφιέρωσαν. ἔσεβον γὰρ δὴ καὶ Μεμφῖται τὸν ταῦρον, τε Λυκοπολῖται τὸν λύκον, καὶ Λεοντοπολῖται τὸν λέοντα, καὶ μήν τοι τε Κυνοπολῖται τὸν κύνα, καὶ ἰχθύν τινα, Λατὸν ὀνομαζόμενον, τῆς Λατοῦς οἱ οἰκήτορες· τε ἄλλοι τ' ἄλλον, τε ἕτεροι τὸν κροκόδιλον. καὶ ἕκαστον δὲ τούτων ἐν τοῖς ἱεροῖς καθιέρωτο, καὶ τιν' καταλληλον αὐτῷ προσέφερον ἐδωδήν· εἶτα, ὡς θεοῖς δῆθεν, τὰς θυσίας ἐπετέλουν. τε τελευτήσαντας γ' ταφῆς ἀξίουν πολυτελοῦς. τοσαύτη πάλαι ποτὲ κατεῖχε πλάνη τὸν οἰκούμενον. ἀλλὰ τοῦτον ὁ θεὸς ἐξήλασε καὶ πάμπαν ἀπώλεσεν ὁ παρ' ἡμῶν προσκυνούμενος, καὶ παρ' ὑμῖν

A bulas à Poëtis confictas asseritis, cur statuarios & sculptores, pictoréſque apud vos esse patimini artificio suo falsitatem confirmantes? Cur ab his efficta simulacra honore tanto afficitis? Par enim fuit, siquidem poëtas iusta accusatione damnatis, & illorum vos poemata flammis absumere, & artifices ipsos lege prohibere, ac mortem intentare, ne quis vnquam eiusmodi simulacra conficeret, tum & morte illos plectere, qui legem transgrederentur. Nec minus oportuit quæcumque ad contumeliam & opB probrium factæ essent imagines eorum qui Dij vocãtur, diffringere prorsus & abolere, persuaderéque omnibus falsa esse mendacia quæ de his vulgò in fabulis ferantur. Sed horum nihil vnquam à vobis factum est: immò autem permulta his penitus contraria videre est, & Poetas ob poemata admirationi habitos, & statuarũ opifices sculptoréſq; & pictores operũ suorum causa laudatos, & quæ verbo tenus simulacra detestamini, adorata & sacrificiis ac solenni ritu celebrata: & paruum illud animal, Priapum dico, cum ingenti & exporrecto memC bro honoratum, phallúmque Liberi patris in Phallagogiæ festo ab iis qui orgia celebrant adoratum. Nec minus & muliebrem pectinem, (sic enim mulieris pudenda vocãt) in Thesmophoriis ab initiatis mulierculis diuino honore affectum. Ægyptij verò sic obscenis voluptatibus seruierunt, vt etiam hircum, quòd salaciſſimum sit animal, Deum nuncuparint. Hunc autem Mendesij præcipuè venerantur. Et aliis quoque animalibus aliæ ciuitates diuinos cultus dicarunt. Nam & Memphitæ taurum colebant, & Lycopolitæ lupum, & Leontopolitæ leonem, & CynopoD litæ canem, & piscem quemdam, nomine Latum, incolæ vrbis Latonis: alij rursus ibin, alij crocodilum. & horum vnumquodque propriis templis consecrarunt, congruentéſque singulis epulas apposuerunt. & stata illis vt pote Diis sacrificia peragebant: defunctos autem, sumptuosa sepulcri mole honestabant. Tantus olim error terrarum orbem occuparat. Sed hunc funditus deleuit errorem, prorsúſque de medio sustulit, qui à nobis colitur, & à vobis

ignoratur, ebriámque ac dementem hominum naturam ad meliorem frugem ſtatúmque traduxit. Sedenim dicturos vos puto, Atqui etiam vos inuiſibiles quaſdam poteſtates eſſe dicitis, quas & *Angelos* & *Archangelos* nominatis & appellatis, & *Principatus*, & *Poteſtates*, & *Dominationes*, & *Thronos*, aliáſque inſuper Hebraicis nominibus *Cherubim* ac *Seraphim* vocari didiciſtis. Cur itaque aduerſum nos indignamini, ſi poſt Deum illum qui ſemper eſt, quique eodem modo ſemper ſe habet, ſecundarios quoſdam Deos, eóque multo inferiores, opinamur eſſe, & veneratione proſequimur? Ego verò fateor equidem, docere nos diuinam Scripturam, eſſe quaſdam inuiſibiles poteſtates, & creatorem laudantes, & diuinæ eius voluntati obſequentes. Hos tamen Deos non appellamus, nec diuinum illis cultum tribuimus, nec in Deum verum & iſtos diuinam adorationem partimur: ſed hos quidem pluris eſſe quàm homines putamus, at conſeruos tamen opinamur. Neque incorpoream naturam in mares feminaſq; diſtinguimus. Hac enim ſexus diſcretione indiget eorum natura, qui ſubiecti mortis legibus viuunt. Quia enim mors in captiuitatem mortales abducit, nuptiæ liberorum propagatione ſubſtituunt quod abſumitur. Creator namq; velut inſtauratitiam quandam immortalitatem mortali animanti liberorum generationem inſtituit: eámque ob rem neceſſarius eſt iis qui mortalem habent naturam feminæ vſus. Iis verò qui immortales conditi ſunt femineus ſexus omninò eſt ſuperuacaneus. Neque enim augeri numero indigent, qui decreſcere non poſſunt: neque commiſceri opus habent, qui corporum ſunt exſortes. Comprobat autem quæ dicimus horum & illorũ creatio. Homines enim ab initio non multos numero creauit Deus, ſed virum vnum & feminam vnam effinxit, & per horum coniunctionem terram vniuerſam & maria humano genere compleuit. Corporis autem expertium naturam nequaquam ex duobus conſtituit, ſed vniuerſam ſimul creauit. Quotquot enim illorum millia eſſe voluit, ab initio ſimul omnia produxit: vnde ſuperfluus illis fuiſſet feminarum vſus, qui

A ἀγνοούμενος· καὶ τὴν μεθύουσαν δὲ καὶ παρανοοῦσαν τῶν ἀνθρώπων φύσιν σωφρονίσασαν καὶ καθεστηκυῖαν ἐδίδαξεν. Ἀλλὰ γὰρ οἶμαι ὑμᾶς ἐρεῖν, ὡς καὶ ὑμεῖς ἀοράτους τινὰς δυνάμεις φατέ, οὓς καὶ ἀγγέλους καὶ ἀρχαγγέλους ὀνομάζετέ τε καὶ προσαγορεύετε· καὶ ἀρχὰς, καὶ ἐξουσίας, καὶ κυριότητας, καὶ θρόνους· καὶ ἄλλας αὖ πάλιν, ἢ τὴν τῶν Ἑβραίων γλῶτταν, Χερουβεὶμ καὶ Σεραφεὶμ ἴστε προσαγορευομένας. ἀνθ' ὅτου τοίνυν ἡμῖν νεμεσᾶτε, μετὰ τὸν ἀεὶ ὄντα, καὶ ὡσαύτως καὶ κατὰ αὐτὰ ἔχοντα, δευτέρους τινὰς θεοὺς, καὶ

B κομιδῇ γε ἐκείνου ἀποδέοντας, νομίζοντές τε καὶ θρησκεύειν; ἐγὼ δὲ ὁμολογῶ μὲν, τὴν θείαν ἡμᾶς διδάσκειν γραφὴν, εἶναι δή τινας ἀοράτους δυνάμεις, καὶ ὑμνούσας τὸν ποιητὴν, καὶ ὑπουργούσας αὐτῷ τῷ θείῳ βουλήματι· οὐ μὴν θεοὺς τούτους ὀνομάζομεν, οὐδὲ θεῖον αὐτοῖς ἀπονέμομεν σέβας, οὐδὲ μερίζομεν εἰς τὸν ὄντα θεὸν καὶ τούτοις τὴν θείαν προσκύνησιν· ἀλλὰ τούτους τιμιωτέρους μὲν ἀνθρώπων, ὁμοδούλους δὲ εἶναι φα-

C μέν. καὶ οὐ διαιροῦμεν εἰς ἄῤῥεν καὶ θῆλυ τὴν ἀσώματον φύσιν. ταύτης γὰρ δὴ τῆς διαιρέσεως ἐνδεὴς ἡ ὑπὸ τὸν θάνατον τελούντων ἡ φύσις. ὅπῃ γὰρ ἐξανδραποδίζεται τοῦτο ὁ θάνατος, ὁ γάμος διὰ τῆς παιδοποιίας ἀντισάγει τὸ δαπανώμενον. οἷς γὰρ ἔνια ἐπισκευάζει ἡ ἀθανασίαν ὁ ποιητὴς τῷ θνητῷ ζώῳ τὴν παιδοποιίαν ἐμηχανήσατο. ταύτῃ τοι καὶ τοῖς θνητοῖς ἔχουσι φύσιν ἡ τοῦ θήλεος χρεία· τοῖς δέ γε ἀθανάτοις γεγυμνωμένοις, ὃ θῆλυ γένος πανταπασι περιττόν. οὔτε γὰρ αὐ-

D ξήσεως προσδέονται, μείωσιν οὐ δεχόμενοι· οὔτε μίξεως, σωμάτων γε ὄντες ἐλεύθεροι. μαρτυρεῖ δὲ τοῖς λόγοις τούτων καὶ ἡ ποίησις. τοὺς μὲν γὰρ δὴ ἀνθρώπους οὐ πάμπολλους ἐξ ὑδῶν ἐδημιούργησεν ὁ θεός· ἀλλ' ἕνα ἄνδρα καὶ μίαν γυναῖκα διέπλασεν· εἶτα διὰ τῆς τούτων κοινωνίας πᾶσαν γῆν καὶ θάλατταν τοῦδε τοῦ γένους ἐνέπλησεν. τῶν ἀσωμάτων δὲ τὴν φύσιν, οὐ κατὰ δύο πεποίηκεν, ἀλλ' ἀθρόαν ἐδημιούργησεν. ὅσας γάρ τοι εἶπεν αὐτῶν ἐδοκίμασε μυριάδας, ἐξ ἀρχῆς ταύτας προήγαγε. διὰ τοι τοῦτο περιττὴ τούτοις τοῦ θήλεος ἡ χρῆσις,

ὡς μὴ ἀθανάτοις αὐξήσεως οὐ δεομένοις· ὡς ἀσωμάτοις δὲ, μίξιν οὐ δεχομένοις. τῷ τοι καὶ ἁγίους αὐτοὺς ὀνομάζομεν, ὡς γήϊνον οὐδὲν ἔχοντας, ἀλλὰ τῶν ἀθείων παθημάτων ἀπηλλαγμένους, ἔργον ἴδιον ἔχοντας τὴν ἐν οὐρανῷ χορείαν, καὶ τὸ πεποιημένον τὸν ὕμνον δίδυμον. καὶ αὖ πάλιν τὰς λειτουργίας, ἃς κελευόμενοι ὑπηρετοῦσι, τῷ θείῳ βουλήματι τῆς τῶν ἀνθρώπων εἵνεκα σωτηρίας ποιοῦνται τοῦ θεοῦ τῶν ὅλων ἀποστελλόμενοι. τοῦτο γὰρ δήπου αὐτῶν περὶ καὶ ὁ θεῖος εἶπεν ἀπόστολος· Οὐχὶ πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύματα, εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα, διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν; Τὸν ἐκείνων τοίνυν μιμούμενοι πολιτείαν, ὅσοι τῶν ἀνθρώπων τὴν τοῦ θεοῦ θεραπείαν ἠσπάσαντο, ἔφυγον μὲν τῶν σωμάτων καὶ τὴν ἔννομον κοινωνίαν, ὡς τῶν θείων ἀφέλκουσαν· κατέλιπον δὲ καὶ πατρίδα καὶ γένος· ἵνα πᾶσαν εἰς τὰ θεῖα μεταθῶσι τὴν μέριμναν, καὶ μηδεὶς τὸν νοῦν ὀπίσω δεσμὸς εἰς οὐρανὸν ἀναπτῶσι· καὶ ὃ ἄφατον καὶ ἄῤῥητον τοῦ θεοῦ κατοπτεύσαι γλιχόμενοι κάλλος, ἀπάντων τῶν ὑπὸ γῆς κατεφρόνησαν. τούτων πλήρεις καὶ πόλεις καὶ κῶμαι, καὶ τῶν ὀρῶν ἀκροωνυχίαι καὶ φάραγγες. καὶ οἱ μὲν, κατ' ξυμμορίας οἰκοῦντες, δημιουργοῦσιν ἐν ταῖς ψυχαῖς τὰ τῆς φιλοσοφίας ἀγάλματα· οἱ δὲ κατ' δύο καὶ τρεῖς διάγοντες· οἱ δὲ καὶ μόνοι καθειργμένοι, καὶ τῷ ὀφθαλμῷ τῆς καλλονῆς τῶν ὁρωμένων ὑπερπεσθαι διακωλύοντες, σχολὴν τοῦ νῷ παρέχοισιν ἐπεντρυφᾶν τῇ θεωρίᾳ τῶν νοητῶν. Εἰ δὲ οἱ σώμασι συνεζυγμένοι, καὶ ἐκ πολλῶν καὶ παντοδαπῶν ἀσχολούμενοι παθημάτων, ἀσώματον καὶ ὑψηλὴν καὶ οὐρανίοις πρέπουσαν ἀπαθῆ βιοτὴν, τίς ἂν ἐκφήσαι λόγος τῶν ἀσωμάτων φύσεων τὴν ἀπαθῆ πολιτείαν καὶ φερεπόνων ἀπηλλαγμένην; ταύτην ἔχειν ἡμᾶς τὴν δόξαν περὶ τῶν ἀοράτων μὲν γνωστῶν δὲ φύσεων, τὰ θεῖα ἐκπαιδεύσει λόγια. ὑμεῖς δὲ τοσαύτην ἀπαιδευσίαν τε καὶ ἀκρασίαν κατηγορεῖτε, καὶ παντοδαπὴν ἀμφιδρομίαν, καὶ μὴν καὶ ἔριν καὶ πολέμους καὶ τυραννίδας, ὡς μηδὲ τοῖς πονηροτάτοις τῶν ἀνθρώπων ἁρμόττειν τὰ ἐκείνων περιμυθολογούμενα. οὐδὲ γὰρ οἱ ἄγαν παμπό-

A Vt immortales propagatione non egent, vt incorporei commixtionem non patiuntur. Idcircò & *hagios* eos nuncupamus, tamquam terrenum nihil habentes, sed terrenarum infirmitatum exsortes, quibûsque munus vnum sit, in cælesti choro versari, factorémque suum hymnis celebrare: tum etiam ministeria, quæ iussi obeunt, cùm diuina voluntate ab vniuersorum Deo ad humani generis salutem mittuntur. Hoc enim de illis dixit Apostolus, *Nonne omnes sunt* Heb. 1. 14.
ministratorij spiritus, in ministerium
B *missi propter eos qui salutis heredes futuri sunt?* Horum itaque vitam imitati quicumque hominum Dei seruitium adamarunt, corporum etiam legitimam commixtionem fugerunt, vt quæ à diuinis rebus abducat: patriam verò ac necessarios reliquerunt, vt omnem curam ad diuina transferrent, mentémque vinculum nullum retineret, quo minus subuolaret in cælum. Ita dum inuisibilem ineffabilémque Dei pulchritudinem intueri desiderant, omnia quæ sunt in terris contempserunt. Horum
C iam plenæ sunt ciuitates, & pagi, & montium vertices, atque conualles. Atque alij quidem turmatim habitantes, cudunt in pectoribus suis philosophiæ pietatisque simulacra: alii verò bini ternive vnà viuentes, alii soli seorsum inclusi, oculósq; visibiliũ rerum pulchritudine oblectari prohibentes, facultatem animæ præbent vt intelligibilium contemplatione perfruatur. Quòd si ii qui corporibus adhuc coniugati sunt, multisque ac variis affectionibus perturbantur, incorpoream & excelsam & cælitibus congruentem vitam amplexantur,
D quæ satis exprimat oratio corporis expertium vitam, à perturbationibus semotam, curisque omnibus expeditam? Hæc nos igitur sacræ litteræ docuerunt, quæ de naturis illis sentiamus, quæ creatæ quidem sunt, sed oculorum obtutu cerni non possunt. At vos tantam illorum lasciuiam atque incontinentiam prædicatis, tantam omnis generis turpitudinem, tantas præterea contentiones, & bella, & tyrannides, vt ne pessimis quidem hominibus ea conueniant quæ de illis fabulosè conficta sunt. Neque enim vel in sceleſtiſ-

simis ea sunt omnia, quæ vos de Deorum patre omniúmque supremo & maximo prædicatis. Etenim qui iuuenes adamando fœdæ libidini seruierunt, alienas nuptias minimè attentarunt: & qui in hoc flagitium inciderunt, à sanguine proximis abstinuerunt. Quòd si quis etiam sororis amoribus captus est, at in matrem debacchatus non est, neque in filiam insaniuit, sed naturam reueritus est, nec brutorum æmulatus est fatuitatem. Soli Persæ talia patrant, vetustæ cuidam detestandæ legi parentes, nec se delinquere arbitrantes. Iste verò, quem hominum deorúmq; patrem Homerus appellauit, Iunonem quidem germanam sororem sibi coniugem fecit, & cum Rhea matre, quam & Deonam & Demetram, id est Cererem, vocant, insano furore concubuit, & inde natam Proserpinam, tori consortem habuit, & filiæ vir factus est. Quæ verò de Ganymedis raptu, & de Leda, de Danae, déque Semele & Alcmena, aliisque plurimis in poëtarum fabulis continentur, & pudet explicare, & rem superfluam me facturum puto, si apud gnaros has fabulas persequar, poëticúmque fœtorem commoueam. Quarum vos pudore, falsas quidem esse dicitis, & easdem rursus vt veram Theologiam sectamini. Conferte igitur, quæ de incorporea natura, sed tamen creata, fabulosè confingitis, cum iis quæ à nobis de supernis potestatibus referuntur, & quid interfit cognoscetis. Rectáque ratione discernite, vtra horũ inuisibilibus substantiis magis conueniãt. Etenim si recto calculo dignoscere velitis, reperietis ista quę religiosè erga Deos vestros obseruatis, non sanctis Angelis, sed pessimis Dæmonibus congruere. Quoniam verò in Dæmonũ quoque mentionem incidi, cõmodum puto de his etiam quæ nostra sit sentẽtia ostendere. Hos enim sacra eloquia Dæmonas, & illorum principem *Satanã* vocant, quæ vox apud Hebræos apostatam desertorẽ significat. Vocat autem hunc etiam diuina Scriptura *Diabolũ*, vt qui Deum apud homines calumnietur, atque inter ipsos homines alternas lites & contentiones iniiciat. Hos, inquam, nos nequaquam ab initio malos fuisse à Deo vniuersorum creatos perhibemus, neque

A νηφει πάντα ἔχουσιν, ὅσα τὸν πατρὸς τῶν θεῶν, καὶ πάντων ὑπάτου τε καὶ μεγίστου, κατηγορεῖτε. οἱ μὲν γὰρ τῇ θείᾳ τοὺς νέους ἀκολασίᾳ δουλεύσαντες, ἀλλοτρίους οὐ διώρυξαν γάμους. οἱ δὲ τῶν δὲ τῶν πάθη θεοπεσόντες, τῶν οἰκειοτάτων ἐφείσαντο. εἰ δέ τις καὶ ἀδελφῆς ἐρωτι θεοέπεσεν, ἀλλ' οὐ κεῖθεν γε ἐλύσθησεν, οὐδ' ἐπεμάνη τῇ θυγατρὶ, ἀλλ' ἠδέσθη τὴν φύσιν, καὶ τὴν τῶν ἀλόγων οὐκ ἐζήλωσεν αἴσχιον. Πέρσαι δὲ, μόνοι τὰ τοιαῦτα δρῶσι, νόμῳ τινὶ παλαιῷ μωρωτάτῳ πειθόμενοι, καὶ θεμιτὸν νομίζειν οὐκ ἠγνοῦμενοι. οὗτος δὲ, ὃν θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων πατέρα ὠ-
B νόμασεν Ὅμηρος, τὴν μὲν Ἥραν, ἀδελφὴν οὖσαν, ὁμόζυγον ἐποιήσατο· τῇ δὲ Ῥέᾳ, ἣν καὶ Δηὼ καὶ Δήμητρα ὀνομάζουσι, καὶ τοι μητέρα γε οὖσαν, μανικῶς ἐπεμίγη. καὶ τὴν Φερέφατταν ἐξ αὐτῆς παιδοποιησάμενος, σιδηρᾶν ἔσχε, καὶ γαμέτης ἐγένετο τῆς παιδός. τὸν δὲ Γανυμήδους πέρι καὶ Λήδας καὶ Δαναὴς καὶ Σεμέλης καὶ Ἀλκμήνης, καὶ τῶν ἄλλων τῶν παμπόλλων μυθολογούμενα, καὶ λέγειν αἰσχύνομαι, καὶ περιττὸν οἶμαι ποιεῖν, πρὸς εἰδότας τοὺσδε τοὺς μύθους διεξιὼν, καὶ τὴν ποιητικὴν δυσοσμίαν
C ἀνακινῶν. ὧν τὴν μυθολογίαν αἰσχυνόμενοι μὴ ἀποκαλεῖτε ψευδῆ, πάλιν δ' αὖ ὡς ἀληθῆ θεολογίαν ἀποδέξασθε. προσέχετε τοίνυν ἐμοὶ τὰ περὶ ὑμῶν θεῶν τῶν ἀσωμάτων μὴ, κτιστῶν δὲ φύσεων μυθολογούμενα, τοῖς περὶ ἡμῶν θεῶν τῶν ἐπουρανίων διωκόμενον λεγομένοις, καὶ ἀνήσετε τὸ διάφορον, καὶ λεπτομερῶς σαφῶς διακρίνατε, πότερα τούτοις τὰ ὁμοούσιοις οὐσίαις ἁρμοδιώτερα. εὑρήσετε γὰρ, ὀρθῷ γε λόγῳ διακρίνειν ἐθέλοντες, οὐκ ἀνοήτοις ἀγγέλοις, ἀλλὰ δαίμοσι προσφορα πάμπονηροις πάντα τὰ θεῖα τῶν καλουμένων θεῶν
D ὑμῶν θρησκεύματα. ὅπερ δὲ καὶ δαιμόνων ἐμνήσθην, προσῆκον οἶμαι καὶ περὶ τούτων ἔτι δοξάζοντα ὑποδεῖξαι. τούτους γὰρ θεῖα λόγια δαίμονας, τὸν δὲ τούτων ἄρχοντα Σατανᾶν ὀνομάζουσι· δηλοῖ δὲ τοὔνομα τὸν ἀποστάτην καὶ τῶν Ἑβραίων φωνή. καλεῖ δὲ αὐτὸν ἡ θεία γραφὴ καὶ διάβολον, ὡς τὸν θεὸν παρὰ τοῖς ἀνθρώποις συκοφαντοῦντα, καὶ αὐτοῖς γε τοῖς ἀνθρώποις εἶναι πρὸς ἀλλήλους καὶ διαμάχεσθαι ἐμβάλλοντα. τούτους ἡμεῖς οὐ πονηροὺς ἐξ ἀρχῆς παρὰ τοῦ θεοῦ τῶν ὅλων δημιουργηθῆναι φαμὲν, οὐδὲ

ζειαὶ δὲ φύσιν λαχεῖν· ἀλλὰ τῇ τῆς προαιρέσεως τῆς
γνώμης, ἀπὸ τῶν ἀμεινόνων εἰς τὰ χείρω μεταπεσεῖν· ἐπεὶ τοῖς τῶν πεποιηκότος τῶν ἀγαθῶν δεομένοις, ἀλλ' ὑπερεπαίρουσι μείζονα, εἰς δόξαν ἦλθε τοῦ πάθους, ἐκπεσεῖν· ἢ, καὶ τὸ ἀρχῆθεν δοθείσης γυμνωθῆναι τιμῆς· εἶτα κατὰ τῶν ἀνθρώπων, ὡς εἰκόνι θεία πεφιλημένων, λυττῆσαι, καὶ κατ' αὐτῶν ἀναδέξασθαι πόλεμον· τὸν δὲ ποιητὴν, τῇ μὲν τῶν ἀγγέλων δορυφορίᾳ φεύξεσθαι τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος, ὅπως μὴ βίᾳ καὶ τυραννίδι χρώμενος ὁ ἀόρατος ὀπτῶν, οὓς ἀφ' φθόνου ἐμίσησεν, ἀδεῶς ἀφανθείρῃ· τὸ δὲ ἀγωνιστικὸν οὐκ ἔτι κωλύσαι διαμάχεσθαι, ἵνα δείξῃ τοῖς ἀρίστοις ἡ πάλη, καὶ γλύσωνται ἀνδραγαθίας ἀφορμάς. οὗ δὴ εἵνεκα τὴν βίαν τὸν ἐκείνου φορᾷ διακωλύσας τῇ τῶν ἀγγέλων φορᾷ, τὸ τῶν λογισμῶν ξυνεχώρησεν ἀγωνίαν· ὅπως τοῖς ἀξιονίκοις ἐπιφανῇ τὸ στεφάνων ἄξιος· οὐκ αὐτὸς μὲν ἐκείνοις εἰς ἀνταπάλουσαξιν ἀποκληρώσας, εἰς δέον δέ γε τῇ ἐκείνου πονηρίᾳ χρησάμενος, καθάπερ οἱ ἰατροὶ ταῖς ἐχίδναις εἰς νοσημάτων ἀπαλλαγάς. ταῦτα μὲν οὖν ἡμεῖς τῶν ἐναντίας περὶ δόξαζειν δυνάμεως ἐδιδάχθημεν. ὁ δέ γε Πλάτων ὁποῖα καὶ τοῖς τῷδε πεφρόνηκεν ῥᾴστα γοίητις ἂν ἐντυχὼν οἷς ἐκεῖνος ἔγραψεν ἐν τῷ δεκάτῳ τῶν Νόμων. λέγει δ' οὕτως· Ψυχῇ δὲ διοικοῦσθαι καὶ οἰκοδομεῖσθαι πᾶσι τοῖς πρώτοις κινουμένοις λέγοντός σου, καὶ τὸν οὐρανὸν διοικεῖν αὐτῇ φαίην. τί μήν; μίαν ἢ πλείους; ἐγὼ μὲν οὖν ὑμῖν ἀποκρινοῦμαι. δυοῖν μὲν οὖν γέ που ἐλάττω μὴ τιθῶμεν, τῆς τε εὐεργέτιδος, καὶ τῆς τἀναντία δυναμένης ἐργάσασθαι. τοιαῦτα μὲν οὖν ἐκεῖνος γέγραφεν· ὅσης δὲ ταῦτα ἀποπίας μεστά, αὐτίκα δὴ καταμαθεῖν ἔστιν. ψυχὴν γὰρ δὴ κέκληκε, τὰ ὁρώμενα πάντα, καὶ μήν τοι καὶ τὰ ἀόρατα ἰθύνουσαν δυναμιν. ταύτην δ' οὐ μόνον τῆς γῆς, ἀλλὰ καὶ τὸν οὐρανὸν οἰκονομεῖν ἔφησιν. εἶτα ἐρωμένος, εἰ μίαν ἢ πλείους χρὴ λέγειν, ἀπεκρίνατο, ὡς οὐ δεῖ λέγειν τὰς δύο ἐλάττους· καὶ τὴν μὲν ἐκάλεσεν εὐεργέτιν, τὴν δὲ τἀναντίων ἐργάτιν· καὶ τὴν ἴσην καὶ τῇ ἀγαθῇ καὶ τῇ πονηρᾷ προσεκλήρωσε δυνάμιν. καὶ μήν τοι καὶ τὸν οὐρανὸν οἰκονομεῖν ἔφησε τῆς κακίας δημιουργόν. ἡμῖς δέ, τὸ μὲν πονηρὸν πνεῦμα, οὐ καὶ προσκλητὸν οἱ θεῖοι προσαγορεύουσι λόγοι, ἰθύνειν καὶ κυβερνᾶν, καὶ ἁγιάζειν, οὐ μόνον ἀγγέλους καὶ ἀρ-

A talem sortitos naturam fuisse, sed vitio voluntatis à melioribus ad peiora corruisse. Cùm enim datis sibi muneribus contenti non essent, sed altiora appeterent, superbiæ labem contraxisse, & dignitate, qua honestati ab initio fuerãt, excidisse. Inde aduersus homines, quos ad imaginẽ Dei factos videbant, rabie exarsisse, bellúmque in eos suscepisse. Deum verò, Angelorum quidem præsidio humanum genus muniisse, ne qua vel violentia vel tyrannide qui inuisibiliter irruit, quos odio per inuidiam prosequitur, impunè disperdat: pugnam tamen & certamen non sustulisse, vt pugiles fortissimos lucta prodat, & virtutis extent exempla. Huius itaque rei causa, etsi violentos illius impetus per Angelorum custodiam represserit, impugnantium tamen cogitationum luctam permisit, vt eos corona dignos ostenderet, qui fortiter restitissent: non quòd illi aduersarij partes à natura imposuerit, sed quòd eius malitia congruenter sit vsus, sicut medici viperis ad morborum curationem vtuntur. Hæc nos sacræ litteræ de aduersis potestatibus sentire docuerunt. Quęnam autem Plato de iisdem senserit, facillimè cognoscet qui ea legerit, quæ in decimo Legum libro conscripsit his verbis: *Cùm animam dicas omnia gubernare, omnibúsque insitam esse quæ vbicumque mouentur, etiam cælum regere dici necesse est. Quid ergo? vnámne, an plures? Ego pro vobis respondebo. Pauciores duabus ne statuamus: eam quæ bona conferat, alteram quæ contraria possit efficere.* Talia quidem ille conscripsit. Quantis verò ineptiis referta sint, continuò intueri licet. Animam enim vocauit potestatem omnia tum visibilia tum inuisibilia moderantem. Hanc autem, non terram modò, sed cælum quoque gubernare asseruit. Tum interrogatus, vnámne an plures dicere oporteat, respondit, pauciores duabus dici non oportere, harúmque alteram appellauit bonorum, alteram malorum effectricem. parem autem vtrique vim, & facultatem attribuit. Quinetiã cælum ab ea gubernari statuit, quæ mali est auctor. Nos verò Spiritum sanctum, quem Paracletum quoque litteræ sacræ appellant, regere, & gubernare, ac sanctificare, non Angelos solùm & At-

changelos, alióſque ſupercæleſtes ordines dicimus, ſed & ex hominibus eos omnes, qui pietatem colere, magníque res diuinas facere ſtudent. At verò Dæmonas Dæmonúmque principem non modò à cæli vertice deturbatum fuiſſe, ſed & virtutis athletas perhorreſcere, & formidare ac fugere, ſolóſque ſibi eos ſubigere, qui vltrò & ſua ſponte illius ſeruituti ſe dederint. In ſolis enim inobedientiæ filiis operari illum diuinus ait Apoſtolus. De hoc rurſus Plato ſic in Phædro ſcriptum reliquit:

Epheſ. 2.2. *Sunt igitur & alia mala: ſed dæmon quidam plurimis ipſorum præſentem voluptatem admiſcuit. Hac ille tanquam illecebra quadam vtitur, pernicioſumq; hamum obducens, alios quidem, qui deceptu faciles ſunt, fallit perdítque hominum: qui verò valentiore animo ſunt præditi, laqueos præuident, eóſque tranſiliunt.* Quapropter de his quoque ſententias inuicem comparantes, videte vtra Deo ſint conuenientiora: bonúmne malæ naturæ auctorem dicere, huicque non modò terram, ſed etiam cælum pro libidine moderandum tradere ac permittere, an è contrario affirmare, Deum malorum auctorem prorſus non eſſe, ſed voluntatis arbitrio Dæmonas, ſicut & hominum pleroſque, factos eſſe malos. Puto autem vos quoque confeſſuros, multo hæc illis potiora eſſe dogmata. Quòd ſi ſacras etiam litteras euoluatis, ſcopúmque illarum diligentiùs percipiatis, planiùs deprehendetis quanto diuinitùs inſpirari ſermones humanis rationibus præſtent, qualiáque ſint Spiritus ſancti dogmata, & qualia rurſus malorum dæmonum documenta.

Α χαλήνεις, καὶ τὰς ἄλλας τῶν ἐπουρανίων ξυμμορίας, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀνθρώπων τοὺς θεοσεβῶς πολιτευομένους, καὶ τὰ θεῖα περὶ πολλοῦ ποιουμένους, φαμὲν· τοὺς δὲ γε Δαίμονας, καὶ τὸν τούτων ἡγούμενον, οὐ μόνον τῶν οὐρανίων ἀψίδων ἐξελαθῆναι, ἀλλὰ καὶ τοὺς τῆς ἀρετῆς ἀθλητὰς ὀρρωδεῖν καὶ δεδιέναι καὶ φεύγειν, μόνους δὲ ἔχειν ὑποχειρίους τοὺς ἀθεμίτως καὶ αὐθαιρέτως τῷ ἐκείνου δουλείᾳ ἀπαζομένους· ἐν μόνοις γὰρ τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας ἐνεργεῖν αὐτὸν εἴρηκεν ὁ Ἀπόστολος. περὶ τούτου πάλιν ὁ Πλάτων

Β καὶ ταῦτα εἴρηκεν ἐν τῷ Φαίδρῳ· Ἔστι μὲν οὖν καὶ ἄλλα κακά· ἀλλά τις δαίμων αὐέμιξε τοῖς πλείοσιν ἐν τῷ παραυτίκα ἡδονῇ. ταύτῃ γάρ τοι οἷ δελεάσας κεχρημένος, καὶ ὃ ἄγκιστρον ὃ ὀλέθριον καλυφύπτων, τοὺς μὲν ὀλιγαπάτητους ἀποδυσκολεῖ καὶ διόλλυσι τῶν ἀνθρώπων· οἱ δὲ γε τὸν νοῦν ἐρρωμένοι, περιοράσι τὰς πάγας, καὶ ταύτας ὑπερπηδῶσιν. ἀτάρ οὖν καὶ τὰς περὶ τούτων δόξας ἐκ παραλλήλου θέντες, ἀφήσατε πότερα τούτων ἁρμοδιώτερα θεῷ· ὃ τὸν ἀγαθὸν πονηρᾶς φύσεως φάναι δημιουργὸν, καὶ τούτῳ μὴ μόνον τὴν γῆν, ἀλλὰ καὶ τὸν οὐρα-

C νὸν ἐγχείσαι, καὶ ὑπιτρέψαι οἱ κυβερνᾶν ὡς βέλεται· ἢ πανώλεθρον εἰπεῖν, ὡς αἰτίους μὲ κακῶν πάντων ὁ θεὸς, αἱρέσει δὲ γνώμης οἱ δαίμονες γεγόνασι πονηροὶ, ὥσπερ δὴ καὶ τῶν ἀνθρώπων πλείστοι. ἀλλά γε οἶμαι καὶ ὑμᾶς ξυνομολογήσειν, ὡς ταῦτα ἐκείνων ἀμείνω τὰ δόγματα. εἰ δὲ καὶ αὐτῆς γε τῆς θείας λέξεως ἐντύχοιτε, καὶ τὴν ἐκείνων σκοπὸν ἀκριβῶς καταμάθοιτε, σαφέστερον εἰσεσθε, πόσῳ τὰ θεόπνευστα λόγια τῶν ἀνθρωπίνων διενήνοχε λογισμῶν· καὶ ὁποῖα μὲν τὰ τῆς θείας πνεύματος δόγματα, ὁποῖα δὲ τὰ τῶν πονηρῶν δαιμόνων παιδεύματα.

D

DE MATERIA ET MVNDO.

SERMO IV.

DEMOCRITVM Damaſippi filium Abderitem ferunt, optimam doctrinam naturæ ſimilem dicere. Quippe animam transformare, atque ad id quod melius eſt traducere, priſcáſ-

ΠΕΡΙ ΥΛΗΣ ΚΑΙ Κόσμου. Δ'.

ΔΗΜΟΚΡΙΤΟΝ τὸν Δαμασίππου τὸν Ἀβδηρίτην φασὶ, περὶ φύσεως λέγειν τὴν ἀρίστην διδασκαλίαν. μεταμορφοῦν γὰρ δὴ καὶ μεταρυθμίζειν πρὸς τὸ βέλτιον τὴν ψυχὴν, καὶ τοὺς παλαιοὺς ἀνανεοῦν

χαρακτῆρας, οὓς ἐξ ἀρχῆς ἡ φύσις ἐνέθηκε. κἀγὼ ἔγωγε μάλα τόνδε τὸν λόγον εὖ ἔχειν ὑπείληφα. καὶ γὰρ τὸν Σωκράτη τὸν Σωφρονίσκου φησὶν ὁ Πορφύριος, εἰς ἀκολασίαν ἰδίᾳ νέος ὢν ἀποκλίναντα, ταυτὸν καὶ διδαχῇ τούτους μὲν ἀφανίσαι τοὺς τύπους, τοὺς δὲ τῆς φιλοσοφίας ἐκμάξασθαι. πολλὰ δέ που τοιαῦτα καὶ τὰ θεῖα ἡμᾶς ἐξεπαίδευσε λόγια. κἀγὼ καὶ τελώνας ὁ Σωτὴρ ὁ ἡμέτερος, πλεονεκτικὸν βίον ἀπασαμένους καὶ ἄδικον, καὶ χαμερπεστάτην λῃστήν, καὶ ἀλλοκότους πολλοὺς πονηρίᾳ ξυνεζηκότας, εἰσηγήσεσι καὶ παραινέσεσιν ἐκ μέσου τοῦ βαράθρου τῆς κακίας ἀνέσωσεν, ἀρετῆς δὲ τελεωτάτης ἀπέφηνεν ἐραστάς. καὶ τί λέγω τρεῖς ἢ τέτταρας, ἢ δέκα ἢ πεντεκαίδεκα; πᾶσαν γάρ που τὴν οἰκουμένην, οὕτω διακειμένην, δι' ἐκείνων γε τῶν ὀλίγων, οὓς αὐτὸς μετερρύθμισεν, ἀληθῶς μετέβαλε, καὶ τὸ πάλαι τοῖς ἑξηκοστοῖς καὶ τριακοστοῖσιν ἐοικυῖαν, σωφρονοῦσαν ἀπέφηνε. τοῦτο σαφῶς εἰδότες ἡμεῖς, τὴν σωτήριον ὑμῖν διδασκαλίαν προσφέρομεν· καὶ διαμαχομένους ὁρῶντες καὶ ἀντιλέγοντας καὶ τὴν θεραπείαν ἀποδυομένους, οὐκ ἀπαυδῶμεν, ἀλλὰ τῇ σπογγιᾷ τοῦ λόγου καθαίνομεν τῆς ἀπιστίας τὸ πάθος. τρὶς δὲ ἤδη τοῦτο δεδράκαμεν, καὶ ὅπως ἀναλγῆτον καὶ χρήσιμον τὸ τῆς πίστεως ἐπιδείξαιμι φάρμακον. τίνα τε χρὴ δοξάζειν τῆς οὐσίας περὶ τῆς θείας, καὶ ὁποῖα προσήκει φρονεῖν περὶ τῶν ἀοράτων μέν, γενητῶν δὲ φύσεων, ἐδείξαμεν· καὶ ὅ τῆς ποιητικῆς μυθολογίας ἀπογυμνώσαντες αἶσχος, ἐς τὴν τεραστώδη τῶν φιλοσόφων ἀλληγορίαν ἐλέγξαντες. ὅπῃ δὲ καὶ ἡ ὁρατὴ περὶ κτίσεως, οὔτε ἀληθῆ, οὔτε μὴν ξυμφωνά γε ἀλλήλοις ἐδόξασαν, ἀλλ' εἰς πολλὰς καθάπερ ἐν νυκτομαχίᾳ διεκρίθησαν μοίρας, ἀλλήλοις ὡς πολεμίοις κατεπεμβαίνοντες, προθύρου οἶμαι καὶ τὰς τούτων ἐν μέσῳ προθεῖναι δόξας, καὶ τῆς θείας γραφῆς προβαλεῖν τὰ δόγματα, καὶ δεῖξαι δὲ ἀμήχανος, ὡς λογισμοὶ ἀνθρώπων δειλοί, καὶ ὑποσφαλεῖς αἱ ὑπόνοιαι αὐτῶν, ἡ σοφός τις ἡμέτερος εἴρηκεν. Ξενοφάνης μὲν οὖν ὁ Ὀρθομένους ὁ Κολοφώνιος, τῆς Ἐλεατικῆς αἱρέσεως ἡγησάμενος, ἓν εἶναι τὸ πᾶν

que notas quas ab initio natura indidit renouare. Quam ego ſententiam veriſſimam eſſe arbitror. Socratem enim Sophroniſci filium Porphyrius refert, cùm ad incontinentiam iunior propenderet, ſtudio ac diſciplina has notas aboleuiſſe, & Philoſophiæ notas impreſſiſſe. Multa verò huiuſmodi etiam ſacræ nos litteræ docuerunt. Nam & publicanos Seruator noſter, genus hominum auaritiæ, iniuſtitiæque addictum, & libidinoſiſſimam meretricem, & ſceleſtiſſimum latronem, multóſque alios vitæ perditæ ac profligatæ, ſuaſionibus & hortamentis eruit de malitiæ ſuæ barathro, perfectiſſimæque virtutis amatores reddidit. Quid tres autem, vel quatuor, vel decem, vel quindecim homines dico? Terrarum enim orbem vniuerſum ſic affectum per paucos illos quos ipſe correxit, protinus immutauit, & ſimilem olim extra ſe poſitis ac dementibus, frugi ac temperatum effecit. Horum itaque nos apprimè gnari, ſalutarem vobis doctrinam afferimus. Neque eo quòd repugnantes vos & contradicentes cernimus, curationémque repellentes, feſſi propterea deſiſtimus, ſed incredulitatis veſtræ morbum orationis noſtræ ſpongia perfundimus. Quod quidem tertiò iam egimus, & quàm vtile ac neceſſarium fidei ſit remedium oſtendimus. Quid præterea de diuina ſubſtantia ſit ſentiendum, & de naturis, quæ creatæ quidem, ſed inuiſibiles ſunt, quid cenſendum ſit expoſuimus: & poëticæ vnà fabulationis obſcenitatem deteximus, portentoſáſque Philoſophorum allegorias refutauimus. Quia verò & de creatura quoque viſibili, neque vera, neque inter ſe concordia opinati ſunt, ſed veluti nocturna in pugna multas in partes diſſecti ſunt, atque in ſeipſos mutuò tanquam in hoſtes irruerunt, haud ab re facturum me puto, ſi horum quoque ſententias in medium afferam, ſanctæque ſcripturæ dogmata opponam: ex quo palam ſit omnibus, quàm timidæ ſint hominum cogitationes, quámque incertæ illorum prouidentiæ, ſicut quídam ſapientum noſtrorum effatus eſt. Xenophanes igitur Orthomenis filius Colophonius, qui Eleaticæ ſectæ princeps fuit, vnum eſſe hoc Vni-

uersum dixit, orbiculari forma, finitum, nequaquam genitum, sed æternum prorsus & immobile. Idem rursus huius sermonis oblitus, è terra enata esse cuncta dixit. eius enim est hic versus:

Omnia de terra sunt hæc, in eámque feruntur:

Sunt autem hæ sententiæ inter se discordes. Si enim æternus est mundus, principio vtique caret: si principio caret, nulla eius est causa: si nulla eius est causa, terram ergo matrem non habet. Quòd si mundi causa est terra, causa prorsus non caret: si causa non caret, vtique nec principio: at si principium habet, æternus non est. Parmenides porrò Pyrrhetis filius, Eleates, cùm Xenophanis esset auditor, consona illis scripsit, quæ priore loco dicta sunt à magistro. Illius enim versum hunc esse aiunt:

Solum, atque vnigenum, intrepidum manet, ingenitúmque.

Causam autem rerum omnium, non solùm terram sicut ille, sed ignem etiam esse affirmauit. Melissus autem filius Ithagenis, Milesius, huius quidem socius fuit, traditam verò doctrinam integram non seruauit. Nam cùm illi mundum esse finitum dicerent, ipse infinitum asseruit. Democritus verò Damasippi filius, Abderites, vacui ac plenorum primus opinionem inuexit. Hæc autem Metrodorus Chius indiuisibilia & vacuum appellauit. Sicut & Epicurus Neoclis filius, Athenienſis, quinta generatione post Democritum natus, quæ illi plena indiuisibiliáq; dixerunt ipse atoma nominauit. Indiuisibile autem & atomum & plenum alij, quòd pati nihil possint dicta volunt: alii quòd valdè sint exigua, ita vt sectionem & diuisionem admittere nequeant. Sic autem appellant minima & tenuissima illa corpora, quæ Sol per feneſtras penetrans sursum ac deorsum oberrantia demonstrat. Horum sententiam Diophantus quoque Syracusanus Pythagoreus sequutus est. Plato autem filius Aristonis, principia rerum omnium Deum & materiam & ideas esse docuit Aristoteles Nicomachi filius, Stagirites, materiam, formam, priuationem. Elementa verò non quatuor, sed quinque esse affirmat: aliud enim esse ait æthe-

A ἔφη, σφαιροειδὲς καὶ πεπερασμένον, οὐ γεννητὸν, ἀλλ' ἀίδιον καὶ πάμπαν ἀκίνητον. πάλιν δὲ τούτων τῶν λόγων ἐπιλαθόμενος, ἐκ τῆς γῆς φῶτα ἅπαντα εἴρηκεν. αὐτὰ γὰρ δή τόδε τὸ ἔπος ἐστίν·

Ἐκ γῆς γὰρ τάδε πάντα, καὶ εἰς γῆν πάντα τελευτᾷ.

ἀξύμφωνοι δὲ αὐτῶν καὶ οἱ λόγοι. εἰ γὰρ ἀίδιος ὁ κόσμος, ἀνάρχος· εἰ δὲ ἀνάρχος, καὶ ἀναίτιος· εἰ δὲ ἀναίτιος, οὐκ ἔχει δήπου μητέρα τὴν γῆν. εἰ δ' αἰτίαν ἔχει τὴν γῆν, οὐκ ἄρα ἀναίτιος· εἰ δὲ οὐκ ἀναίτιος, οὐδὲ ἄναρχος. Εἰ δὲ οὐκ ἄναρχος, οὐκ ἄρα ἀίδιος. Παρμενίδης δὲ ὁ Πύρρητος ὁ Ἐλεάτης, Ξενοφάνους ἐταῖρος γνώμενος, καὶ μὴν τὸν ἐκείνου λόγον ξύμφωνα τοῖς διδασκάλῳ ξυγγέγραφεν· αὐτὰ γὰρ δή τόδε τὸ ἔπος ἐστί φασιν.

Οὖλον, μουνογενές τε, καὶ ἀτρεμές, ἠδ' ἀγέννητον.

αἴτιον δὲ τῶν ὅλων, οὐ τὴν γῆν μόνον, καθάπερ ἐκεῖνος, ἀλλὰ καὶ τὸ πῦρ εἴρηκεν εἶναι. Μέλισσος δὲ ὁ Ἰθαγένους ὁ Μιλήσιος, τούτου μὲν ἑταῖρος ἐγένετο, τὴν γε μὴν παραδοθεῖσαν διδασκαλίαν ἀκήρατον οὐκ ἐτήρησεν. ἄπειρον γὰρ αὐτὸν ἔφη τὸν κόσμον, ἐκείνων φάντων πεπερασμένον. Δημόκριτος δὲ ὁ Ἀβδηρίτης ὁ Δαμασίππου, τὴν τοῦ κενοῦ καὶ τῶν ναστῶν πρῶτος ἐπεισήγαγε δόξαν. Ταῦτα δὲ Μητρόδωρος ὁ Χῖος, ἀδιαίρετα καὶ κενὸν προσηγόρευσεν. ὡσαύτως αὖ πάλιν Ἐπίκουρος ὁ Νεοκλέους ὁ Ἀθηναῖος, πέμπτῃ γενεᾷ μετὰ Δημόκριτον γεγονώς, τὰ ἐκείνου ναστὰ καὶ ἀδιαίρετα δὴ κληθέντα, ἄτομα προσηγόρευσεν. ἀδιαίρετον δὲ καὶ ἄτομον καὶ ναστόν, οἱ μέν, διὰ τὸ ἀπαθὲς ὀνομάζεσθαι φασίν· οἱ δέ, διὰ τὸ ἄγαν σμικρόν, ἅτε δὴ τομὴν καὶ διαίρεσιν δέξασθαι οὐ δυνάμενον. καλοῦσι δὲ οὕτω τὰ σμικρότατα ἐκεῖνα καὶ λεπτότατα σώματα, ἃ διὰ τῶν φωταγωγῶν εἰσβάλλων ὁ ἥλιος, δείκνυσιν ἐν ἑαυτῷ ἄνω καὶ κάτω πλανώμενα. τούτοις καὶ ὁ Διόφαντος ὁ Συρακούσιος ὁ Πυθαγόρειος ἠκολούθησε. Πλάτων δὲ ὁ Ἀρίστωνος, ἀρχὰς εἶναι τῶν ὅλων τὸν θεὸν, καὶ τὴν ὕλην, καὶ τὰς ἰδέας φησίν. Ἀριστοτέλης δὲ ὁ Σταγειρίτης ὁ Νικομάχου, εἶδος καὶ ὕλην καὶ στέρησιν. στοιχεῖα δὲ οὐ τέσσαρα, ἀλλὰ πέντε· ἕτερον γὰρ εἶναί φησι τὸ αἰθέριον

εἴρηκεν,

εἴρηκεν, ἀγεννήτου τε καὶ ἀμεταβλήτου. Ξενοκράτης δὲ ὁ Χαλκηδόνιος, ἀέννασον τὴν ὕλην, ἐξ ἧς ἅπαντα γέγονε, προσηγόρευσε. Ζήνων δὲ ὁ Κιτιεὺς ὁ Μνασέου, ὁ Κράτητος φοιτητὴς, ὁ τῆς Στωϊκῆς ἀρξας αἱρέσεως, τὸν θεὸν καὶ τὴν ὕλην ἀρχὰς ἔφησεν εἶναι. Ἱππασος δὲ ὁ Μεταποντῖος, καὶ Ἡράκλειτος ὁ Βλόσωνος ὁ Ἐφέσιος, ἓν εἶναι τὸ πᾶν, ἀκίνητον καὶ πεπερασμένον, ἐξ ὑλῆς δὲ πυρὶ γεγενῆσθαι. ὁ δὲ Ἀπολλωνιάτης Διογένης, ἐκ τοῦ ἀέρος ἔφη ξυστῆναι τὸ πᾶν. καὶ τὴν ὕλην δὲ γε Θαλῆς μὲν, καὶ Πυθαγόρας, καὶ Ἀναξαγόρας, καὶ Ἡράκλειτος, καὶ ὁ τῆς Στωϊκῆς ὁρμαθὸς, τρεπτὴν καὶ ἀλλοιωτὴν καὶ ῥευστὴν ἔφασαν εἶναι. Δημόκριτος δὲ, καὶ Μητρόδωρος, καὶ Ἐπίκουρος, ἀπαθῆ τὰ ἄτομα καὶ τὸ κενὸν προσηγόρευσαν. ὁ δὲ γε Πλάτων, σωματοειδῆ τὴν ὕλην ἔφησεν εἶναι καὶ ἄμορφον, καὶ ἀνείδεον καὶ ἀσχημάτιστον, καὶ ἄποιον παντελῶς. Ταῦτα γὰρ πάντα, φησὶν, ὕστερον ὁ δημιουργὸς ἐδέξατο. Ἀριστοτέλης δὲ αὐτὴν σωματικὴν κέκληκεν· οἱ Στωϊκοὶ δὲ σῶμα. τὸ δὲ κενὸν, οἱ περὶ Δημόκριτον, τὴν ἀτόμων ὠνόμακασι τόπον. οἱ δὲ ἄλλοι ἅπαντες, τοῦτόν γε αὐτοῖς κωμῳδοῦσι τὸν λόγον. αὐτίκα τοίνυν Ἐμπεδοκλῆς οὕτω φησίν·

Οὐδέ τι τοῦ παντὸς κενεὸν πέλει, οὐδὲ περισσόν.

οἱ δὲ Στωϊκοὶ, ἐντὸς μὲν τοῦ παντὸς μηδὲν εἶναι κενὸν· ἐκτὸς δὲ αὐτοῦ, πάμπολύ τε καὶ ἄπειρον. ὁ δὲ Στράτων ἔμπαλιν, ἔξωθεν μὲν μηδὲν εἶναι κενὸν, ἔνδοθεν δὲ δυνατὸν εἶναι. οὐ μόνον δὲ ἐν τούτοις διαφωνία γε πλείστη, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐγένετο. καὶ γὰρ δὴ τὸν κόσμον, Θαλῆς μὲν, Πυθαγόρας, καὶ Ἀναξαγόρας, καὶ Παρμενίδης, καὶ Μέλισσος, καὶ Ἡράκλειτος, καὶ Πλάτων, καὶ Ἀριστοτέλης, καὶ Ζήνων, ἕνα εἶναι ξυνωμολόγησαν. Ἀναξίμανδρος δὲ, καὶ Ἀναξιμένης, καὶ Ἀρχέλαος, καὶ Ξενοφάνης, καὶ Διογένης, καὶ Λεύκιππος, καὶ Δημόκριτος, καὶ Ἐπίκουρος, πολλοὺς εἶναι καὶ ἀπείρους ἐδόξασαν. καὶ οἱ μὲν, σφαιροειδῆ τοῦτον εἶναι· οἱ δὲ, ἑτεροειδῆ. καὶ οἱ μὲν, μυλοειδῶς· οἱ δὲ, ἕλικι δίκην περιδινεῖσθαι. καὶ οἱ μὲν, ἔμψυχόν τε καὶ ἔμπνουν· οἱ δὲ, πάντα πάσαν ἄψυχον. καὶ οἱ μὲν, κατ' ἐπίνοιαν γεννητὸν, οὐ χρόνον· οἱ δὲ, ἀγέννητον παντελῶς καὶ ἀΐδιον. καὶ οὗτοι μὲν, φθαρτὸν· ἐκεῖνοι δὲ,

A rium, quod variari mutaríque nequeat. Xenocrates autem Chalcedonius iugifluam materiam, ex qua omnia facta sunt, appellauit. Zeno autem Cittiensis, Mnasæi filius, Cratetis auditor, à quo Stoicorum secta initium sumpsit, Deum & materiam principia rerum dixit. Hippasus verò Metapontinus, & Heraclitus Blosonis filius Ephesius, vnum esse dixerunt vniuersum, immobile ac finitum, ab igne autem sumpsisse principium. Diogenes Apolloniates, ex aëre constitutum asseruit. Materiam porrò ipsam Thales, & Pythagoras, & B Anaxagoras, & Heraclitus, omnísque Stoicorum ordo, mutabilem, alterabilem, fluxámque dixerunt. Democritus verò, Metrodorus, & Epicurus, impatibiles atomos & vacuum principia statuerunt. At Plato, corpori assimilem materiam esse ait, sed informem, nulla specie, nulla figura, nulla præditam qualitate. Hæc enim omnia deinceps, inquit, à conditore recepit. Aristoteles, corporalem eam vocauit: Stoici verò, corpus. Vacuum verò Democritus, atomorum locum esse docuit. Alij verò omnes, C hunc illius apertè taxant sermonem. Itaque Empedocles sic ait,

In toto nihil est vacui, nihil inde superfit.

δημιουργεῖν· τοῦτο γὰρ καὶ πάλαι πεποίηκε, καθ' ἑκάστην, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἡμέραν ποιεῖ. καὶ γὰρ ἐξ ὑποκειμένων σωμάτων διαπλάττει τῶν ζώων τὰ σώματα, καὶ ἐκ μὴ ὄντων δημιουργεῖ τὰς ψυχάς, οὐ χαίπασι τοῖς ζώοις, ἀλλὰ μόνοις ἀνθρώποις· καὶ διὰ τῶν πτηνῶν δημιουργεῖ τὰ πτηνά, καὶ διὰ τῶν νηκτῶν τὰ νηκτά, καὶ τῶν ἄλλων ζώων ἕκαστον διὰ τοῦ ὁμογενοῦς διαπλάττει. οὕτω δὲ καὶ τῆς γῆς τοὺς καρποὺς διὰ τῶν σπερμάτων καὶ φυτευομένων τοῖς ἀνθρώποις προφέρει. πάλαι μὲν ἡ γῆ καὶ ἀνήροτος καὶ ἀσπαρτος ἐβλάστησε πᾶσαν φυτῶν καὶ σπερμάτων ἰδέαν, καὶ τῶν ἑρπετῶν καὶ τετραπόδων τὰ γένη. καὶ τῶν ὑδάτων ἡ φύσις ἔφυσεν, ὡς ἐκελεύσθη, καὶ τὰ τοῖς ὕδασιν ἐνδιαιτώμενα ζῶα, καὶ τὰ τὸν ἀέρα διαπερᾶν πεφυκότα. αὐτίκα μέντοι τὴν γῆν, καὶ τὸν οὐρανόν, καὶ τὸν ἀέρα, καὶ τῶν ὑδάτων τὴν φύσιν, καὶ τὸ πῦρ, καὶ τὸ φῶς, οὐ τῇ ὕλῃ ἀναδοῦναι προσέταξεν, ἀλλὰ μὴ ὄντα πρότερον, αὐτὸς καὶ φυτουργὸς. καὶ ναυπηγὸς τοῦ μεγίστου σκάφους τῆς κτίσεως γεγονὼς, αὐτὸς καὶ κυβερνᾷ καὶ ἰθύνει ὁ πανσόφως κατεσκευάσας σκάφος. Ταῦτα οὐ μόνον ἡμᾶς διδάσκουσι καὶ ἀπόστολοι, ἀλλὰ καὶ προφῆται, καὶ τῶν προφητῶν ὁ κορυφαῖος Μωϋσῆς, ὁ τὴν κοσμογένειαν ξυγγράψας· καὶ πρὸ τούτων, Ἀβραὰμ καὶ Μελχισεδὲκ, καὶ ἅπας τῶν πατριαρχῶν ὁ χορός. ἕκαστος γὰρ τούτων οὐ πολλοὺς, ἀλλὰ τὸν τοῦ παντὸς ἐθεολόγησε ποιητήν. καὶ τοῦτο εἴσεσθε, εἰ τοῖς θείοις λογίοις ἐντύχοιτε. ἐκ προδιηλάξεως μεμαθηκότες, ὅσον τὰ ἀνθρώπινα ὑπολείπεται λογισμῶν τῆς θείας γραφῆς τὰ παραδείγματα, φύγετε μέν, ὦ φιλότης, τὸν πλάνον, ἀσπάσασθε δὲ τοῦ ἡλίου φανοτέραν ἀλήθειαν· ἵνα καὶ τῶν ταύτης φωταγωγούμενοι, καὶ τῶν θείων λογίων τὸν νοῦν θεωρήσητε, καὶ τοῖς τούτων διδασκάλοις θαυμάσητε, καὶ πεσόντες ὅπι πρόσωπον, ἀποστολικῶς εἰπεῖν, προσκυνήσητε τῷ θεῷ, λέγοντες ὅτι ὄντως ὁ θεὸς ἐν ὑμῖν ἐστιν.

A quid producat. hoc enim & olim fecit, & singulis propemodum diebus facit. Nam & ex præstitutis corporibus animalium corpora effingit, & ex iis quæ non sunt animas creat, non cunctarum quidem animantium, sed hominum duntaxat. Et ex volucribus volucres, nantiáque ex nantibus, & ceteras species singulas ex homogeneis gignit. Ita & terræ fœtus de satis consitisque plantariis ad humanos vsus depromit. Olim verò nec arata tellus, nec seminibus vllis aspersa, plantarum seminúmque species omnes germinando produxit, reptiliúmque & quadrupedum genera procreauit. Ipsa insuper aquarum vis, sicut iussa fuit, & aquatiles protulit animantes, & eas quæ volando aërem permeant. Cæterùm, neque terram, neque cælum, neque aerem, neque aquarum naturam, neque ignem, neque lucem vt produceret, materiæ imperauit, sed ipsemet cùm nulla essent procreauit. Idem ipse & plantator & constructor maximi creaturæ nauigij fuit: idem ipse quod sapientissimè condidit nauigium gubernat & dirigit. Hæc autem nos docuerunt non Apostoli modò & Euangelistæ, sed etiam Prophetæ, Prophetarúmque princeps, qui mundi originem conscripsit, Moses: & ante hos, & Abraham, & Melchisedec, & vniuersus Patriarcharum chorus. Horum enim quilibet, non multos, sed vnum mundi auctorem Deum censuit. id quod & vobis perspicuum erit, si diuinæ scripturę libros euoluatis. Ex comparatione igitur edocti, quanto humanis cogitationibus sacrarum litterarum præstent documenta, fugite errorem, ô amici, veritatémque sole clariorem adamate: vt ab hac illuminati, & diuinæ scripturæ sensum percipiatis, & illius magistros suspiciatis, & in faciem, iuxta Apostolum, procidentes Deum adoretis, dicentes, *Verè Deus in vobis est.*

A

DE NATVRA HOMINIS.

SERMO V.

LAPIDIS quem Magnetem vocant, ea est natura, vt omnem aliam materiam immotam dimittens, ferrum ad se solum trahat: nonnunquam etiam in altum sublatum ostendit, nec infrà rei cuiquam innixum, nec suprà visibili aliquo nexu colligatum, sed occulta lapidis virtute inuisibiliter suspensum. Tale quippiam in diuinis oraculis fieri videre est. Plurimi enim, immò cuncti ferè mortales, hæc audiunt, soli verò capiuntur qui alumni sunt fidei: cùm tamen nec felicitatis alicuius solatio inferiùs teneantur, nec superiùs re vlla quæ appareat vincti pendeant, sed ad solas spes occultas mentem accommo-
Cor. 1. 8. dent. Eam ob rem Paulus quoque Apostolus, crucis sermonem pereuntibus quidem stultitiam esse ait, iis autem qui salui fiunt, Dei virtutem. Sed enim lapis ille, propria quadam vi naturæ ferrum ad se moueri cogit: diuinorum autem sermonum gratia, non alios admittit ipsa, & alios summouet, (cunctis enim qui satiari appetunt riuos effundit,) sed eorũ qui audiunt liberum arbitrium alios admouet sitientes, alios procul arcet, qui hoc desiderium habere nolunt. Medius autem animarum, eorum qui curationem percipere nolunt, voluntatem non cogit. Nam cùm sui iuris ac potestatis rationalem naturã crearit, hortamentis quidem ac legibus à deterioribus deterret, & ad meliora prouocat, sed nolentem non cogit, vt ad potiora perueniat, ne cõstitutos vitæ fines immutet. Hinc & per Pro-
Isai. 1. 19. phetas exclamat: *Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis.* Rur-
Psal. 33. 12. súsque alibi: *Venite filij, audite me, timorem Domini docebo vos. Quis est homo qui vult vitam, diligens dies videre bonos?* Deinde verò ab iis auertens quæ mala sunt, quid sit agendum ostendit: *Siste linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Declina à malo, & fac bonum: inquire*

ΠΕΡΙ ΦΥΣΕΩΣ ἀνθρώπου. Ε'.

ΕΣΤΙ τις λίθου φύσις, ἣν μαγνῆτιν ὀνομάζουσιν, ἣ πᾶσαν ἑλκυσα τὴν ἄλλην ὕλην ἀκίνητον, τὸν σίδηρον ἐφέλκεται μόνον. ἔστι δὲ ὅτε καὶ δείκνυσιν αἰωρούμενον, οὔτε κάτωθεν ὑπό τινος ἐρηδόμενον, ὅτε ἄνωθεν φαινομένῳ τῳ ξύνδεδεμένον, ἀφανῶς δὲ τῆς ἐκείνης ἢ ὑπὸ φαινομένης ἐνεργείας ἐξηρτημένον. τοιόνδε τι γιγνόμενον ὁρᾷ τὰ θεῖα λογία ἴδοις ἂν. πολλοὶ μὲν γὰρ δὴ τούτων, μᾶλλον δ', ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἅπαντες ἐπαίουσιν ἄνθρωποι· οἱ δὲ τῆς πίστεως μόνοι θηρῶνται. Ἔφιμοι, ὅτε κάτωθεν ὑπό τινος ἀνάγκης ἐρηδόμενοι, ὅτε ἄνωθεν ὁρωμένῳ τῳ ξύνδεδεμένοι, μόναις δὲ τὰ ἀφανέσιν ἐλπίσι τὸν νοῦν ξυναρμόσαντες. ὅθεν τοι καὶ ὁ θεῖος ἀπόστολος, τὸν μὲν σταυρὸν λόγον, τοῖς μὲν ἀπολλυμένοις εἶναι μωρίαν, τοῖς δὲ σωζομένοις θεοῦ δύναμιν ἔφησεν. ἀλλ' ἐκείνη μὲν ἡ λίθος, ἰδιότητι φύσεως, ἧς ἔφην πρὸ αὐτοῦ τὸν σίδηρον ἐκβιάζεται· τὸν δὲ θείων λογίων ἡ χάρις, οὐκ αὐτὴ τοῖς μὲν πρόσεστι, τοὺς δὲ ἀποπέμπει· πᾶσι γὰρ τοῖς ἐμφορήσασι βυθιζομένοις πρόκειται νάματα· ἀλλὰ δὸς τὸν ἀκρωμένων αὐθαίρετον, τοῖς μὲν πρόσαγε διψῶντας, τοῖς δὲ πόρρω ποίει, πόνδε τὸν ἴμερον ἔχειν ἥκιστα βουλομένοις. ὁ δὲ τῶν ψυχῶν ἰατρός, τὸν τῶν οὐκ ἐθελόντων ἀπολαύειν τὸ θεραπείας οὐ βιάζεται γνώμην· αὐθαίρετον γὰρ αὐτεξούσιον τὸ λογικὸν φύσιν δημιουργήσας, προτρέπεσι μὲν νόμοις, καὶ τῶν χειρόνων ἀποτρέπει, καὶ ὅτι τὰ κρείττω πρόκειται, οὐκ ἀναγκάζει δὲ μὴ βουλομένοις τὸν ἀμεινόνων μεταλαχεῖν· ἵνα μὴ πρὸς τὰ μείζονα κινήσῃ τοὺς ὅρους τῆς φύσεως. Οὕτω τοι καὶ διὰ τῶν προφητῶν βοᾷ· Ἐὰν θέλητε καὶ εἰσακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε. καὶ αὖ πάλιν, Δεῦτε τέκνα, ἀκούσατέ μου, φόβον κυρίου διδάξω ὑμᾶς. τίς ἐστιν ἄνθρωπος ὁ θέλων ζωὴν, ἀγαπῶν ἡμέρας ἰδεῖν ἀγαθάς; εἶτα τῶν χειρόνων ἀποτρέπων, ὅτι δείκνυσι δὲ προκεῖται· Παῦσον τὴν γλῶσσάν σου ἀπὸ κακοῦ, καὶ χείλη σου τοῦ μὴ λαλῆσαι δόλον. ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθόν· ζήτησον

εἰρήνην, καὶ δίωξον αὐτήν. δῆλα ὃ τοῖς πειθομένοις ποιεῖ καὶ τὰ πόνων τὰ ἆθλα· ὅτι ὀφθαλμοὶ κυρίου ἐπὶ δικαίους, καὶ ὦτα αὐτοῦ εἰς δέησιν αὐτῶν. ὅπερ ὃ δὲ ὁ φόβος τοῖς παιδαγωγουμένοις ἁρμόδιος, ἀναγκαίως δὲ τὰ ἀπειλαῖς τοὺς ῥᾳθυμίᾳ ζυζῶντας δεδίπεται, καὶ φησίν· πρόσωπον δὲ κυρίου ἐπὶ ποιοῦντας κακά, τοῦ ἐξολοθρεῦσαι ἐκ γῆς τὸ μνημόσυνον αὐτῶν· ὁ δὲ αὐτὸς πανταχοῦ προφήτου τὰ πράγμασιν, οὐ τοῖς ἱεροῖς εὐαγγελίοις μόνῳ τινὶ χρώμενος ὑπουργῷ, ἀλλ' αὐτὸς ἐξ ἑαυτοῦ φθεγγόμενος ἐν σαρκὶ ἀνέλαβεν, ἔλεγεν. εἴ τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω. καὶ πάλιν· δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι· κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. καὶ ἄλλα δὲ μυρία εὕροι τις ἂν καὶ τοῖς θείοις εὐαγγελίοις, καὶ τοῖς τῶν ἀποστόλων ξυγγράμμασι, δηλοῦντα σαφῶς τὸ τῶν ἀνθρώπων φύσεως ἐξαίρετον. οὗ δὴ χάριν κἀγὼ πέμπω ὑμῖν, ὦ ἄνδρες, τόνδε προτρέπων πράγμασιν· οὐκ ἀξιῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀγωνιῶν λιπαρῶν καὶ πολυλογῶν, τῆς ἰατρείας μὴ προέσθαι καιρὸν, μηδὲ ἀναβάλλεσθαι τὸν σωτήριον εἰς αὔριον, ἣν οὐκ ἴσμεν εἰ ἔσται πάντως ὁ φθόνος· ἀλλ' ἀναμνησθῶμεν τῆς τοῦ Ἀσκραίου ποιητοῦ προτρέπεως·

Μὴ δ' ἀναβάλλεσθ' ἐς τ' αὔριον, ἐς τ' ἔνυφι.

προσέχων δὲ ἀκριβῶς καὶ τῇ ἄλλῃ τοῦδε τοῦ ποιητοῦ γνώμῃ, ξυνῳδὰ φθεγξομένῃ·

Αἰεὶ δ' ἀμβολιεργὸς ἀνὴρ ἄτῃσι παλαίει.

ὅπερ δὴ καὶ τοῦ κόσμου περὶ καὶ τῆς ὕλης, τίνα προσήκει φρονεῖν μεμαθήκαμεν, καὶ ὅσον τὸ μέσον τῶν τε θείων καὶ τῶν φιλοσόφων δογμάτων. φέρε λοιπὸν ἐξετάσωμεν, ἵνα δὴ καὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου φύσεως ἡ θεία γραφὴ φρονεῖν ἡμᾶς ἐξεπαίδευσε, καὶ ἵνα οἱ τὴν εὐεπείαν τοὺς λόγους κοσμοῦντες, καὶ ὀνομάτων ὥρᾳ, καὶ ῥημάτων ἠκριβωμένων κάλλει προσανέχοντες ψεύδεσθε. ὅσα μὲν οὖν ποιηταὶ περὶ τούτου μυθολογοῦσιν, ἐατέον ὅτι τοῦ πρόντος· οὐ μύρῳ τούτους χρὴ τὸν Πλάτωνα, χείσθαι, ἀλλὰ τῇ φερομένῃ πρὸ αὐτῶν δυσοσμίᾳ καὶ αἰσθήσεως ἀποτειχίσαντας. ἐκεῖνοι γὰρ, οὐ μόνον γηγενεῖς, ἀλλὰ καὶ σπαρτοὺς καὶ ἀνθρώπους γεγενῆσθαι φασὶ, καὶ ἐκ δρακοντείων ἀναφυῆναι ὀδόντων. ἃ δὲ χρὴ συλλέξαι φιλόσοφοί τε καὶ ξυγγραφεῖς, ταῦτα μόνον τῇ τῆς ἀληθείας προσθετέον διδασκαλίᾳ. ῥητέον δὲ καὶ τῶν ἄλλων

A pacem, & sequere eam. Manifestà autem obsequentibus facit, laborum quoque præmia: *Oculi Domini super iustos, & aures eius in deprecationem eorum.* Quia verò timor illis maximè congruit qui erudiuntur, conuenienter desides minando perterret: *Vultus autem Domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum.* Qui verò per Prophetam sic homines adhortatus est, idem in sacris Euangeliis, non alio vtens ministro, sed ipse in carne loquens quam assumpsit, dicebat, *Si quis sitit, veniat ad me, &* B *bibat.* Item, *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego requiem vobis dabo.* Plurima id genus alia & in Euangeliis & in Apostolorum scriptis inuenire est, quæ humanæ naturæ liberum arbitrium apertè demonstrant. Cuius rei gratia, quintam & ego vobis, ô viri, adhortationem hanc affero, non orans modò, sed maiorem in modum obsecrans & obtestans, ne curationis huius occasionem abiiciatis, nec salutem vestram in diem crastinum differatis, quem visuríne omnino simus ignoramus: sed Ascræi poëtæ admonitionis recordemini, C

Ne differ dum cras veniat, dum tertia lux sit.

& aliam eiusdem Poëtæ sententiam his consonam diligenter attendatis,

Tristia dilator patietur damna frequenter.

Quando igitur quid de mundo, déque ipsâ sit materia sentiendum, quantúmque inter diuina & Philosophorum dogmata intersit, edocti iam sumus, agedum quod supereſt inquiramus, quænam illa sint quæ de natura hominis sacræ nos litteræ docuerunt, & quænam ij, qui eloquutionis ornatu, nominúmque ac verborum elegantia libros suos conuenustantes falsitatem protulerunt. Quæcumque verò hac de re fabulantur Poëtæ, omittemus in præsens, non illos, vt Platoni placuit, aspergendo vnguento, sed contra fœtorem quem exhalant nares communiendo. Illi enim non solùm è terra editos, sed satitios quoque homines è serpentinis dentibus natos tradunt. Sola autem ea sunt cum veritatis doctoribus conferenda, quæ Philosophi & Historici nugantur. Ante omnia verò dicen- D

dum eſt, quanta de generis humani ortu inter illos pugna fuerit & contentio. Alij ſiquidem æternam hominum naturam dixerunt, terrámque hoc genere plenam ſemper fuiſſe: alij verò in terra primùm Attica natos homines, alij in Arcadia primùm extitiſſe, alij rurſus in Ægypto. Et aliarum quoque vrbium magna fuit hac de re ambitio. Adhæc autem, alij beatum hoc animal vocitarunt, alij contrà miſerum atque infeliciſſimum. Et Homerus quidem imbecille illud ærumnoſúmque appellat: Theognis autem Siculus Megarenſis exclamat,

Optima non naſci res eſt mortalibus agris,
Nec ſolis radios cernere luminibus:
Aut, vbi natus homo eſt, properè hinc deſcendere ad orcum.

Conſonant his quoque Euripidis Tragœdiæ ſenarij,

Oportuit nos funeris luctu graui
Dolere natum plurima ad diſcrimina:
At mortuum, qui caſſus eſt laboribus,
Efferre læto corde, lætis vocibus.

Solonem præterea, qui leges Athenienſibus tulit, teſtis eſt Herodotus Crœſo regi dixiſſe,

O Crœſe, homo omnis eſt grauis calamitas.

Pythagoras autem ac Plato, populum quemdam animarum corpore carentium introducunt, eáſque, poſtquam in peccatũ aliquod inciderint, ſupplicij cauſa dicunt in corpora deſtinari. Ideóque Plato in Cratylo corpus ſepulcrum vocauit, quaſi anima in corpore ſepulta ſit. Concordia verò his & Philolaus Pythagoreus dixit his verbis: *Teſtantur autem veteres Theologi ac Vates, ob quædam ſupplicia corpori animam coniugatam, & in hoc tanquam in tumulo conſepultam eſſe.* Verùm Plato idem horum oblitus quæ dixerat, in tertio Reipublicæ libro planè contraria ſignificat. *Curandum eſt enim corpus*, inquit, *animæ cauſa & harmoniæ. per corpus enim viuere nobis licet, ac rectè viuere, ſi veritatem clara vace teſtari velimus.* Quòd ſi anima per corpus viuit, ac rectè viuit, non vtique fuit vnquam ante corpus: ſi verò fuit ante corpus, vtique & viuebat, cùm immortalem ſortita ſit naturam & rationalem.

A ἀπόλυτον, ὅσην περὶ τ τῦδε τ̃ γήρους ξυγκίσεως ἔσεν ἐ διαμάχην ἐφήκασιν. οἱ μ γὰ, αἰδίον τ̃ εἶ τ̃ ἀνθρώπων τ̃ φύσιν εἰρήκασι, καὶ τῦδε τ̃ γήρους ἀεὶ ἐμπλεων γεγῆνθαι τ̃ χθῶ· οἱ δέ, ἐν τῇ Ἀτθικῇ πρῶτον φυῶναι ἀνθρώπους· ἄλλοι δ, ἐν Ἀρκαδίᾳ τῦτο γενέσθαι πρῶτον. ἕτεροι δ αὖ πάλιν, ἐν Αἰγύπτῳ. καὶ ἄλλαις δὲ πόλεσι πολλὴ περὶ τούτου φιλοτιμία γεγένηται. πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις, οἱ μ, ὄλεθριον τόδε θ ζῶον κεκλήκασιν· οἱ δὲ, δείλαιον ἐ τειπάθλιον. καὶ Ὅμηρος μὲν, ἀχιδνόν αὐτὸ καὶ οἰζυρὸν ὀνομάζ. Θέογνις δὲ ὁ Σικελιώτης ὁ Μεγαρόθεν βοᾷ·

B Γαίτων μ μὴ φῦναι ὑπερθνήτοισιν ἄμεινον,
Μηδ' ἐσορᾶν αὐγὰς ὀξέος ἠελίου.
Φύντα δ' ὅπως ὠκιστα πύλας ἀίδαο περήσαι.

Ξενοφῶντα δὲ τούτοις καὶ τῆς Εὐριπίδου τραγῳδίας τὰ ἰαμβεῖα·

Ἐχρῆν γὰρ ἡμᾶς ξύλλογον ποιουμένους,
Τὸν φύντα θρηνῆσαι εἰς ὅσ' ἔρχετ' κακά·
Τὸν δ' αὖ θανόντα, καὶ πόνων πεπαυμένον,
C Χαίρουσι δ' ἔμυθον τὰς ἐκπέμπειν δόμους
καὶ Σόλωνα δὲ τὸν Ἀθηναῖον τ̃ νομοθέτην, ἕτερα αὐτὸ Ἡρόδοτος εἰρηκέναι τῷ Κροίσῳ φῆναι·

Ὦ Κροῖσε, πᾶς ἀνθρωπος ἔστι ξυμφορή.

Πυθαγόρας δὲ καὶ Πλάτων, δήμιόν τινα ψυχῶν ἀσωμάτων εἰσάγουσι, καὶ τὰς ἁμαρτάδι τινὶ περιπεσούσας, πυφορίας χάριν εἰς σώματα καταπέμπεσθαι λέγουσι. τῷ γοῦν ὁ Πλάτων ἐν τῷ Κρατύλῳ θ σῶμα σῆμα κέκληκεν· ὡς ἐν τούτῳ τῆς ψυχῆς οἱονεὶ τεθαμμένης. ξύμφωνα δὲ τούτων ἐ Φιλόλαος ὁ Πυθαγόρειος ἔφη· λέγει δὲ ὧδε· Μαρτυρέονται δὲ καὶ οἱ παλαιοὶ θεολόγοι τε καὶ μάντεις, D ὡς δίκας τινὰς πυφορίας ἡ ψυχὴ τῷ σώματι συνέζευκται, καὶ καθάπερ ἐν σήματι τούτῳ τέθαπται. ἀλλὰ τῶδε τῷ λόγων ὁ Πλάτων ὑπιληθεὶς, τοὐναντίον ἐν τῷ τρίτῳ τῆς Πολιτείας ἀποδείκνυσι. Ἐπιμελεῖσθαι γὰρ σώματος δεῖ, φησὶ, ψυχῆς εἵνεκα καὶ ἁρμονίας· δι' οὗ βιοῦν τέ ἐστι, καὶ ὀρθῶς βιοῦν, καθαψηλαφῶντας τῆς ἀληθείας θ κήρυγμα. Εἰ δὲ δίκας τῶ σώματος ἡ ψυχὴ βιοῖ τε ἐ ὀρθῶς βιοῖ, ἐκ ἄρα ἐδ' ποτὲ πρὸ τῶ σώματος. εἰ δὲ ἐδ' πρόσθε τῶ σώματος, καὶ ἔζη ἀνθρώπινον καὶ ἐθίου. ἀθάνατον γὰρ ἔχει φύσιν καὶ λογικήν,

εἰ δὲ ἰῶ μὲ πάλαι, οὐκ ὀρθῶς δὲ ἐβίου κεχωρισμένη τῦ σώματος· ἐν τῷ σώματι δὲ γενομένη, καὶ τῦτο ἀεισα παιδοτριβήσασα, τὸν ὀρθὸν κατώρθωσεν βίον· εἶτα τῦ σώματος ἀρξαμένου τετύχηκε τῶν ἀγαθῶν, ὧν πρὸ τῦ σώματος οὐ μετέλαχεν. αἰτία δ' ὅτου δὴ οὕτω τιθάφθαι αὐτὴν ἐν τῷ σώματι καθάπερ ἐν σήματι ἔφη; δῆλα μὲν οὖν τούτων σαφῶς ἔγνωμεν, ὡς οὐ μόνον ἀλλήλοις, ἀλλὰ καὶ σφίσιν αὐτοῖς, περὶ τῶν αὐτῶν ἐναντία γεγράφασιν· ἵνα δὲ τὴν πολλὴν αὐτῶν καταμάθωμεν ἔριν, φέρε πάλιν ὑποδείξωμεν, τίνα περὶ ψυχῆς οἱ πολυθρύλλητοι τῶν φιλοσόφων ἐδόξασαν, καὶ ὅπως αὐτοῖς ἡ κενὴ δόξα, κατὰ τὸν Ὅμηρον, ἔπεισι ξυνέπεσθαι μάχεσθαι. ἃ δὲ γε ξὺν θεῷ λέξω, οὐκ ἐκ Πλουτάρχου, καὶ Πορφυρίου, καὶ μάλιστα Αετίου ξυλλεγραμμένων ἐρῶ. Θαλῆς τοίνυν κέκληκε τὴν ψυχὴν ἀκίνητον φύσιν· Αλκμαῖων δὲ, αὐτὴν αὐτὴν κινούμενον εἴρηκεν· ὁ δὲ γε Πυθαγόρας, ἀριθμὸν ἑαυτὸν κινοῦντα. ξυνεφώνησε δὲ τῷ λόγῳ καὶ Ξενοκράτης. ὁ δὲ Πλάτων, οὐσίαν νοητὴν, ἐξ ἑαυτῆς κινητήν. ὁ δὲ Σταγειρίτης, ἐντελέχειαν πρώτην σώματος φυσικοῦ ὀργανικοῦ, δυνάμει ζωὴν ἔχοντος· ἐντελέχειαν δὲ τὴν ἐνέργειαν κέκληκε. Κλέαρχος δὲ, τὴν τεττάρων τὴν στοιχείων τὴν ἁρμονίαν. Αναξιμένης δὲ, καὶ Αναξίμανδρος, καὶ Αναξαγόρας, καὶ Αρχέλαος, ἀερώδη τὴν ψυχῆς τὴν φύσιν εἰρήκασιν· οἱ δὲ Στωϊκοὶ, πνευματικήν, πλείστου μετέχουσαν τῦ θερμοῦ. Παρμενίδης δὲ, καὶ Ιππασος, καὶ Ηράκλειτος, πυρώδη ταύτην κεκλήκασιν· ὁ δὲ Ηρακλείδης, φωτοειδῆ. Επίκουρος δὲ ὁ Νεοκλέους, τεττάρων τινῶν ποιοτήτων κρᾶμα, πυρώδους, καὶ ἀερώδους, καὶ πνευματικοῦ, καὶ τετάρτου τινὸς ἀκατονομάστου· ὁ δὲ Εμπεδοκλῆς, μίγμα ἐξ αἰθερώδους καὶ ἀερώδους οὐσίας. Κριτίας δὲ ἐξ αἵματος εἶπε καὶ ἐξ ὑγροῦ· καὶ ἄλλοι δὲ ἄλλα λελήρηκασιν ἐναντία. καὶ μὴν καὶ περὶ τὴν ταύτης διαίρεσιν, πλείστη γε τούτοις γεγένηται διαμάχη. Πυθαγόρας μὲν καὶ Πλάτων, καὶ Δημόκριτος, διμερῆ ταύτην εἰρήκασι· καὶ τὸ μὲν αὐτῆς εἶναι λογικὸν, δὲ ἄλογον. διχῆ δὲ αὖ πάλιν τὸ ἄλογον ἕτερον· καὶ τὸ μὲν αὐτὸ, θυμικὸν εἶναι, τὸ δὲ, ἐπιθυμητικόν. ὁ δὲ Ξενοκράτης, καὶ τοῦτο τρίτος ἀπὸ Πλάτωνος ὤν· Σπεύσιππου γὰρ τῦ Πλάτωνος ἀδελφιδοῦ γεγένηται φοιτητής· τὸ μὲν λογιστικὸν εἶναι τῆς ψυχῆς ἔφη, τὸ δὲ λογικήν. ὁ δὲ Νι-

A Quòd si olim quidem erat, rectè autẽ non viuebat à corpore seiuncta, at vbi venit in corpus, & hoc ipsa optimè instituit, tunc rectam vitam duxit, sequitur vt per corpus bona consecuta fuerit, quorum ante corpus particeps non erat. Cur illam ergo in corpore tanquam in tumulo sepultã dixit? Ex his itaque liquidò perspeximus, quòd non solùm inter se inuicẽ, sed sibimetipsis de eadem re pugnantia scripserint. Ceterùm vt ingens illorum dissidium deprehendamus, age iterùm ostendamus qualia sint quæ de anima
B celeberrimi Philosophorum opinati sunt, & quo pacto eos inanis gloria, vt Homerus ait, *pugna contendere suasit.* Quæ autem Deo duce dicam, ex Plutarchi, & Porphyrii, Aetiique cõmentariis dicam. Thales igitur, animam appellauit immobilem naturam: Alcman verò, eam per se ipsam mobilem dixit, Pythagoras numerũ esse qui seipsum moueat. cuius opinioni assensus est & Xenocrates. Plato autem intellectilem substantiã ex se mobilem: Stagirites, entelechiam primam corporis naturalis & organici, quod aptum sit
C vitam accipere. Entelechiam verò actum appellauit. At Clearchus, quatuor elementorum harmoniã esse ait. Anaximenes, & Anaximãder, & Anaxagoras & Archelaus, aëriam dixerunt animæ naturam esse. Stoici, spiritualem quidem, sed quæ calidi plurimum habeat. Parmenides, Hippasus, & Heraclitus, igneã hanc nuncuparũt. Epicurus Neoclis filius, commixtionem quatuor quarumdã qualitatum, igneæ videlicet, aëriæ, ac spiritualis, quartæque præterea quæ nomen non habeat. Empedocles, mixtionem ex ætheria
D aëriáque substantia. Critias verò ex sanguine & humido constare dixit. Alii rursus alia, & contraria nugati sunt. Quin & de animæ diuisione maxima inter eos fuit disceptatio. Pythagoras enim & Plato, & Democritus hanc in partes duas distribuũt: quarum altera sit ratione prædita, ratione altera careat. Rursũsque hanc posteriorem bifariam secant. atque alteram eius partem iracundiæ tribuunt, alteram cupiditati. Xenocrates autem, quamquam tertius à Platone censetur, (fuit enim auditor Speusippi, Platonis sororis filii,) in facultatem sentiendi ac vim rationis animam partitus est. At Ni-

comachi filius quinque illi officia partéſque tribuit, appetendi, nutriendi, ſentiendi, gradiendi, & cogitandi. Stoici verò in hoc numero non acquieuerunt, ſed octo ex partibus animam conſtare dixerunt, ex ſenſu videlicet viſus, auditus, olfactus, guſtus, & tactus, ſextam verò vocalem potentiam, ſeptimam ſeminalem, octauã principalem, à qua ſingulæ illarum vires accipiunt. Polypi etiam brachiis ſimilem illam dixerunt. Pythagoræ autem ſucceſſores è quinque elementis conſtare corpus aſſerentes, (ad quatuor enim illa ætherium adiunxerunt,) totidem etiam numero facultates animæ affirmarunt eſſe, quas appellarunt intellectum, prudentiam, ſcientiam, opinionem, & ſenſum. Quanta item inter eos controuerſia ſit in collocanda principaliori animæ vi, facile eſt videre Hippocrates enim, & Democritus, ac Plato, in cerebro ſitam eſſe affirmant: Straton in ſuperciliorum intercapedine. Eraſiſtratus autẽ medicus, iuxta membranam cerebri, quam epicranidem vocat: Herophilus, in ventre cerebri: Parmenides & Epicurus, in toto hominis pectore. Empedocles & Ariſtoteles, Stoicique vniuerſi cor illi ſedem addicunt. Horúmque rurſus alii, eam in cordis ventre conſtituunt, alii verò in ſanguine, alii ea in membrana quæ cor ambit, alii in diaphragmate. Pythagoras, Anaxagoras, Diogenes, Plato, Empedocles & Xenocrates, animam dixerunt incorruptibilem eſſe. Heraclitus verò, animas hominum, corporibus liberatas, in mundi totius animam concedere ait, vt quæ ſit eiuſdem generis ac ſubſtantiæ. Stoici verò, ſeiunctas à corporibus animas, per ſeipſas quidem ſuperſtites viuere dixerunt, ſed imbecilliores exiguo temporis ſpatio, validiores vſque ad mundi conflagrationem. Democritus, Epicurus, & Ariſtoteles, animam corruptibilem eſſe liberè aſſeruerunt. Plato & Pythagoras, rationalem quidem animæ partem incorruptibilem eſſe, quæ autem ratione caret, corruptibilem. Ac Plato quidem etiam plantas animalia vocauit, quæ tertiam tantùm animæ ſpeciem concupiſcibilem habeant. At Ariſtoteles, animalia illas vt appellaret adduci non potuit:

A κομάχου, πέντε εἶ) ταύτης ἔφησεν ἐνεργείας, τῷ ὀρεκτικῷ, τῷ ἁπτικῷ, τῷ ἀκουστικῷ, τῷ αἰσθητικῷ, τῷ μεταβατικῷ, τῷ διανοητικῷ. ἀλλ' οὐδὲ τοῦτον οἱ Στωϊκοὶ τὸν ἀριθμὸν ἔστερξαν. ἐξ ὀκτὼ γὰρ μερῶν ἔφασαν τῷ ψυχῷ συνεστάναι, ὁ φθικῆς αἰσθήσεως, καὶ τῆς ἀκουστικῆς, καὶ τ ὀσφρητικῆς, καὶ τ γευστικῆς, καὶ τ ἁπτικῆς· ἕκτον δ' τὸ φωνητικὸν ἔφασαν, καὶ τὸ σπερματικὸν ἕβδομον, καὶ τὸ ἡγεμονικὸν ὄγδοον, ὑφ' οὗ τούτων ἕκαστον ἐνεργεῖται. εἶπον δ' αὐτῷ καὶ τ τῶν πολυπόδων ἑοικέναι πλεκτάνας· οἱ δὲ γε Πυθαγόρου διάδοχοι, ὡς πέντε στοιχείων τὸ σῶμα κεκαθῶσθαι φάντες· τοῖς γὰρ τέτταρσι συνετάξατο τὸ αἰθέριον· ἰσαρίθμους εἶ) ἔφασαν τούτοις καὶ τ ψυχῆς τὰς δυνάμεις· καὶ ταύτας ὠνόμακασι, νοῦν, καὶ φρόνησιν, καὶ ἐπιστήμην, καὶ δόξαν, καὶ αἴσθησιν. ὅσα δ' καὶ περὶ τ τῶν ἡγεμονικοῦ χώρας διεζήτησαν πρὸς ἀλλήλους ῥᾴδιον διαγνῶναι. Ἱπποκράτης γὰρ μέν, καὶ Δημόκριτος, καὶ Πλάτων, ἐν ἐγκεφάλῳ τοῦτο ἱδρῦσθαι εἰρήκασιν· ὁ δὲ Στράτων, ἐν μεσοφρύῳ· Ἐρασίστρατος δ' ὁ ἰατρός, περὶ τ τ ἐγκεφάλου μηνίγγα, ἣν ἐπικρανίδα λέγει· Ἡρόφιλος δέ, ἐν τῇ τῶν ἐγκεφάλου κοιλίᾳ· Παρμενίδης δὲ καὶ Ἐπίκουρος, ἐν ὅλῳ τῷ θώρακι· Ἐμπεδοκλῆς δὲ καὶ Ἀριστοτέλης, καὶ τ Στωϊκῶν ἡ ξυμμορία, τῇ καρδίᾳ ἀπεκλήρωσαν τοῦτο. καὶ τούτων οἱ μὲν αὖ πάλιν, οἱ μὲν ἐν τῇ κοιλίᾳ τ καρδίας· οἱ δὲ, ἐν τῷ αἵματι· καὶ οἱ μὲν ἐν τῷ περικαρδίῳ ὑμένι, οἱ δὲ ἐν τῷ διαφράγματι. καὶ Πυθαγόρας μὲν καὶ Ἀναξαγόρας, καὶ Διογένης καὶ Πλάτων, καὶ Ἐμπεδοκλῆς καὶ Ξενοκράτης, ἄφθαρτον εἶ) τὴν ψυχὴν ἀπεφήναντο· ὁ δὲ Ἡράκλειτος, τὰς ἀπαλλαττομένας τοῦ σώματος εἰς τὸν τοῦ παντὸς αἰθέρα χωρεῖν ψυχὰς ἔφησεν, οἷα δὴ ὁμογενῆ τε οὐσαν καὶ ὁμοούσιον. οἱ δὲ Στωϊκοὶ, τὰς χωριζομένας τῶν σωμάτων ψυχὰς, διαρκεῖς μὲν καθ' ἑαυτὰς ζῆν ἔφασαν· ἀλλὰ τ μὲν ἀσθενεστέρας, ἐπ' ὀλίγον· τ δὲ ἐγερωτέρας, μέχρι τ τοῦ παντὸς ἐκπυρώσεως. Δημόκριτος δ', καὶ Ἐπίκουρος, καὶ Ἀριστοτέλης, φθαρτὴν εἶ) ταύτην ἀπέδειξαν εἰρήκασι. Πλάτων δ' καὶ Πυθαγόρας, τὸ μὲν λογικὸν αὐτῆς ἄφθαρτον εἶναι, φθαρτὸν δὲ τὸ ἄλογον. καὶ ὁ μὲν Πλάτων, καὶ τὰ φυτὰ ζῷα κέκληκε, τῷ τρίτου γε τῆς ψυχῆς εἴδους τὸ ἐπιθυμητικοῦ μόνου μετέχοντα. ὁ δέ γε Ἀριστοτέλης ζῷα μὲν αὐτὰ εἰπεῖν οὐκ ἠθέλησε

τὸ γὰρ δὴ τῆς αἰσθητικῆς μετέχον ψυχῆς, τοῦτο καλῶς ζῷον ἠξίωσε· τὴν φυλικῆς μὴν τοι καὶ θρεπτικῆς ψυχῆς μετέχειν ὑπέλαβε τὰ φυτά. ἀλλὰ τοῦτόν γε τὸν λόγον οἱ τῆς ποικίλης προσεδέξαντο. τὸ γὰρ τῆς φυλικῆς δυνάμεως καθῆψε μὲν ψυχῆς οὐδὲ ὅλως ἐγνώρισε. Ζήνων ὁ Κιτιεὺς, ὁ τῆς αἱρέσεως ἡγησάμενος, τοιάδε περὶ ψυχῆς ἐδόξαζε φοιτητὰς τοὺς ἑαυτοῦ ἀνθρώπινον γόνον, ὑγρὸν ὄντα, καὶ μέλεσι πνεύματος, τῆς ψυχῆς εἶναι μέρος τε καὶ ἀπόσπασμα, καὶ δὴ τῶν προγόνων σπέρματος κέρασμά τε καὶ μίγμα, ἐξ ἁπάντων τῶν τῆς ψυχῆς μορίων συναθροισθέν. ὃ δὴ B καὶ αὐτὸ καὶ φθαρτὸν παρεσημήνατο. Νουμήνιος ὁ Πυθαγόρειος, πρὸς ἱστορίας ἀπολογούμενος, ἔφη· Τῷ μὲν ψυχὴν, γλυκυτήν τε καὶ φθαρτὴν λέγοντι· ἐκ οὗ τοι σώματος ἀπαγορεύει φθείρεσθαι, ἀλλ' ὑπομένειν τινὰς χρόνους καθ' ἑαυτήν· τὸν μὲν τῶν ἀσυνδέτων, μέχρι τοῦ εἰς πῦρ ἀναλύσεως τῶν πάντων· τὸν δὲ τῶν ἀφρόνων, πρὸς ποιούς τινας χρόνους. καὶ ὁ Λογγῖνος μὲν, αὐτῶν αὐτόχρις κατηγορεῖ, ὧδε γράφας· Ζήνωνι μὲν γὰρ καὶ Κλεάνθει νεμεσήσειεν ἂν τις δικαίως, ὅτι σφόδρα ὑβριστικῶς περὶ τῆς ψυχῆς διελέχθησαν. ἀμφω γὰρ τὸ C στερεοῦ σώματος εἶναι τὴν ψυχὴν ἀναθυμίασιν ἔφασαν. αὐτόχρις δὲ τούτων ἐναντία τὰ Πυθαγόρα καὶ Πλάτωνι δόξαντα. θείαν γὰρ δὴ μοῖράν τινα νοῦν ἔφασαν εἶναι. ξυμφωνεῖ δὲ καὶ ὁ Νικομάχου παῖς δὲ ὢν λόγῳ, καίτοι θνητὴν εἶναι ἀποφηνάμενος τὴν ψυχήν· ἄλλο τι γὰρ εἶναι τὸν νοῦν παρὰ ταύτην ὑπέλαβε. καὶ οἱ περὶ Πλάτωνα δὲ καὶ Πυθαγόραν, θύραθεν ὥσπερ εἰσκρίνειν λέγουσιν. πάλιν δ' αὖ, οἱ μὲν αὐτῶν, αὐθαίρετόν τὸν νοῦν ἔφασαν εἶναι, καὶ ἄρχειν δυνάμενον, ὡς ἂν ἐθέλῃ, καὶ πάθη· οἱ δὲ, ἀνάγκης αὐτὸν καὶ εἱμαρμένης ἀπεφήναντο δοῦλον, καὶ πρὸς τὰς Μοίρων ἄγειν νήματα, καὶ τὴν τοῦ οὐρανοῦ περιδινήσεως, καὶ D τὴν τῶν ἄστρων συνοδίαν, καὶ τοῦ θεάτρου καὶ ἐνεργείας ἠρτῆσθαι. ὁ δὲ γε Πλάτων τὰ ἐναντία τούτοις περὶ ψυχῆς ἐξεπαίδευσε δόξαν. ἐλευθέραν γὰρ αὐτὸν ἔφησεν εἶναι, καὶ δεσποινάν τῶν ἐνοχλούντων παθῶν, καὶ ἑκόντα μὴ καὶ μὴ ἑκόντα χωρεῖν, καὶ ἐθελοντὶ μᾶλλον νικᾶν ἢ ἡττᾶσθαι. καὶ ὅτι σαφῶς ἐν τοῖς Νόμοις δεδήλωκε. λέγει δὲ οὕτως· Καὶ τοῦτο, ὦ ξένε, τὸ νικᾶν αὐτὸν ἑαυτὸν, πασῶν νικῶν πρῶτόν τε καὶ ἄριστον· τὸ δὲ ἡττᾶσθαι αὐτὸν ὑφ' ἑαυτοῦ, αἴσχιστόν τε καὶ κάκιστον. ταῦτα γὰρ ὡς πολέμου ἐν ἑκάστοις ἡμῖν ὄντος πρὸς ἡμᾶς

A quod enim sentiendi munere præditum est, id solum animalis nomine dignum censuit. Vegetatiuam autem & nutritiuam animam inesse plantis opinatus est. Verùm hanc opinionẽ Stoici minimè admiserunt: vim enim vegetatiuã animam vocare abnuerunt. Zeno autem Cittiensis, sectæ huius princeps, discipulos suos de anima hæc sentire docuit. Genitale hominis semen, quod humore ac spiritu præditum est, partem esse animæ, seu auulsam particulam dixit, & progenitorum seminis confusam quam-
B dam mixtionem, de cunctis animæ particulis in vnum collectam: eiúsque rei causa corruptibilem eam dixit. Numenius autem Pythagoricus, contra hos disserens ait: *Animam verò isti generabilem corruptibilémque affirmant: non tamen simulatque corpore soluta est interire, sed per se durare ad quoddam temporis spatium: proborum quidem virorum, vsquedum vniuersa incendio absumantur, stultorum verò, ad certa quædam tempora.* Longinus quoque sic eos manifestè accusat: *Zenoni quidem ac Cleanthi ture quis*
C *succenseat, qui de anima ita contumeliosè locuti sint. vterque enim animam solidi corporis exhalationem quandam esse dixerunt.* His autem prorsus contraria Pythagoræ ac Platoni visa sunt. Intellectum enim, diuinam esse partem affirmarunt. Cum quibus sensit & Nicomachi filius, tametsi corruptibilem animam esse dixerit: aliud enim quidpiam ab illa esse opinatus est. Platonici verò & Pythagorici, extrinsecùs insinuari hunc dicunt. Horúmque rursus alij sui dominum esse, moderarique affectus vt velit: alij verò & necessitatis & fati seruum esse dixerunt, agique Parcarum filis,
D & de cæli rotatu, siderúmque congressu omnes eius actiones, virésque pendere. Plato autem his contrariam de anima sententiam docuit. Liberam enim esse dixit, dominámque perturbantium illam affectuum, & sponte sua huc illúcve ferri, suáque ipsius voluntate vincere vel succumbere. Quod quidem apertè in Legibus ostendit. Sic autem ait: *Hîc quoque, ô hospes, seipsum vincere, prima victoriarum atque optima est: succumbere autem sibi ipsi, pessimum ac turpissimum. Atque hæc omnia singulis aduersus seipsos bel-*

lum esse significant. Idémque rursus paulo pòst: *Scimus hoc autem, huiusmodi affectus, tamquam insitos nobis neruos & funiculos quosdam, trahere nos ac vicissim retrahere, sicut ipsi contrarij sibi sunt, in contrarias functiones, vbi discreta est sedes virtutis ac vitij. Dictat enim ratio, vnum esse debere tractionum principatum: quem si quis ita consectetur, vt ab eo numquam deficiat, planè persentiet modicas omnino esse vires affectionum, quæ in contrarias partes trahere conentur. hunc verò ductum ac principatum, rationis esse asserimus.* His itaque verbis ostendit, nos malam naturam sortitos homines non esse, neque necessitate aut violentiâ cogi ad peccandum: nec Parcarum filis agi, nec astrorum congressu ad agendum compelli: sed esse animę cum se ipsa certamen, vincendique habere facultatem, si inclinare ad virtutem velit. Trahere quidem ad se cupiditatem, trahere & iram ex aduerso: vtrum autem pareat, necne, liberam esse rationi potestatem. quippe quę ad aurigæ partes constituta est, vt agat ipsa, non vt agatur & trahatur. Comprobauit autem hanc eandem sententiam & in decimo Legum his verbis: *Causas autē huius vel illius generationis nostris singulorum voluntatibus permisit. qua enim cupiditate quis fuerit, qualitérve animum affectus, eo fere semper modo, taliſque vnusquisque nostrûm fit vt plurimum.* Et post pauca hæc etiam adiecit. *Maior autem anima, cùm virtutis aut vitij particeps facta fuerit, & sua voluntate, & valida consuetudine, quando diuinæ virtuti adhæsit, taliſque præcipuè facta est, in locum sanctum potiorémque alterum transfertur: cùm verò contraria virtuti elegerit, ad contrarias quoque sedes vitam suam traducit atque constituit.* Hoc igitur etiam loco docuit, animæ voluntati creatorem tribuisse meliorum rerum peiorúmque optionem. Animi enim liberum arbitrium facit, vt in hanc vel illam partem inclinet: vsus autem, & consuetudo, validè inhærentem habitum parit. Itaque cùm virtutis amans anima eius sibi formam impresserit, in alium quendam locum commigrat, sanctum illum ac præsentibus potiorem: contrà autem, quæ vitium præoptarit, turpémque vitam sectata sit, sibi quoque conuenientem locum sortitur. In secundo etiam Reipublicæ

A αὖθις σημαίνῃ. καὶ αὖ πάλιν μετ' ὀλίγα· Τόδε δ' ἴσμεν, ὅτι ταῦτα τὰ πάθη ἐν ἡμῖν, οἷ νεῦρα ἢ σμήριγθοί τινες ὄντα, ὡσπερ τε ἡμᾶς, καὶ ἀλλήλαις ἀνθέλκουσιν, ἐναντία γε οὖσαι, ἐπ' ἐναντίας πράξεις· οὗ δὴ διωρισμένη ἀρετὴ καὶ κακία κεῖται. μίαν γάρ φησιν ὁ λόγος δεῖν τῶν ἕλξεων εἶναι ἀρχήν· ἣ σωσιπόλιον ἀεί, καὶ μηδαμῇ ἀπολιπόμενον ἐκείνης, ἀνθέλκειν μετρίως τῶν ἄλλων ἕκαστον. ταύτην δὲ εἶναι τὴν τοῦ λογισμοῦ ἀγωγήν. αὐτίκα δὲ καὶ μετὰ τούτων δεδήλωκεν, ὡς οὔτε φύσει ἐλαχόντων πονηρῶν, καὶ τῇ ἀ-
B νάγκην καὶ βίαν πλημμελοῦντων οἱ ἄνθρωποι, οὔτε ἐκ τῶν τῆς Κλωθοῦς νημάτων ἀγόμενα, οὔτε μὴν ἐκ τῆς τῶν ἄστρων συνόδου πρὸς ὃ πραχτέον ὠθούμενα. ἀλλ' ἀγωνίζεται μὴν πρὸς ἑαυτὴν ἡ ψυχή· τὴν δὲ νίκην ἔχειν τὴν ἐξουσίαν, ἵν' ἐθελήσῃ νεῦσαι πρὸς ἀρετήν· καὶ ἕλκει μέν ἡ ἐπιθυμία πρὸς ἑαυτὴν, ἀνθέλκει δ' ὁ θυμός· ἔχειν δὲ τὸ πείθεσθαι, ἢ μή, τὴν ἐξουσίαν ὁ λογισμός· ἵνα ἡγεῖν μὲν ἐπάρξῃ ἄρχειν, ἀλλ' οὐκ ἄγεσθαί τε καὶ σύρεσθαι. ἐπιφέρων δὲ τόνδε τὸν λόγον καὶ ἐν τῷ δεκάτῳ τῶν Νόμων, ταῦτα εἶπεν· Τῆς δ' ἡμετέρας τοῦ ποιοῦ
C τινὸς ἀφῆκε ταῖς βουλήσεσιν ἑκάστου ἡμῶν αὐτῶν ταῖς αἰτίας· ὅπῃ γὰρ ἂν ὀπθυμίᾳ, καὶ οἵοις ἂν ἦ τις ψυχαῖς, ταύτῃ σχεδὸν ἕκαστος, καὶ τοιοῦτος ἡμῶν γίνεται ἅπας ὡς τὸ πολύ. καὶ μὴ βεβαίως ἢ ταῦτα προστέθεικε· Μείζων δὲ δὴ ψυχὴ, κακίας τε ἀρετῆς ὁπότερα μεταλάβῃ ἅμα τῇ αὐτῆς βουλήσει τε καὶ ὁμιλίᾳ γιγνομένην ἰσχυράν· ὁπότερα μὲν ἀρετῇ θεία προσμίξασα, γίνεται ἀμφοτέρωθεν τὰ τοιαῦτα ἀμφέρεται· καὶ μετέλαβε τόπου ἄμεινον, ὅλη μεταχω-
D ρισθεῖσα εἰς ἀμείνω τινὰ τόπον ἕτερον. ὅταν δ' ἐπὶ τἀναντία, καὶ τοὺς τοιούτους μεθιδρύσατο τὸν αὐτῆς βίον. καθάπαξ ἁπλοῦς ἐδίδαξεν, ὡς τῇ βουλήσει τῆς ψυχῆς ἀπένειμεν ὁ ποιητὴς τῶν χρειττόνων καὶ τῶν χειρόνων τὴν αἵρεσιν. ὃ μὲν γὰρ τῆς γνώμης αὐθαίρετον, τῇδε ῥέπειν ἢ ἐκείσε προσκυλίζειν· ἡ δ' ὁμιλία καὶ τὸ ἔθος, ἰσχυρὰν τὴν ἕξιν ἐργάζεται. ὅταν δὲ θεῖα ἀρετῆς ἐρασθεῖσα, τὴν ταύτης ἰδέαν ἐνεμάξηται, εἰς ἕτερόν τινα μεταβαίνει τόπον, ἄμεινόν τε καὶ πολλῷ τῶν παρόντων ἀμείνονα· τὴν δὲ κακίαν ἑλομένη, καὶ τὸν ἐπονείδιστον βίον ἀσπασαμένη, λαχοῦσα πάλιν ἕτερον καὶ ἄλλην χώραν. καὶ τῇ δευτέρᾳ δὲ τῆς Πο-

λιτείας ξυνῳδὰ τούτοις ξυγγέγραφε· λέγε δή. Τοῦτα· Οὐκοῦν ἀγαθὸς ὁ θεὸς ὄντι γε, καὶ λεκτέον οὕτως; Τί μήν; Οὐδὲν δή τ' ἀγαθῶν βλαβερὸν εἶναι; ἢ γάρ; Οὔ μοι δοκεῖ. Ἆρα δὲ μὴ βλαβερὸν βλάπτει; Οὐδαμῶς. Ὃ δὲ μὴ βλάπτει, κακόν τι ποιεῖ; Οὐδὲ τοῦτο. Ὃ δέ γε μηδὲν κακὸν ποιεῖ, οὐδ' ἂν τινος εἴη κακοῦ αἴτιον; Πῶς γάρ; Τί δέ; ὠφέλιμον ὃ ἀγαθόν; Ναί. Αἴτιον ἄρα εὐπραγίας; Ναί. Οὐκ ἄρα γε πάντων αἴτιον ὃ ἀγαθόν· ἀλλὰ τῶν μὲν ἐχόντων αἴτιον, τῶν δὲ κακῶν ἀναίτιον. Παντελῶς γε, ἔφη. Οὐκ ἄρα, ὦ δή γ' ἐγώ, ὁ θεός, ἐπεὶ ἀγαθὸς, πάντων ἂν εἴη αἴτιος, ὡς οἱ πολλοὶ λέγουσιν· ἀλλ' ὀλίγων μὲν τοῖς ἀνθρώποις αἴτιος, πολλῶν δὲ ἀναίτιος· πολὺ γὰρ ἐλάττω τὰ ἀγαθὰ τῶν κακῶν ἡμῖν· τῶν μὲν ἀγαθῶν οὐδένα ἄλλον αἰτιατέον, τῶν δὲ κακῶν ἄλλα αἴτια δεῖ ζητεῖν αἴτια, ἀλλ' ἢ τὸν θεόν. Ἀληθέστατα, ἔφη, δοκεῖς μοι λέγειν. Οὐκ ἄρα, ὦ δή γ' ἐγώ, ἀποδεκτέον, οὔτε Ὁμήρου, οὔτε ἄλλον ποιητοῦ, τοιαύτην τὴν ἁμαρτίαν ἀνοήτως περὶ τοὺς θεοὺς ἁμαρτάνοντος, καὶ λέγοντος, ὡς δοιοὶ πίθοι

-- κατακείαται ἐν Διὸς οὐδῷ.

Κηρῶν ἔμπλεοι· ὁ μὲν ἐσθλῶν· αὐτὰρ ὁ ἑσθλῶν.

καὶ ᾧ μὲν κεραμίξας ὁ Ζεὺς δῷ ἀμφοτέρων,

Ἄλλοτε μὲν τε κακῷ ὅγε κύρεται, ἄλλοτε δ' ἐσθλῷ.

οὕτω δὲ καὶ τὰ ἄλλα τὰ τοιαῦτα, καὶ Ὁμήρου, καὶ Ἡσιόδου, καὶ μήτοι καὶ Αἰσχύλου. εἶπε δὲ πάλιν· Κακὸν δὲ αἴτιον φάναι τὸν θεόν, ἀγαθὸν ὄντα, παντὶ τρόπῳ, μήτε ἵνα λέγων ταῦτα ἐν τῇ ἑαυτοῦ πόλει, εἰ μέλλει εὐνομήσεσθαι, μή τις ἀκούσῃ, μήτε νεώτερον μήτε πρεσβύτερον, μήτε ἐν μέτρῳ μήτε ἄνευ μέτρου μυθολογῶν ταῦτα· ὡς ὅτε ὅσια ἂν λεγόμενα, εἰ λέγοιτο. ὅτε ξύμφορα ἡμῖν, ὅτε ξύμφωνα αὑτοῖς. Ξύμψηφός σοι εἰμί, ἔφη, ἵνα τοῦτον νόμον, καί μοι ἁρέσκει. Οὗτος μέντοι, ὦ δή γ' ἐγώ, εἰς ἂν εἴη τῶν περὶ θεοὺς νόμων τε καὶ τύπων, ἐν οἷς δεήσει τοὺς τε λέγοντας λέγειν, καὶ τοὺς ποιοῦντας ποιεῖν, μὴ πάντων αἴτιον τὸν θεόν, ἀλλὰ τῶν ἀγαθῶν. Τοῦτα καὶ περὶ τοῦ πεποιηκότος ἡμᾶς θεοῦ, καὶ περὶ ἡμῶν δέγε αὐτῶν, καὶ φρονεῖν καὶ δοξάζειν ὁ Πλάτων ἐδίδαξε. καὶ τοὺς κακῶν αἴτιον εἶναι τὸν θεὸν λέγοντας, ἐξελαύνειν ἐκέλευσεν· καὶ γὰρ ἀνόσιον εἶναι τὸν δὲ τὸν λόγον φησὶ, καὶ ἀξύμφορον ἡμῖν, καὶ ἀξύμφω-

A libro, consona his conscripsit in hæc verba: *Bonus est igitur Deus omnino, atque ita est asserendum? Quidni? Nihil verò noxium erit quod sit bonum? quo enim pacto? Mihi non videtur. Nocebitne igitur quod non est noxium? Minimè. Quod verò non nocet, malíne aliquid adfert? Ne hoc quidem. Quod autem mali nihil facit, nullius mali est causa? Quî enim possit? Quid igitur? vtiléne erit quod est bonum? Prorsus. Erit igitur causa rei bene gerendæ? Erit inquam. Non omnium igitur causa est bonum, sed eorum duntaxat quæ bene se habent, eorũ verò quæ malè, nequaquã. Sic est omnino, inquit. Non est igitur Deus, inquam ego, cùm bonus sit, omnium causa, sicut multi aiunt: sed paucorum quidem hominibus causa est, multorum verò non est. multo siquidem pauciora nobis bona contingunt, quàm mala: Ac bonorum quidem causam nullam alium referenda est: malarum verò aliæ inquirendæ sunt causæ, non Deus. Verissimè, inquit, dicere mihi videris. Igitur, inquam ego, nec Homerus, neque alius vllus Poeta audiendi sunt, qui peccatum hoc de Diis stultissimè peccant, dicúntque,*

Dolia bina sedent stellanti sub Iouis aula.

Fatáque discretim bona in hoc sunt, tristia in illo.

Cuique Deus dextra commiscens vtraque porgit,

Nunc bona sortitus, gaudet, nunc tristia, mœret.

Sunt & alia huius generis, Homeri, & Hesiodi, atque Æschyli, tum infert: *Modis autem omnibus pugnandum est, ne Deus qui bonus est, dicatur esse malorum causa, néve hoc quisquam proferat in sua ciuitate, si iustis legibus victura est, néve audiat quisquam, seu iunior, seu senior, vel metro vel soluta oratione talia fabulantem. vt quæ nec sancta sint, si dicantur, nec vtilia nobis, nec sibi consona. Assentior, inquit ille, tibi hac in lege, mihi enim arridet. Hæc igitur de Deo, inquam ego, vna inter cæteras lex esto & formula, in iis quæ dici quaque fieri oportebit, non omnium rerum causam Deum esse, sed bonarum duntaxat.* Hæc de Deo qui fecit nos, déque nobis ipsis, & sentire & opinari Plato nos docuit, eósque qui dicerent Deum esse malorum causam, ciuitate extrudi iussit. Nefaria enim esse verba eiusmodi, nec vtilia nobis, nec si-

bi ipsis consona. Etenim si bonus est Deus, vt reuera bonus est, (communis quippe vox hæc omnium est) non erit vtique malorum causa qui bonus est. Quòd si Deus causa non est malorum quæ fiunt: (mala autem propriè appellamus, non ea quæ vulgò existimantur, paupertatem, ęgritudinem, & alia his similia, quæ calamitates appellare nonnullis mos est, sed malitiam, libidinem, cęteráque iniquitates) nos autem ipsi hæc facere audemus, causa profectò istorum sumus, non Deus qui contraria legibus sanxit. Hæc enim nos sentire & Socrates & Plato docuerunt. Hi etiã animæ partem illam quæ ratione prædita est, diuinam appellarunt. Socratisque verba audire est Alcibiadem alloquentis, quæ Plato literis mandauit: *Possumúsne igitur dicere, partem animæ diuinissimam esse, an hac de re, nec scire, nec sapere quicquam possumus? Hæc itaque animæ pars Deo est similis. atque in hanc aliquis intuens, & omne diuinum cognoscens, Deúmque & prudentiam, ita & seipsum nosse maximè poterit.* Similia verò his & in Phædone scripta sunt: *Vis*, inquit, *ponamus duas rerum species, vnam visibilium, alteram inuisibilium? Ponamus, inquit. Et inuisibile quidem semper eodem modo esse, visibile nunquam eodem? Et hoc, inquit, ponamus. Age itaque, inquit ille, aliúdne quicquam in nobis est, quàm hoc quidem corpus, illud verò anima? Nihil aliud, inquit ille. Vtri autem speciei similius esse corpus dicemus atque cognatius? Nemini dubium*, inquit, *quin visibili. Quid verò anima? estne quippiam quod videri potest, an quod non potest? Ab hominibus, ô Socrates, non potest. Atqui nos visibilia & inuisibilia hominúmne naturæ, an alij cuipiam, putas, dicebamus? Hominum, inquit. De anima ergo quid dicimus? visibilémne esse, an inuisibilem? Non visibilem. Ergo inuisibilem? Ita prorsus. Est ergo anima similior inuisibili quàm corpus, at corpus visibili. Ita necesse est, ô Socrates.* Multa verò alia prosequutus addidit: *Vtri tandem similis est anima? Constat, Socrates, animam quidem similem esse diuino, corpus verò mortali.* Et post pauca rursum. *Quid igitur? cùm hæc ita se habeant, nonne corpori conuenit vt breui soluatur, animæ verò vt omnino sit insolubilis, vel ad indissolubile proximè accedat? Quidni?* Cúmque ostendisset quo pacto corpus dissolua-

A νον ἑαυτῷ. εἰ γὰρ ἀγαθὸς ὁ θεός, ὡς ἄρ' ἔστιν καὶ ἀγαθός· κοινὸς γὰρ οὗτος ὁ λόγος· οὐκ ἄρα κακῶν αἴτιος γένοιτ' ἂν ὁ ἀγαθός. εἰ δὲ αἴτιος ὁ θεὸς τῶν γινομένων κακῶν· κακὰ δὲ κυρίως ὀνομάζομεν, οὐ τὰ παρὰ πολλῶν νομιζόμενα, πενίαν καὶ νόσον, καὶ τἆλλα ὅσα τούτοις παραπλήσια, ἃ ξυμφορὰς ὀνομάζειν φίλον τισίν· ἀλλὰ κακίαν καὶ ἀκολασίαν, καὶ τὰς ἄλλας παρανομίας· ὑφ' ἡμῶν δὲ ταῦτα τολμᾶται· ἡμεῖς ἄρα τούτων αἴτιοι, καὶ οὐχ ὁ τἀναντία νομοθετήσας θεός. ταῦτα γὰρ ἡμᾶς
B φρονεῖν καὶ Σωκράτης καὶ Πλάτων ἐδίδαξαν. οὗτοι καὶ τὸ λογικὸν τῆς ψυχῆς θεοφιλὲς παρεσημήναντο. καὶ ἔστιν ἀκοῦσαι Σωκράτους τοῦ Ἀλκιβιάδῃ λέγοντος· καὶ τάδε ὁ Πλάτων ξυνέγραψεν· Ἔχομεν οὖν εἰπεῖν ὅτι τῆς ψυχῆς ἐστι θειότατον, καὶ τούτου πρὸς εἰδέναι τε καὶ φρονεῖν ὃ ἐστιν, οὐκ ἔχομεν; Τῷ θεῷ οὖν τοῦτο ἔοικεν αὐτῆς· καὶ ὃς εἰς τοῦτο βλέπων, καὶ πρῶτον θεῖον γνοὺς, θεόν τε καὶ φρόνησιν, οὕτω καὶ ἑαυτὸν γνοίη μάλιστα. παραπλήσια δὲ καὶ τῷ Φαίδωνι λέγει· Θωμᾶ γὰρ βούλει, ἔφη, δύο εἴδη τῶν ὄντων· τὸ μὲν, ὁρατόν· τὸ δὲ, ἀιδές. Θωμᾶς, ἔφη. Καὶ τὸ μὲν, ἀιδές,
C ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ἔχον· τὸ δὲ ὁρατὸν, μηδέποτε κατὰ ταὐτὰ ἔχον; Καὶ ταῦτα θῶμεν, ἔφη. Φέρε δή, ἦ δ' ὅς, ἄλλο τι ἡμῶν αὐτῶν, τὸ μὲν, σῶμά ἐστι, τὸ δὲ ψυχή; Οὐδὲν ἄλλο, ἔφη. Πότερον οὖν ὁμοιότερον τὸ εἶδος φαμὲν εἶναι καὶ ξυγγενέστερον τὸ σῶμα; Παντὶ, ἔφη, τοῦτό γε δῆλον, ὅτι τῷ ὁρατῷ. Τί δὲ ψυχή; ὁρατὸν, ἢ ἀιδές; Οὐκ ἔστιν ἀνθρώποις γε, ὦ Σώκρατες, ἔφη. Ἀλλὰ μὴν ἡμεῖς γε τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ μὴ, τῇ τῶν ἀνθρώπων φύσει ἐλέγομεν, ἢ ἄλλῃ τινὶ οἴει; Τῇ τῶν ἀνθρώπων, ἔφη. Τί οὖν περὶ ψυχῆς λέγομεν, ὁρατὸν ἢ ἀόρατον εἶναι; Οὐχ ὁρατόν. Ἀιδὲς ἄρα; Ναί. Ὁμοιότερον οὖν ἄρα ἡ ψυχὴ σώματος ἐστι τῷ ἀιδεῖ· τὸ δὲ σῶμα, τῷ ὁρατῷ; Πᾶσα ἀνάγκη, ὦ Σώκρατες. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα τοιαῦτα διεξελθών, ἐπήγαγε. Πότερον οὖν ἡ ψυχὴ ἔοικε; Δηλαδὴ, ὦ Σώκρατες, ὅτι ἡ μὲν ψυχὴ, τῷ θείῳ· τὸ δὲ σῶμα, τῷ θνητῷ. καὶ αὖ πάλιν μετ' ὀλίγα· Τί οὖν τούτων οὕτως ἐχόντων, ἆρα οὐχὶ σώματι μὲν ταχὺ διαλυθήσεσθαι πρέπει· ψυχῇ δ' αὖ, ὅ τι διάπαν ἢ ἀδιάλυτόν ἐστι), ἢ ἐγγύς τι τούτου; Πῶς γὰρ οὔ; εἶτα εἰπὼν ὅπως τὸ σῶμα διαλυ-

λύεται, ἐπήγαγεν· Ἡ δὲ ψυχὴ ἀέρι, ὃ ἀειδές, εἰς τοιοῦτον ἕτερον τόπον πιὰ οἰχομένη, γενναῖον καὶ ἄδηλον, καὶ ἀειδῆ, εἰς ᾅδου φοιτᾷ ὡς ἀληθῶς σοφὸν τὸν ἀγαθὸν καὶ φρόνιμον θεόν, οἷ ἂν θεὸς ἐθέλῃ, αὐτίκα καὶ τῇ ἐμῇ ψυχῇ ἰτέον. αὕτη δὲ ἡμῖν ἡ τοιαύτη, καὶ οὕτω πεφυκυῖα, ἀπαλλαττομένη τοῦ σώματος, οὐδὲν διαφερόντως διόλωλεν, ὡς φασὶν οἱ πολλοὶ ἀνθρωποι; Πολλοῦ γε δεῖ, ὦ φίλε Κέβης τε καὶ Σιμμία· ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον ὧδε ἔχει. καὶ τὰ ἐξῆς δὲ τῆς αὐτῆς ἔχεται διανοίας, καὶ τῷ τῆς ψυχῆς ἀθανασίαν δείκνυσι διαῤῥήδην· τοσαυτὶ καὶ ξυγγραφεῖς καὶ φιλόσοφοι καὶ ποιηταί, καὶ ψυχῆς πέρι καὶ σώματος, καὶ αὐτῆς γε τῆς τοῦ ἀνθρώπου ξυστάσεως, ὡσὲ ἀλλήλοις ἐμάχοντο ἔριν καὶ διαμάχην· οἱ μὲν ταῦτα, οἱ δὲ ἐκεῖνα ὑφηγούμενοι, οἱ δ' ἐκ τούτων τε καὶ ἐκείνων ἐναντίαν δόξαν ὠδίνοντες. οὐ γὰρ τἀληθὲς μαθεῖν ἐπεθύμησαν· ἀλλὰ κενοδοξίᾳ καὶ φιλοτιμίᾳ δουλεύσαντες, κενὴν δόξαν ἐκτήσαντο καινοτομιῶν δογμάτων ἐπεθύμησαν· διὰ δὴ τοῦτο καὶ τὸ πολὺ ἐκ μεμιμήσαντο πλανῶν τῶν ὕστερον ἐπιγιγνομένων ἀνατετραφότων τὰς πρεσβυτέρων δόξας. Ἀναξιμένης μέν, τελευτήσαντος ἤδη τοῦ Θάλεω, τοῖς ἐναντίοις ἐχρήσατο δόγμασι· Ἀναξιμένης δ', μετὰ τὸν Ἀναξιμάνδρου γε θάνατον, ταὐτὸ τοῦτο πεποίηκε. Ἀναξαγόρας δ' ὡσαύτως. ὁ δ' Ἀριστοτέλης, ἔτι ζῶντι τῷ Πλάτωνι προφανῶς ἀντετάξατο, καὶ τὸν κατ' Ἀκαδημίας ἀνεδέξατο πόλεμον· καὶ οὔτε τιμῶν διδασκαλίαν ἐτίμησεν ἧς φιλοτίμως ἀπήλαυσεν, οὔτε τοῦ πολυθρυλλήτου ἀνδρὸς ἠδέσθη τὸ κλέος, οὔτε τὸ ἐν τοῖς λόγοις κράτος ἔδεισεν, ἀλλ' ἀναιδῶς πρὸς αὐτὸν προετάξατο, οὐκ ἀμείνοσιν ἐκείνου, ἀλλὰ πολλῷ χείροσι χρησάμενος δόγμασι. καὶ γὰρ δὴ, τὸν μὲν ψυχὴν ἐκείνου φαντος ἀθάνατον, τοῦτ' ἔφη θνητόν· καὶ τὸν θεὸν εἰρηκότος ἐκείνου προνοεῖσθαι τῶν πάντων, τοῦτ' οὐδὲν ἔλεγεν, ὅσον οὐκ εἰς λόγους, τὴν θείας κηδεμονίας ἐξέρησε· τὰ γὰρ δὴ μέχρι σελήνης ἰθύνειν ἔφησε τὸν θεόν· τὰ δ' ἄλλα ἐκ τοῦ εἱμαρμένου τετάχθαι. καὶ ἄλλα γ' ἄμπολλα ἐνεώχμωσεν, ἃ λέγειν ὑπὲρ τὸν παρόντος παρέλκον ἐστὶν εἰληφα. ἐκείνοις μὲν οὖν τὰς ἀλλήλων εἰκότως καθῃρέθησαν δόξας· τὸ γὰρ δὴ ψεῦδος οὐ μόνον τῇ ἀληθείᾳ πολέμιον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ ἑαυτῷ· ἡ δέ γε ἀλήθεια

A tur, subiunxit; *Anima verò, quæ inuisibile quiddam est, in similē quendam alium locum migrās, nobilem illum purúmque, & occultum proficiscitur re vera ad bonum sapientémque Deum: quò, si Deus velit, illico & meæ animæ proficiscendum erit. Nostra verò hæc anima, cùm talis sit, & tali prædita natura, postquam à corpore liberata fuerit, statímne dissipabitur atque interibit, vt multi putant? Permultum abest, ô dilecte Cebes & Simmia. Immo multo magis ita se res habet.* Eiusdem sunt sententiæ quæ subsequuntur, manifestéque ostendunt animæ
B immortalitatem. Tantam igitur & Historici & Philosophi & Poetæ, de anima, & de corpore, déque hominis constitutione, litem inter se contentionémque exercuerunt, dum alij hæc, alij illa pronuntiant, alij & his & illis contrariam opinionem parturiunt. Neque enim discendæ veritatis studio tenebantur; sed inani gloriæ ambitionique seruientes, nouorum dogmatum inuentores vocari concupierunt. Ex quo factum est, vt in errores multos inciderint, dum ij qui posteriùs succedebant, antiquorum opiniones euerterent. Anaximander
C enim, Thalete iam mortuo, contraria illi dogmata professus est: & Anaximenes post Anaximandri mortem idipsum fecit, idem similiter Anaxagoras. Aristoteles autem Platoni adhuc viuenti manifestè aduersatus est, bellúmque contra Academiam susceptit, neque doctrinæ illi honorem habuit, quam cupidissimè perceperat: neque celeberrimi viri gloriam est reueritus, neque Platonicæ eloquentiæ vim pertimuit, sed licenter illi aduersarium se præbuit: cùm haud sanè meliorum, sed multo peiorum dogmatum auctor extiterit.
D Nam cùm ille animam dixerit immortalem esse, hic mortalem dixit: & cùm ille Deum res omnes prouidentia complecti docuerit, hic quantum eius verba sonant, terram diuinæ prouidentiæ exsortem fecit. Ad Lunam enim vsque Dei gubernationem pertinere ait, cetera fato esse subiecta. Plurima verò & alia innouauit, quæ nunc recensere superuacaneum duxi. Illi ergo mutuas inuicem meritò demoliti sunt opiniones. Falsitas enim, non solùm veritati, sed & sibi ipsi contraria est: Veritas autem

est sibi concors, & vnam modò falsitatem infestam habet. Itaque pronum est inuenire, de hominis natura, & Mosem legislatorem, & Prophetam Dauid, & fortissimum Iob, & Esaiam ac Hieremiam, vniuersúmque Prophetarum chorum, Matthæum quoque, Ioannem, Lucam, & Marcum, & Petrum, ac Paulum, vniuersúmque Apostolorum cœtum, consona vbique cunctos homines docuisse. Neque enim est horum audire, alium qui hos homines, alium qui illos indigenas ex sese ortos affirmet: neque alios qui mortalem, alios qui immortalem animam dicant: neque alios qui perturbationum dominam rationem, alios qui mancipium seruámque asserant. Omnes enim concordi oratione docent, ex terra & aqua ceterisque elementis humanum corpus effictum esse, animam verò nequaquam ita in corpus demissam, vt anteà existeret, sed corpore iam plasmato creatam esse. *Plasmauit enim*, inquit, *Deus hominem, puluerem sumens de terra, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, factúsque est homo in animam viuentem.* Neque verò intelligendum est, inspirationem hanc fuisse quemdam anhelitus defluxum, qui de ore prodierit, (incorporeus enim Deus est, simpléxque, nec compositus) sed ipsam animæ naturam spiritum esse præditum ratione & intellectu. Hæc itaque Moses in mundi genitura conscripsit: quibus assimilia quoque in Legibus docet. Vbi enim de prægnante muliere mentionem facit, quæ plagis affecta pariat abortiuũ, formari priùs in aluo matris infantem ait, deinde animari: non ita vt anima extrinsecus aliunde corpori inseratur, neque vt nascatur è semine, sed diuino instituto, sicut ab initio insita naturæ lex fuit, creationem accipiat. Hoc & fortissimus Iob in illis celeberrimis certaminibus cum magistro certaminum Deo, suóque creatore, disserens confitetur: *Memento quòd cùm lutum essem, finxisti me, in terram verò iterùm conuertis me. Nónne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti? Pelle & carne induisti me, ossibus & neruis implicuisti me: vitam & misericordiam posuisti apud me, & inspectio tua custodiuit spiritum meum.* His verbis osten-

Gen. 2. 7.

Exod. 21. 22

Iob. 10. 9.

trisque vitam ducebant, eiusmodi signa obseruationésque rerum valde esse ridiculas. Quin & Antipho, grauiter ferente quodam, sibique tristia aliqua portendi suspicante, quòd sus fœtus ipsa suos comedisset, *Gaude*, inquit, *hoc signo, quoniam fame affecta filios tuos non comedit.* Simile verò huic est Bionis quoque dictum. Is enim talia irridens, *Quid mirum est*, inquit, *si mus, quod ederat non habens, saccum corrosit? Illud sanè mirandum erat, si, vt Arcesilaus iocans aiebat, murem saccus comedisset.* Diogenes autem, cùm se pistillo serpens obuoluisset, atque hoc quidam admirans portentum esse opinaretur. *Ne mirere*, inquit, *multo enim admirabilius foret, si pistillum recto serpenti obuolutum vidisses.* Idémque rursus, cùm improbi cuiusdam in domo inscriptum reperisset,

Gnatus Iouis victoriosus Hercules,
Has habitat ades: ne quid huc intret mali.
Et quomodo, inquit, *dominus intrabit domus?*

Ita sanè vel ij quoq; qui superstitionis errori addicti erant, & auguria, & sortes, & quæ nunc etiã à nonnullis portenta existimantur, deridebant. Ergo & sternuere sternutantes dicebãt, non quòd aliis quicquam portenderent, sed quòd rem vsitatam paterentur. & colloquentes, non aliis quicquam significare, sed de propositis sibi rebus verba facere. Murem quoque, illum vrgente fame saccum perforasse, non vt domino sacci quicquam prædiceret. Pari modo & crepidæ religacula, vt vetusta dirupta esse, non tanquam ex oraculo triste quippiam denuntiasse. Quæ perspecta cùm haberet Epicharmus Pythagoreus, contemni hæc omnia iubet, hortatúrque vt illum timeamus qui res omnes conspicit. Sic enim ait.

Nihil effugit Dei manus: hoc nosse oportet firmiter.
Ipse nostrî inspector est, nihilque non potest Deus.

Diphilus etiam Comicus, veram Philosophiam Comœdiæ admiscens, ita scriptum reliquit:

Túne arbitraris mortuos, Nicerate,
Qui se omnibus dedere vitæ gaudiis,
Fugisse numen, vt latentes? protinus
Est Iuris oculus, cuncta acutè peruidẽs.
Geminámq; sub terra viã esse credimus,

A Ἕτεροι ἀπαρασκεύαστοι βίου, ὡς τὰ τοιαῦτα δείγματα καὶ παρατηρήματα λίαν ὄντα καταγέλαστα. καὶ Ἀντίφων ὁ, τινὸς δυσχεραίνοντος, καὶ οἰωνὸν χαλεπά τινα σημαίνειν νομίσαντος, ὅτι ἡ ὗς τὰ οἰκεῖα κατέφαγε ἔκγονα, Χαῖρε, εἶπεν, ὅτι τῷ σημείῳ· ὅτι πεινῶσα τοὺς σοὺς οὐ κατέφαγε τέκνα. ἔοικε δὲ τούτῳ καὶ ὁ παρὰ τῷ Βίωνος εἰρημένον. καὶ γὰρ ἐκεῖνος τὰ τοιάδε γελῶν, Τί θαυμαστόν, ἔφη, εἰ καὶ ὁ μῦς τὸν σάκκον διέτρωγεν, οὐκ ἔχων ὅτι φάγῃ; τοῦτο μὲν οὖν θαυμαστόν, εἰ, ὥσπερ Ἀρκεσίλαος παίζων ἐποίει, τὸν μῦν ὁ σάκκος κατέφαγε. καὶ ὁ Διογένης ὁ, ὄφεως ἐπὶ τῷ ἑαυτὸν ἑλίξαντος, καί τινος εἰπόντος, Μὴ θαύμαζε, εἶπεν· οὐ γὰρ παραδοξότερον, εἰ ὄφις ὀρθῷ τῷ ὄφει κατελιμμένον ἐθεάσω. ὅτῳ πάλιν οὗτος αὐτὸς, ἐν οἰκίᾳ τινὸς μοχθηρῶς ἐπιγεγραμμένον ἰδών,

Ὁ τοῦ Διὸς παῖς καλλίνικος Ἡρακλῆς
Ἐνθάδε κατοικεῖ· μηδὲν εἰσίτω κακόν.

Καὶ πῶς, ἔφη, ὁ κύριος εἰσελεύσεται τὴν οἰκίαν; οὕτως ἀκωμῴδουν καὶ οἱ τὰ τῆς δεισιδαιμονίας πλαίσιον δεδουλευκότες, τοὺς οἰωνοὺς, καὶ τοὺς κλόνους, καὶ τὰ παρὰ τῶν πολλῶν ἔτι καὶ νῦν νομιζόμενα τέρατα. Ἐπαρνυσθαι μὲν τοὺς παίζοντας ἔλεγον, οὐκ ἄλλοις τι προσημαίνοντας, ἀλλὰ ὑπὸ ξυνήθους ἐπομένους πάθος. καὶ τοὺς σφαλερημένους, οὐκ ἄλλοις τισὶ προδηλοῦν, ἀλλὰ περὶ τῶν αὐτοῖς προκειμένων ποιεῖσθαι τοὺς λόγους. καὶ τὸν μῦν ὑπὸ τῆς πείνης ὠδυρμένον, διαπρῆσαι τὸν σάκκον, οὐ χρησμοῦντα ὡς τοῦ σάκκου διατοπὴν προλέγοντα. καὶ ὑποδήματος τοὺς δεσμοὺς, ὡς πολυαγεῖς, διαῤῥαγῆναι, οὐχ ὡς χρησμολογοῦσι χαλεπόν τι προαγορεῦσαι. ταῦτα σαφῶς ἐπισάμενος καὶ Ἐπίχαρμος ὁ Πυθαγόρειος, τούτων μὲ ἀπομύττων κελεύει καταφρονεῖν· τὸν δὲ τὰ ὅλων ἐπίσκοπον δεδιέναι παρεγγυᾷ. λέγει δὲ οὕτως·

Οὐδὲν διαφεύγει θεῶν· ἔστω γε νῷ σκοπεῖν σε δεῖ.
Αὐτὸς ἔσθ' ἁμοῦ ἐπόπτης. ἀδυνατεῖ δ' οὐδὲν θεῷ.

καὶ Δίφιλος δὲ ὁ κωμικὸς, ἀληθῆ φιλοσοφίαν τῇ κωμῳδίᾳ παρασμίξας, τάδε φησίν·

Οἴει σὺ τοὺς θανόντας, ὦ Νικήρατε,
Τρυφῆς ἁπάσης μεταλαβόντας ἐν βίῳ,
Πεφευγέναι θεῶν, ὡς λεληθότας.
Ἔστι γὰρ Δίκης ὀφθαλμὸς, ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ.
Καὶ δὴ καθ' ᾅδου δύο τείχους νομίζομεν·

Μίαν

Μίαν μὲν, δικαίων· ἑτέραν δὲ, ἀσεβῶν.
κἄμετ' ὀλίγα,
Μηδὲν πλημμελῆς· ἔστι καὶ ἅιδου κρίσις·
Ἡνωρ ποιήσῃ θεὸς ὁ πάντων δεσπότης.
ὅπῃ γὰρ οὐχ ἅπαντες οἱ πλημμελοῦντες τῆδε τίνοισι δίκαν· οὔτε μὴν οἱ ἀξιόνικοι τῆς ἀρετῆς ἀθληταὶ, τὰ τῶν ἀγώνων ἆθλα πάντες ὡς ἀξίαν ἐνθάδε κομίζονται· μᾶλλα εἰκότως σοὶ τὸν πάντα ἐφορῶντα ἐπέδειξεν ὀφθαλμὸν, καὶ τὸν ἐσομένων ὡσηγόρευσε κρίσιν· ἵνα κἀκεῖνα δεδιότες, καὶ τῶν ὁρᾶν πιστεύοντες, ἅπαντες τοὺς ἀξιεράστους τῆς ἀρετῆς ἀγῶνας ἀσπάσωνται, καὶ μὴ δυσχεραίνωσι μὴ ὁρῶντες τῶν πόνων τὰ πίλεα. καὶ Πίνδαρος ὁ Θηβαῖος, ἐῤῥῶσθαι φράσας εἰμαρμένην, καὶ τύχην, καὶ περσφερῆ, τὴν παμβασιλῆ δυνάμιν τοῦ θεοῦ διδάσκει τοὺς ἀγνοοῦντας· Θεὸν γὰρ φησὶ δύνασθαι καὶ μυχαίνας νυκτὸς ἀμείψαντα ὄρσαι φάος, κελαινεφεῖ δὲ σκότει καλύψαι καθαρὸν ἀμέρας σέλας. ὁ δὲ γε Αἰσχύλου, σαφέστερον ἐπιδείκνυσιν ἡμῖν τῶν ὅλων τὸν ῥυτῆρα, τῶν τε πάντων οἰάκων ἐπειλημμένον. λέγει γοῦν τάδε ἐν τοῖς Νόμοις· Ὁ μὲν δὴ θεὸς, ὡς καὶ ἔπους ἀρχαῖος λόγος, ἀρχὴν καὶ τελευτὴν καὶ μέσα τῶν ὄντων ἁπάντων ἔχων, εὐθεῖα περαίνει, κατὰ φύσιν περιπορεύμενος· τῷ δ' ἀεὶ ξυνέπεται Δίκη, τῶν ἀπολειπομένων τὸ θείου νόμου τιμωρός· ᾗς, ὁ μὲν εὐδαιμονήσειν μέλλων, ἐχόμενος, ξυνέπεται ταπεινὸς καὶ κεκοσμημένος. εἰ δέ τις ἐξαρθεὶς ὑπὸ μεγαλαυχίας, ἢ χρήμασιν ἐπαιρόμενος, ἢ τιμῇς, ἢ καὶ σώματος εὐμορφίᾳ, ἅμα νεότητι καὶ ἀνοίᾳ φλεγόμενος τῷ ψυχρῷ μὴ ὑγρεύῃ, ὡς δίκης οὔτε ἄρχοντος οὔτε ἡγεμόνος δεόμενος, ἀλλὰ καὶ ἄλλοις ἱκανὸς ὢν ἡγεῖσθαι, καταλείπεται ἔρημος θεοῦ· καταλειφθεὶς δὲ, καὶ ἔτι ἄλλους τοιούτους προσλαβών, σκιρτᾷ, ταράττων ἅμα πάντα· καὶ πολλοῖς δοκεῖ ἔδοξεν εἶναί τις. μετ' οὐ χρόνον, ὑποσχὼν δίκην ἀμφαίαν, οὐ μεμπτῷ τῇ δίκῃ, ἑαυτόν τε καὶ οἶκον καὶ πόλιν ἅπασαν ἀφανῆ ἐποίησε. διὰ τούτων ὁ φιλόσοφος, καὶ τὸν τοῦ παντὸς ἔδειξε κηδεμόνα, καὶ τῷ ὅτι μόνον ἔα ὅπῃ μακροθυμίαν, καὶ τῷ ἐντεῦθεν τοῖς αἰσχίστοις προσγινομένῳ λώβῃ, καὶ τῷ εἰσύστερον αὖθις ὅπως μὴ ἐπιφερομένῳ πανωλεθρίαν. ἐν δὲ τῷ Γοργίᾳ, καὶ τὰς τῶν ἀμφίας αἰτίας δηλοῖ, λέγων ὧδε. Προσήκει τῷ πάντῃ τῶν ἐν τιμωρίᾳ ὄντι, ὑπὸ ἄλλου ὀρθῶς τιμωρουμένῳ, ἢ βελτίονι γίγνεσθαι

A *Vna est piorum, sed malorum est altera.*
Et post pauca.
Ins, ne quid erres, inferis quoque est suum:
Quod ille dicet Dominus omnium Deus.
Quando enim non omnes qui delinquunt, pœnas hîc persoluunt, neque virtutis pugiles corona digni, certaminum præmia cuncti pro meritis hîc accipiunt: iure optimo iste oculum omnia intuentem ostendit, & futurum iudicium prædixit, vt & illa metuentes, & hunc videre credentes, ad
B expetenda virtutis certamina vltro cuncti accederent, nec turbarentur quòd laborum præmia non cernerent. Thebanus etiam Pindarus, Fatum ac Fortunam valere iubens, omnipotentem Dei virtutem ignaros docet. *Potis est Deus*, inquit, *atræ noctis è tenebris purum iubar exerere: potis tetra caligine clarum diei lumen obruere.* Aristonis autem filius, manifestiùs nobis ostendit rerum omnium præsidem, totius orbis gubernacula manibus continentem. In Legibus enim hæc dicit. *Deus itaque, vt antiquus etiam*
C *sermo testatur, principium rerum omnium, finem, mediúmque complexus, recta perficit secundum naturam omnia circumlustrans. Iuxta hunc autem semper sequitur Iustitia, vltrix eorum qui à diuina lege aberrant. Cui adhærens qui beatus futurus est, humilis ac modestus subsequitur. Si quis verò iactantia elatus, aut pecuniis euectus vel honoribus, aut pulcra corporis habitudine, iuuentute simul ac dementia inflammatur animo, non sine contumelia, tamquam nec principe iam nec duce indigeat, sed qui potis sit ipse alios ducere, desertus à Deo relinquitur. relictus verò, & aliis similibus sibi adiunctis exsultat, omnia simul conturbans. ac multis quidem videtur aliquis*
D *esse: post certum verò tempus, non culpabilem iustitiæ pœnam subiens, & seipsum & domum & ciuitatem penitus subuertit.* Hisce verbis Philosophus totius mundi curatorem ostendit, & eius quandoq; erga nonnullos tolerantiam, & damnum inde insipientibus proueniens, quæquæ illis demum pernicies in posterum afferatur. In Gorgia autem supplicij causas exponit dicens: *Congruit autem omni qui in supplicio constitutus est, dum ab alio supplicium rectè patitur, vt vel ipse inde melior fiat,*

emolumentúmque capiat, vel ceteris sit exemplo, vt videntes eum pati quæ patitur, timore impulsi fiant meliores. Sunt verò qui vtilitatem capiunt, pœnásque diis & hominibus luunt. ij videlicet, qui sanabilia peccata peccarunt, quibus tamen non nisi per dolores & cruciatus & in hac vita & apud inferos vtilitas illa contingit. Neque enim aliter possunt ab iniquitate expiari. Qui verò extrema quædam admiserunt, atque ob huiusmodi peccata insanabiles facti sunt, ab his exempla aliis fiunt. Atque hi quidem vtilitatem iam ipsi nullam capiunt, vt pote insanabiles: alij tamen inde proficiunt, qui hos vident, ob maxima eorum peccata, horribiles & acerbissimas pati pœnas, sempiternóque tempore ad exemplum sublatos esse. Videtur autem Philosophus hæc è sacris voluminibus suffuratus. Prorsus enim audiuit quæ deiloquus Moses scripsit Pharaoni Deum dixisse, *In hoc ipsum te excitaui, vt ostendam in te potentiam meam, & vt annuntietur nomen meum in vniuersa terra.* Illi enim scelestissimo iam effecto varias Deus ac multiplices pœnas intulit, non vt illum meliorem efficeret, (norat enim durissimam eius mentem, morbúmque insanabilem,) sed vt ea quæ olim de ipso narranda erant, vtilia cunctis exempla fierent. Sicut enim ciuitates carnifices alunt, per quos & parricidas, & latrones, & aliis sceleribus delinquentes, pœna afficiunt, non laudantes quidem, sed exosum habẽtes vitæ illorum institutum, eorum tamen ministerium ob necessitatem admittentes: ita & magnæ mundi huius ciuitatis gubernator, tyrannos ceu carnifices quosdam esse patitur, vt per eos ab impiis & iniquis hominibus pœnas exigat: mox tamen eosdem ipsos exactissimo traditurus est supplicio: quippe qui, non vt Dei ministri, sed suæ ipsorum improbitati seruientes, sæua illa intulerunt. Ita peccantem Israël Assyriorum sæuitiæ tradidit. Quia verò causam & isti pœnæ illius non cognouerunt, horum etiam imperium euertens, aliis eos seruire coëgit. Atque hæc Esaias, & Ezechiel, & omnes Prophetæ apertissimè docent: à quibus, vt opinor, scribendi occasionem surripiens Plato, eos qui insanabiles facti sunt, ad aliorum vtilitatem plecti dixit. Ite-

Exod. 9. 16.

A χὴ ὀνίναλζ, ἢ τοῖς δείγμα ἄλλοις γίνεσθαι· ἵν' ὀκνηροὶ ὁρῶντες πάσχοντα ἃ αὐ πάσχει, φοβούμενοι βελτίους γίνωνται. εἰσὶ γοῦν οἱ μὲν ὠφελημένοι τε χὴ δίκην διδόντες ὑπό θεῶν τε χὴ ἀνθρώπων. ὅτοι, οἳ αὖ ἰάσιμα ἁμαρτήματα ἁμαρτόντων, ὁμῶς γ' δι' ἀγχόνων χὴ ὀδυνῶν γίνεται· αὐτοῖς ἡ ὠφέλεια, χὴ ἐνθάδε, χὴ ἐν ᾅδου. ὅδε γὰρ οἷόν τε ἄλλως ἀδικίας ἀπαλλάττεσθαι. οἱ δ' αὖ τὰ ἔσχατα ἀδικήσαντες, χὴ δι' ἃ τοιαῦτα ἀδικήματα αἴσιοι γένωνται, ὑπὸ τούτων τὰ τοιαῦτα δείγματα γίνεται· χὰ ὅτοι, αὖθις μὲν ἐκεῖ πονίνδυνται ὅδε, ἅτε αἴσιοι ὄντες· ἄλλοι γ' ὀνίνανται, οἱ τούτους ὁρῶντες δι' ἃς ἁμαρτίας ταῖς μείζοσι, χὴ ὀδυνηρότατα χὴ φοβερώτατα τὰ πάθη πάσχοντας, χὴ τ' ἀεὶ χρόνου ἀτελεύτητα τοιαῦτα δείγματα ἀναπτυσσόμενα. ταῦτα δ' ἔοικεν ὁ φιλόσοφος ὑπὸ τῶν θείων συλήκεναι λογίων. ἤκουσε γὰρ πάντως ὑπὸ Μωϋσῆς ὁ θεσπέσιος εἰρηκέναι ξυνέγραψε δὲ Φαραὼ τὸν θεόν, ὅτι, Εἰς αὐτὸ τοῦτο ἐξήγειρά σε, ὅπως ἐνδείξωμαι εἰς σὲ τὴν δυνάμιν μου, χὴ ὅπως διαγγελῇ τὸ ὄνομά μου ἐν πάσῃ τῇ γῇ. παμπονήρῳ γάρ τοι γενομένῳ ἐκείνῳ πολυτρόπους κολάσεις ἐπήνεγκεν ὁ θεός· ὑχ ὥστε ὑγιᾶ ποιῆσαι βλαπτόμενον· ἤδη γὰρ αὐτοῦ χὴ τὸν νοῦν ἀνίατον, χὴ τὸ πάθος ἀνήκεστον· ἀλλ' ὅπως ἂν τοῖς ἐκείνου διηγήματα πᾶσιν ὠφέλεια γένοιτο δείγματα. καθάπερ γὰρ αἱ πόλεις τρέφουσι τοὺς δημίους, ὥστε τοὺς ἀνδροφόνους, χὴ τοὺς τυράννους, χὴ τοὺς ἄλλα ἄττα παρανομοῦντας, δι' οὓς κολάζειν· οὐχ ἐπαινοῦσαν μὲν αὐτῶν, ἀλλὰ χὴ λίαν μισοῦσαν, τὴν τοῦ βίου προαίρεσιν· ἀναδεχόμεναι γ' τοῦτων ὑπηρεσίαν δι' τὴν χρείαν. ὅτως ὁ τῆς μείζονος πόλεως τοῦδε τοῦ κόσμου πρύτανις, οἷα δημίους τινὰς γίνεται συγχωρεῖ τοὺς τυράννους, ὥστε δι' τούτων ποινὰς τοὺς ἀσεβοῦντας χὴ παρανομοῦντας εἰσπράττειν· ὕστερον δὲ χὴ τούτους αὖθις πρωτίστοις παραδίδωσι τιμωρίαις· ἐπειδὴ γὰρ οὐχ ὡς θεῷ δουλεύοντες, ἀλλ' οἰκείᾳ πονηρίᾳ δουλεύοντες, τὰ δεινὰ ἔργα δεδράκασιν. ὅτως ἠμάρτηκότα τὸν Ἰσραὴλ τῇ τῶν Ἀσσυρίων ὠμότητι παραδέδωκεν· ὅπερ γ' ὅτοι τὴν τιμωρίας οὐ διέγνωσαν τὸν σκοπόν, τὴν ἰκαῦτα χὴ τούτων καταλύσας τὴν δυναστείαν, ἑτέροις δουλεύειν ἠνάγκασε. χὴ ταῦτα Ἡσαΐας, χὴ Ἰεζεκιὴλ, χὴ πάντες οἱ προφῆται σαφῶς δηλονότι διδάσκουσι. πρὸ ὧν, οἶμαι, ὁ Πλάτων τὰς ἀφορμὰς κεκλοφὼς, ἔφη τοὺς ἀνιάτως διακειμένους εἰς ὠφέλειαν ἑτέρων παραδίδεσθαι. χὴ

τῷ Φιλήβῳ δὲ πάλιν, τὸν περὶ τῆς προνοίας
ἐκρήτινε λόγον· Πάντες γάρ, φησι, ξυμ-
φωνοῦσιν οἱ σοφοὶ, ὄντως ἑαυτοὺς σεμνυνόντες,
ὡς νοῦς ὅδε βασιλεὺς ἡμῖν οὐρανοῦ τε καὶ γῆς.
καὶ ἴσως οὕτω λέγουσι. σμικροτέρων δὲ, εἰ
βούλει, τὴν ἐπισκέψιν αὐτῶν τῶν ῥητόρων ποιησώμε-
θα. εἶτα ξυλλογισμοῖς παμπόλλοις χρησάμε-
νος, ἐπήγαγε ταῦτα· Βούλει δὲ καὶ ἡμεῖς τοῖς
πρόσθεν ὡμολογημένοις ξυμφωνήσωμεν, ὡς
ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ μὴ μόνον οἰώμεθα δεῖν τὰ
ἀλλότρια αὐθαδῶς λέγειν, ἀλλὰ καὶ ξυγκιν-
δυνεύσωμεν, καὶ μεταχωρῶμεν ἔνθεν ὅτου, ὅταν αὖ τις
δεινὸς φῇ, ταῦτα μὴ ὕττως, ἀλλ' ἀτάκτως ἔχειν; B
καὶ ἑτέροις ἢ πλείοσι λόγοις χρησάμενος, καὶ
ταῦτα προστέθηκεν· Οὐκοῦν εἰ μὴ τοῦτο, μετ'
ἐκείνου τοῦ λόγου αὖ ἐπόμενοι βέλτιον λέγοιμεν,
ὡς ἔστιν, ὃ πολλάκις εἰρήκαμεν, ἄπειρόν τε ἐν ᾧ
πρωτὶ πολὺ, καὶ πέρας ἐχόμενον· καὶ τίς ἐπ' αὐτοῖς
αἰτία οὐ φαύλη, κοσμοῦσά τε καὶ συναπτουσα
ἐνιαυτούς τε καὶ μῆνας καὶ ὥρας, σοφία καὶ νοῦς
λεγόμενον. καὶ ταῦτα δὲ ἐκ τῶν Εὐριπίδου ναμ-
μάτων ἀρυσάμενος ἔχει. ἐκεῖνα γὰρ διδάσκει
σαφῶς, ὡς ὁ θεὸς ἐθεμελίωσε τῇ σοφίᾳ τὴν γῆν, ἡτοί-
μασε δὲ οὐρανοὺς ἐν φρονήσει· καὶ τὰ ἄλλα τὰ C
τούτων ἀκόλουθα. ἐν δὲ γε τοῖς Νόμοις, ἔστι
αὐτὸς ὁ φιλόσοφος καὶ διαιρεῖ τῶν ἀγαθῶν τὴν
φύσιν, καὶ δείκνυσι τὰ μὲν, ἀνθρώπινα· τὰ δὲ, θεῖα.
λέγει δὲ οὕτως· Διττὰ δὲ ἀγαθὰ ἔστι· τὰ μὲν ἀν-
θρώπινα, τὰ δὲ θεῖα. ἤρτηται δὲ ἐκ μὲν τῶν θείων
δαιτερα· καὶ μὲν δέξηται τις τὰ μείζονα, κτᾶται
καὶ τὰ ἐλάττονα. εἰ δὲ μή, στέρεται ἀμφοῖν. ἔστι
δὲ τὰ μὲν ἐλάττονα, ὧν ἡγεῖται ὑγίεια· κάλλος δὲ,
δεύτερον· τὸ δὲ τρίτον, ἰσχὺς, εἴς τε δρόμον, εἴς
τε τὰς ἄλλας ἁπάσας κινήσεις τοῦ σώματι· τέ-
ταρτον δὲ, πλοῦτος· οὐ τυφλὸς, ἀλλ' ὀξὺ βλέ-
πων, ἂν ἕπηται φρονήσει. ὁ δὲ πρῶτον τῶν θείων D
ἡγεμονεύει ἔστιν ἀγαθῶν, ἡ φρόνησις· δεύτερον
δὲ, μετὰ νοῦ σώφρων ψυχῆς ἕξις· ἐκ δὲ τούτων
μετ' ἀνδρείας κραθέντων, τρίτον ἂν εἴη δικαιο-
σύνη, τέταρτον δὲ, ἀνδρεία· ταῦτα δὲ πάντα,
ἐκείνων ἕμπροσθεν πέφυκε φύσει· καὶ δὴ τοῦ
νομοθέτου κτέον οὕτως· μετὰ δὲ ταῦτα, τὰς ἄλ-
λας πράξεις τοῖς πολίταις εἰς ταῦτα βλε-
πούσας αὐτοῖς εἶναι προσκεκλῆσθαι· τούτων δὲ τὰ
μὲν ἀνθρώπινα, εἰς τὰ θεῖα, τὰ δὲ θεῖα, εἰς τὸν ἡ-
γεμόνα νοῦν ξύμπαντα βλέπει. εἶτα διδά-
σκει διὰ πλειόνων, ὡς φύσει μὲν ἀγαθὸν ἀρετὴ

A rum verò & in Philebo prouidentiæ doctrinam confirmauit: *Omnes*, enim inquit, *sapientes consentiunt, sese ipsos re vera honestantes, intellectum regem cæli ac terræ nobis esse: ac fortasse benè aiunt. Minutiùs autem, si vis, ipsum genus inspiciamus.* Tum quamplurimis syllogismis vsus, hæc adiunxit: *Visne vt & nos iis quæ antè approbata sunt assentiamur, quòd hæc ita se habeant: neque solùm putemus aliena sine periculo dicere nos oportere, sed & commune periculum subire, consortésque infamiæ fieri, si vir grauis dicat hæc non ita se* B *habere, sed incondita esse.* Et post alia plurima hæc etiam addidit: *Itaque nisi hoc est, illam sequentes rationem melius vtique diceremus, esse videlicet, quod sæpè iam diximus, & infinitum in vniuerso, multum sanè, & finem maximum, quandámque ipsis incubare non contemnendam causam, quæ ornat connectítque annos, menses, & horas, quæque Sapientia & Intellectus nuncupatur.* Hæc autem, sicut pleraque alia, de fluentis Hebraicis Prou. 3. 19. hausit. Illa siquidem manifestè docent, Deum sapientia terram fundasse, & præparasse cælos in intel- C lectu, & alia quæ subsequuntur. In Legibus autem, Philosophus idem diuidit naturam bonorum, ostenditque alia quidem esse humana, alia verò diuina. sic enim ait: *Duplicia sunt bona, alia humana, alia diuina. Pendent autem è diuinis humana. Quòd si quis maiora obtineat, possidet continuò & minora: sin minus, priuatur vtrisque. Minora autem primo loco sanitas, secundo pulchritudo, tertio, corporis robur, ad cursum motúsque alios vniuersos: quarto autem loco Plutus, non ille cæcus, sed acutissimùm videns, si ducem prudentiam se-* D *quatur. Diuinorum autem iure primùm ac cæteris præsidens est prudentia: secundum autem, vnà cum intellectu, temperatus animæ habitus. Ex hisce autem cum fortitudine admixtis, tertium erit Iustitia, quartum fortitudo. Hæc autem omnia, natura priora sunt illis, atque ita legum latori disponendum est. Post hæc autem, alia ciuibus præcepta, quæ in hæc tendant, præcipienda esse censeo. Horum itaque bonorum, quæ humana sunt, spectant in diuina: quæ verò sunt diuina, in principem Intellectum omnia respiciunt.* Pluribus deinde verbis docet, natura bonum solam esse virtu-

tem, alia verò æquiuocè bona dici, solùm nomen participantia: *Quæ enim vulgò appellantur bona, non rectè vocantur. Vulgò enim fertur, optimum bonorum esse bonam valetudinem, secundo loco pulchritudinem, tertio diuitias. Alia quoque innumera vocantur bona. nam & acuto visu vel auditu præditum esse, aliisque sensibus vti sine impedimento, & facere dominantem quidquid appetat. Finémque omnis beatitudinis esse, vt qui hæc omnia possidet, citissimè natus sit immortalis. Vos autem, atque ipsi adeò dicimus, hæc omnia iustis quidem sanctísque hominibus possessionem optimam esse, iniustis verò pessima omnia, ducto à sanitate principio. Et quidem videre, audire, cæteríque vti sensibus, ac ipsum prorsus viuere, maximum ei malum esse, qui per omne tempus sit immortalis, & bona quæ vocantur omnia possideat præter iustitiam, ac cateras virtutes: minus autem malum, si quàm minimum tempus in vita fuerit.* Et post pauca: *Ego enim apertè dico, ea quæ vocantur mala, iustis hominibus bona esse, iniustis autem mala: quæ verò bona dicuntur, iusti quidem bona esse, malis autem mala.* Quam ego quoque diuisionem valdè probo. Maximum enim reuerà bonum est, scire quidnam propriè sit bonum, quid verò bonum quidem dicatur, fiat autem nunc bonum, nunc malum, apud eos qui vel benè pulchréque vtuntur, vel contrariam mentem gerunt. Sanitas enim, & robur, ac pulchritudo corporis, itémque diuitiæ, aliis quidem profuere, & dignissimos earum rerum possessione ostenderunt: aliis verò malitiæ instrumenta & incontinentiæ fuerunt. Temperantia verò ac iustitia, cæteráque his similia, animæ sunt possessio, habentibúsque vtilia cunctis sunt, nihilq; damni possidentibus afferunt. Talibus autem etiam illa quæ vulgò appellantur bona, vtilia sunt. iusti enim temperatíque homines illis vtuntur. Quæ verò per hos optima fiunt, tunc pessima videntur, cùm in malos & iniustos possessores inciderint. Etenim ea conspiciunt, quæ videre non decet, ea audiunt, quæ audienda non sunt, sensúsque cæteros ad incontinentiam erudiunt. Ne itaque, ô amici homines, confundamus rerum

μόνη· τὰ δὲ ἄλλα ὁμωνύμως καλεῖται, ὀνόματος μόνου μετέχοντα. Τὰ γὰρ ὑπὸ τῶν πολλῶν, φησὶ, λεγόμενα ἀγαθὰ, οὐκ ὀρθῶς λέγεται. λέγεται γὰρ, ὡς ἄριστον μὲν, ὑγιαίνειν· δεύτερον δὲ, κάλλος· τρίτον δὲ, πλοῦτος. καὶ ἕτερα δὲ μυρία ἀγαθὰ λέγεται. καὶ γὰρ ὀξὺ ὁρᾶν καὶ ἀκούειν, καὶ πάντα ὅσα ἔχεται τῶν αἰσθήσεων, δυναθήτως ἔχειν· ἔτι δὲ καὶ τὸ ποιεῖν τυραννοῦντα ὅτι ἂν ὀρέγηται· καὶ τὸ μὲν τέλος πάσης μακαριότητος εἶναι, τὸ πάντα ταῦτα κεκτημένον, ἀθάνατον εἶναι νομίζειν ὅτι τάχιστα. ὑμεῖς δὲ καὶ ἐγὼ πῃ τάδε λέγομεν, ὡς ταῦτά ἐστι ξύμπαντα, δικαίοις μὲν καὶ ὁσίοις ἀνδράσιν ἄριστα κτήματα, ἀδίκοις δὲ κάκιστα ξύμπαντα, ἀρξάμενα ἀπὸ τῆς ὑγιείας. καὶ δὴ καὶ τὸ ὁρᾶν, καὶ τὸ ἀκούειν, καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι, καὶ τὸ ὡσαύτως ζῆν, μέγιστον μὲν κακὸν, τὸν ξύμπαντα χρόνον ἀθάνατον ὄντα, κεκτημένον πάντα τὰ λεγόμενα ἀγαθὰ, πλὴν δικαιοσύνης τε καὶ ἀρετῆς ἁπάσης· ἔλαττον δὲ, ὡς ἂν ὀλίγιστον ὁ τοιοῦτος χρόνον βιῴη. καὶ μετ' ὀλίγα· Ἐγὼ μὲν γὰρ λέγω σαφῶς, τὰ μὲν κακὰ λεγόμενα, ἀγαθὰ τοῖς δικαίοις εἶναι, τοῖς δὲ ἀδίκοις εἶναι κακά· τὰ δὲ ἀγαθὰ, τοῖς μὲν ἀγαθοῖς ἀγαθὰ, τοῖς δὲ κακοῖς κακά. καίγε δὴ κομιδῇ τινὰ δεῖ διαίρεσιν. μέγιστον γὰρ ἀληθῶς ἀγαθὸν, τὸ γε εἰδέναι, τί μὲν φύσει ἀγαθὸν, τί δὲ τοῦτο λέγεται μόνον, γίγνεται δὲ, πῇ μὲν ποιοῦτον, πῇ δὲ τοιοῦτον, ὑπὸ τῶν ἢ δι' ἃ καὶ καλῶς μετίοντων, ἢ τινὰ ἐναντίαν γνώμην ἀπεργαζομένων. ἔστι γὰρ ὑγίεια, καὶ ῥώμη, καὶ κάλλος σώματος, καὶ μόνοι καὶ πλοῦτος, τοῖς μὲν ὠφελησί τε καὶ ἔδοξε τῶν κτημάτων ἀξίοις, τοῖς δὲ ὀργάνοις πονηρίας καὶ ἀκρασίας ἐγένετο. σωφροσύνη δ' ἔστι καὶ δικαιοσύνη, καὶ τἆλλα ὅσα τούτοις παραπλήσια, τῆς ψυχῆς ὄντα κτήματα, καὶ ἅπασιν ὄντα τοῖς ἔχουσιν ὠφελιμώτατα, καὶ οὐδένα σίνεται τῶν κεκτημένων. τοῖς δὲ τοιούτοις καὶ τὰ λεγόμενα ἀγαθὰ, ξύμφορα κτήματα. δικαίων μὲν καὶ σωφρόνων οἰκονόμων τυγχάνει. τὰ δέγε παρὰ τούτων ἄριστα γιγνόμενα, κάκιστα φαίνεται πονηροῖς πειπεσόντα καὶ παρανόμοις. καὶ γὰρ ὁρῶσιν ἃ μὴ δεῖ, καὶ ἀκούουσιν ὧν οὐ δεῖ, καὶ τἆλλας αἰσθήσεις εἰς ἀκολασίαν παιδεύουσι. μὴ τοίνυν, ὦ φίλοι ἄνδρες, συγχέωμεν τῶν πραγμάτων

τὰς φύσεις, ἀλλὰ θεωρῶμεν τί μὲν ἀληθῶς ἀγαθὸν, τί δὲ κακὸν, τί δέ ἐστι τὸ μέσον τούτων καὶ ἐκείνων εἴληχε τάξιν. καὶ μὴ καλῶμεν εὐδαίμονας, τοὺς πλουτοῦντας καὶ ῥωμαλέους, καὶ δυναστείᾳ περιβεβλημένους τινά· κακοδαίμονας γὰρ ἀληθῶς καὶ τελεσθλίοις προσαγορεύειν προσήκει, τοὺς τοιούτων μὲν μετειληφότας, ὕλαις δὲ ἐπιφυομένας αὐτὰ κακίας καὶ πονηρίας. ὅταν οὖν ἴδωμεν πάμπονηρον ἄνθρωπον πλούτῳ περιῤῥεόμενον, μὴ τελεσθλίαν ὀνομάζωμεν, ἀλλὰ δείλαιον, ὅτι τὸν προσήνεμον βίον ἔχει πολλὰς ἀφορμάς· καὶ ὅταν ἕτερον ὁπτεικῆ εἶναι δοκοῦντα, θεασώμεθα δυσκηλείᾳ τινὶ καὶ πενίᾳ ξυνεξυγμένον, μήτε ἄθλιον ὑπολάβωμεν, μήτε ἄδικον τὸ τοῦ θεοῦ προμήθειαν νομίσωμεν. πρῶτον μὲν γὰρ, οὐ πάντως τῷ ὄντι δίκαιος ὁ δοκεῖν εἶναι δίκαιος. ἕτερος γὰρ καὶ ταῦτα ὁρᾷ καὶ διακρίνει ὁ πάντα γε ὁρῶν ὀφθαλμός. καὶ τοῦτο Σαμουὴλ τὸν προφήτην αὐτὸς ἐδίδαξεν ὁ τῶν ὅλων ὁπλήρ. Οὐχ ὡς ἄνθρωπος γὰρ, φησὶν, ὁρᾷ, οὕτως ὁρᾷ ὁ θεός. ἄνθρωπος μὲν γὰρ εἰς πρόσωπον, θεὸς δὲ εἰς καρδίαν. ἵνα δὲ καὶ ἡμεῖς ἀληθῶς εἶναι δίκαιον τὸν δυστυχίᾳ τινὶ κατεχόμενον, ἐκεῖνό γε πᾶσιν ὁπίδηλον, ὡς οὐδεμίαν ἐκ τῆς δυσημερίας εἰσδέξεται βλάβην, φέρειν ὡς ἀρετῆς ἀθλητὴς παλαιόμενος καὶ δυσχερῆ. ὥσπερ γὰρ οἱ πονηρίᾳ συζῶντες, καὶ τὰ καλούμενα ἀγαθὰ πονηρίας ἀποφαίνουσιν ὄργανα, οὕτως οἱ τῆς ἀρετῆς ἐρῶντες, καὶ τὰ κακὰ νομιζόμενα, φιλοσοφίας τὰ ἀληθοῦς κατασκευάζουσιν ὕλας. οὕτω δὴ τούτων ἕκαστον διακρίνοντες, οὐ ποτε τὸν θεὸν ἄδικον ὀνομάσομεν, ἀλλὰ ξυνομολογήσομεν ὀρθῶς ἔχειν ἅπερ ὁ Πλάτων ἐν τῷ Θεαιτήτῳ ξυνέγραψεν· ὅτι ὁ θεὸς οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἄδικος, ἀλλ' ὡς οἷόν τε δικαιότατος· καὶ οὐκ ἔστιν ὁμοιότερον οὐδέν, ἢ ὃς ἂν ἡμῶν γένηται ὅτι δικαιότατος ἀνὴρ τυγχάνει. πάλιν τε καὶ ἐν δεκάτῳ τῶν Νόμων, ἰᾶσθαι πειρᾶται τοὺς τῆς θείας προνοίας οὐ προσιεμένους τὸν λόγον· λέγει δὲ ταῦτα· Τὸν μὲν ἡγούμενον θεοὺς μὲν εἶναι, μὴ φροντίζειν δέ τι τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων, παιδευτέον ὧδε, ὦ ἄριστε Δημόφων· Ὅτι μὲν ἦν θεοὺς εἶναι, ξυγγενές τι τὸ θεῖον πρὸς τὸ ξύμφυτόν σε ἀγαπᾶν καὶ τιμᾶν καὶ νομίζειν εἶναι. καὶ-

A naturam, sed despiciamus quid verè bonum, quid malum sit, quid illud quod medio inter vtrumque loco positum est: neque beatos vocemus diuites, nec robustos, neque eos qui potestatem aliquam sunt adepti. Infelices enim profectò ac miserrimos appellari eos decet, qui his ornati, ad sceleris & nequitiæ materiam illa conuertunt. Quando igitur pessimum hominem viderimus affluentem diuitiis, ne beatissimum nuncupemus, sed infelicem, quòd ei multæ sint ad iniquè viuendum occasiones. Contra verò, si quem videamus qui probus homo existimetur, sed inopia & infortunio aliquo vrgeatur, neque hunc miserum esse opinemur, neque iniustam Dei prouidentiam censeamus. Primò enim, non re ipsa omninò iustus est, quicumque iustus existimatur. aliter enim hæc videt ac discernit oculus ille qui omnia contuetur. Atque hoc ipsum est, quod Samuelem Prophetam vniuersorum inspector docuit. *Non enim sicut videt homo*, inquit, *ita* 1.Reg.16.7.
videt & Deus. homo enim faciem videt, Deus autem cor. Vt autem ponamus verè iustum hominem esse, qui graui aliquo infortunio detinetur: illud tamen constabit, nullum detrimentum ex eo infortunio passurum esse, vt qui res aduersas tamquam virtutis athleta ferre didicit. Sicut enim qui perditè viuunt, etiã illa quæ vocantur bona, instrumenta sibi ad nequitiã esse ostendunt: ita & amatores virtutis ea quæ putantur mala, veræ philosophiæ materiam efficiunt. Hoc itaque pacto hæc singula discernentes, nunquam iniustum Deum appellabimus, sed rectè se habere fatebimur quæ à Platone in Theæteto conscripta sunt, Deum videlicet nullomodo iniustum esse, sed quammaximè esse possit iustissimum, nihilque illi esse similius, quàm qui nostrûm fiat erga illum iustissimus. Rursum etiã in decimo Legum, sanare illos conatur qui rationem diuinæ prouidentiæ non admittunt. Sic enim ait: *Qui verò Deos quidem esse existimet, curam verò humanarum rerum nullam habere, hac consolatione curandus est, ô optime Demophon. Quòd Deos quidẽ esse existimes, diuina te quædam agit cognatio, vt tibi insitum colas, atque esse opineris. Ma-*

lorum verò hominum iniuſtorúmque fortunæ, tum priuatim tum publicè, reipſa beatæ non ſunt, opinione autem beatæ admodum habentur, quamquam indecenter ducunt te ad impietatem. Tum diſcutiens apparentem iniuſtorum hominum proſperitatem, hæc etiam addit: *Neque verò fortaſſe hoc difficile oſtenſu erit, curare Deos etiam quæ puſilla ſunt: neque minus hæc curare, immo magis, quàm quæ præſtant magnitudine. Huc enim veniunt, atque hîc interſunt iis quæ nunc diſputantur, quòd cùm boni ſint omni genere virtutis, rerum omnium curam velut maximè propriam ſibi vindicant.* Tum & ſyllogiſmis orationem confirmans, ſubiungit: *Ne itaque opinemur Deum eſſe opificibus mortalibus inferiorem, qui conuenientia ſibi opera, quanto ipſi ſunt meliores, tanto exactiùs perfectiúſque, vna eadémque arte, tum puſilla tum magna conficiunt: Deum verò, cùm ſit idem ſapiens, velitque ac poßit curare omnia, poſſe quidem facilius ea curare quæ magna ſunt, quæ verò ſunt exigua vllo modo curare non poſſe, velut inertem quendam ac deſidem, qui propter laborem torpeſcat.* Deinde concludit: *Nullo pacto, amice, hanc de Deo admittamus opinionem. neque enim ſanctam, neque veram, animo ſententiam verſaremus.* Iterúmque poſt pauca: *Omnis enim medicus, omniſque peritus artifex, vniuerſi gratia cuncta operatur, ad id reſpiciens quod commune ſit bonum. Partem quidem totius gratia peragit, non totum partis ergò. Tu verò indignaris, ignorans quo pacto id quod eſt circa te, toti optimum eueniat.* Rurſúſque, poſt multa verborum inuolucra, ſubiunxit: *Eadem verò tibi ratio & de illis erit, quos impio aut nefario quopiam ſcelere admiſſo, è puſillis ampliſſimos effectos videns, ex infelicibus beatos euaſiſſe putaſti, atque in illorum ſucceſsibus exiſtimaſti e, velut in ſpeculis, Deorum negligentiam perſpexiſſe, finem illorum ignorans, qua tandem ratione vniuerſo conducat.* His autem omnibus, & prouidentiæ æquitatem oſtendit, & quo pacto ſingula quæ fiunt ad vniuerſi vtilitatem inſtituit. Neque enim totum exiguæ portionis eſt cauſa, ſed particulæ vniuerſi complent harmoniam. Neque ob vnius digiti articulum, corpus vniuerſum plaſmatum eſt, ſed corporis cauſa, & digiti, & horum articuli compacti ſunt. Quoniam igi-

A κἂν δ' ἀνοσίων καὶ ἀδίκων τύχαι, ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ, ἀληθείᾳ μὲν οὐκ εὐδαίμονες, δόξῃ δ' εὐδαιμονίζονται σφόδρα, ἀλλ' οὐκ ἐμμελῶς ἄγειν σε πρὸς ἀσέβειαν. εἶτα διεξελθὼν τὴν νομιζομένην τῶν ἀδίκων εὐχέρειαν, ὑπιφέρει καὶ ταῦτα. Ἀλλ' οὐδὲ τάχα ἂν εἴη χαλεπὸν ἐνδείξασθαι τοῦτό γε, ὡς ὑπιμελῆς σμικρῶν εἰσιν οἱ θεοὶ οὐχ ἧττον, μᾶλλον δ' ἢ τὰ μεγέθει διαφερόντων. ἥκουσι γὰρ, καὶ παρόντα τοῖς νῦν διαλεγομένοις, ὡς ἀγαθοί γε ὄντες πάσῃ ἀρετῇ, τὴν ἀπόντων ὑπιμέλειαν οἰκειοτάτην αὐτῶν οὐσίᾳ κέκτηνται). εἶτα ξυλλογισμοῖς κρατυνάς τὸν λόγον,

B ἐπήγαγε· Μὴ τοίνυν τὸν θεὸν ἀξιώσωμεν ποτὲ τῶν θνητῶν δημιουργῶν φαυλότερον, οἳ τὰ προσήκοντα αὐτοῖς ἔργα, ὅσῳ ἂν αὐ ἀμείνους ὦσι, τοσούτῳ ἀκριβέστερα καὶ τελεώτερα μιᾷ τέχνῃ σμικρά τε καὶ μεγάλα ἀπεργάζονται· τὸν δὲ θεὸν, ὄντα τε σοφὸν, βουλόμενόν τε ὑπιμελεῖσθαι, δυνατὸν εἶναι). καὶ δυνάμενον μὲν, ῥᾴδιον ὑπιμεληθῆναι. σμικρῶν δ' ὄντων μηδαμῇ ὑπιμελεῖσθαι δυνατὸν εἶναι), καθάπερ ἀργὸν ἢ δειλόν τινα διὰ πόνους ῥᾳθυμοῦντα. ἔπειτα ὑπιφέρει· Μηδαμῶς δόξαν τοιαύτην περὶ θεοῦ, ὦ ξένε, ἀποδεχώ-

C μεθα· οὐδαμῇ γὰρ οὔτε ὅσιον οὔτε ἀληθὲς ὃ βλασφήμημα βλασφονοῖτ' ἄν. καὶ πάλιν μετ' ὀλίγα· Πᾶς μὲν γὰρ ἰατρὸς, καὶ πᾶς ἔντεχνος δημιουργὸς, πάντος μὲν ἕνεκα πάντα ἐργάζεται πρὸς τὸ κοινῇ ξυμφερτέον βέλτιον. μέρους μὲν εἵνεκεν ὅλου, καὶ οὐχ ὅλου εἵνεκεν μέρους ἀπεργάζεται· σὺ δ' ἀγνωμονεῖς, ἀγνοῶν ὅπῃ σοὶ πρέπει σὲ ἄγειν τῷ παντὶ ξυμβαίνειν. καὶ μετ' πλείοσι λόγων ἐλίγμοις ἐπήγαγε· Ὁ αὐτὸς δὲ λόγος σοι καὶ περὶ ἐκείνων ἂν εἴη, τῶν οἷς σὺ κατίδων ἐκ σμικρῶν μεγάλους γεγονότας αὐοσιουργήσαντας, ἢ τι τοιοῦτον πεφάξαντας, ὡρμῆς ἐξ ἀ-

D θλίων εὐδαίμονας γεγενέναι, καὶ ὡς ἐν κατόπτροις αὐτῶν τὴν πρᾶξιν ἡμῖν καθεωρακέναι τὴν πάντων ἀμέλειαν θεῶν, οὐκ εἰδὼς αὐτῶν τὴν ξυντέλειαν, ὅπῃ ποτὲ ὦν παντὶ ξυμβαίνει). ἀλλὰ δὴ τούτων ἀπόντων, καὶ τὴν φρονοῦσαν εὐθὺ δίκαιον ἔδοξε, καὶ ὡς ἕκαστον τῶν γινομένων τῷ παντὶ καθέστηκε ξύμφορον. ἓν γὰρ τῶν σμικροτάτου γε μορίου χάριν ὅλον γεγένηται, ἀλλὰ τὰ μόρια ξυμπληροῖ τὴν τοῦ παντὸς ἁρμονίαν· οὐδὲ γὰρ μίαν δακτύλου ἑνὸς σκυταλίδα, ὅλον διεπλάσθη τὸ σῶμα, ἀλλὰ γὰρ τὸ σῶμα καὶ οἱ δάκτυλοι, καὶ αὖ τούτων ξυνηρμόσθησαν σκυταλίδες. ὑπὲρ τοί-

νων θνητὴ μὲν γέγονε τῶν ἀθανάτων ἡ φύσις· θνητὴ δὲ οὖσα, πολλῶν ἐστιν ἐνδεὴς, καὶ γεωργίας, καὶ φυτουργίας, καὶ ναυτιλίας, καὶ μὴν καὶ οἰκοδομικῆς, καὶ χαλκευτικῆς, καὶ ὑφαντικῆς, καὶ σκυτοτομικῆς, καὶ ναυπηγικῆς τέχνης, καὶ τ' ἄλλων, ὅσαι ξυνεργοῦσι πρὸς τὴν ἀναγκαίαν τοῦ σώματος θεραπείαν· μάλα γε εἰκότως ὁ τοῦ παντὸς κηδεμὼν, τοῖς μὲν πενίαν, τοῖς δὲ ξυνεκλήρωσε πλοῦτον· ἵνα οἱ μὲν τὰς ὕλας παρέχωσιν, οἱ δὲ τὰς χεῖρας ἡσκημένας πρὸς τὰς τέχνας. ἐξήρτησε δὲ τῆς πενίας ἀφ' ἧς τὴν χρείας τοῖς ὅπη πλούτῳ βρενθυομένοις τῶν ὅλων ὁ κυβερνήτης. δέονται γὰρ οὐ μάγειροι μόνον καὶ οἰνοχόων, ἀλλὰ καὶ οἰκοδόμων, καὶ γεωργῶν, καὶ χαλκουργῶν, καὶ σκυτέων. οἱ δέ γε φιλότιμοι, καὶ ζωγράφων, καὶ πλασουργῶν, καὶ τῶν ἄλλων, οἱ τὰς ἐπιφανεστέρας ἐπιφαίνοντες τῶν πλουσιωτάτων τὰς οἰκίας. δέονται δ' αὖ πάλιν οἱ χρώνακτες, τῶν ὑπάρχων καὶ χρήματα χορηγούντων, καὶ ὠνουμένων τὰ παρ' ἐκείνων δημιουργούμενα. οἱ δὲ τῶν δὲ τῶν διαφορὰν δυσχεραίνοντες, καὶ χαλεπαίνοντες ὅτι μὴ πάντες τὰ αὐτῶν μελανθήκαμεν, ἐγκαλείτωσαν καὶ τοῖς ζωγράφοις, ὅτι μὴ ἑνὶ χρώματι γράφουσιν, ἀλλ' ἐκ διαφόρων τὰς εἰκόνας διαδάλλουσι· κατηγορείτωσαν δὲ καὶ τῶν λυροποιῶν, καὶ μὴν καὶ αὐτῶν γε τῶν μουσικῶν, ὅτι μὴ ἴσην ἀφιᾶσιν ἅπασαι ἡ χορδαί, ἀλλ' ἄλλην μὲν ἡ νήτη, ἄλλην δ' ἡ ὑπάτη· καὶ ἡ μὲν ὀξεῖαν, ἡ δὲ βαρεῖαν, ἡ δὲ μέσον ἔχει τὸν φθόγγον. νεμεσάν δὲ ἄρα δοκεῖ καὶ τοῖς γεωμέτραις, ὅτι οὐχ ἓν τοῖς τὴν γραμμικὴν μαθήσεσιν ὑπομιμνήσκουσι σχῆμα, ἀλλὰ τρίγωνα, καὶ τετράγωνα, καὶ μηνοειδῆ, καὶ κύκλους, καὶ τραπέζια, καὶ ἄλλα ἄττα τῶν εἰρημένων πολλαπλάσια. ὅτι μεμφέσθωσαν δ' ἂν καὶ τοῖς τὴν ἀριθμητικὴν διδάσκουσιν ὑπομιμνήσκουσι, ὅτι τῶν ἀριθμῶν οἱ μὲν εἰσιν ἄρτιοι, οἱ δὲ περισσοὶ, οἱ δὲ ἀρτιοπέρισσοι, οἱ δὲ περισσάρτιοι. καὶ οἱ μὲν κύβοι, οἱ δ' ὑπερκύβοι, οἱ δὲ κυβεπικύβοι. εἰ δὲ ἀναγκαῖον καὶ τῶν ἀριθμῶν αἱ ἰδέαι, καὶ τῶν σχημάτων τὸ ποικίλον, καὶ τῶν χορδῶν τὸ διάφορον, καὶ τὰ πολυειδῆ τῶν χρωμάτων γένη, τί δήποτε δυσχεραίνετε, ὅτι μὴ πάντες Κροῖσοι, καὶ Μίδαι, καὶ Δαρεῖοι γεγόνατε; οὐδὲν γὰρ ἕτερον βούλεσθε,

A tur hominũ natura mortalis facta est, & quia mortalis est, multarum rerum est indiga, vt agriculturę & cõsitionis, & nauigationis: quin & architectonicæ artis, & fabrilis, & textoriæ, & sutoriæ, & nauiculariæ, ceterarúmque omnium quæ ad necessariam corporis curam pertinent, congruentissimè vniuersi moderator, aliis paupertatem, aliis diuitias sortitò distribuit: vt qui opibus pollent, materiam subministrent, qui verò sunt inopes, exercitatas artibus manus admoueant. Quin & eos qui diuitiis
B gloriantur, à paupertate per necessitatem suspendit rerum omnium gubernator. Indigent enim non pistoribus solùm, & cocis, ac propinatoribus, sed & architectis, & agricolis, & lanificibus, & sutoribus. Qui verò splendidiores sunt, pictoribus etiam, & plastis, artificibúsque aliis, qui magnatum ædes reddunt ornatiores. Contrà verò, manuales artifices locupletibus indigent, qui pecunias erogent, emántque opera quæ ipsi suo artificio confecerint. Qui ergo hanc rerum varietatem grauiter ferunt, eóque indignantur, quòd non omnes
C eadem adepti sumus, pictores quoque accusent, quòd non vno tantùm colore vtantur, sed ex variis imagines suas perpoliant. Accusent & lyrarum artifices, ipsósque adeò fidicines, quòd non eundem sonum chordę omnes emittunt, sed alium quæ ima est, alium quæ est summa: hæc enim acutum sonat, illa autem grauem, alia verò mediam vocem. Indignari etiam eosdem par erat & Geometris, quòd non eandem figuram omnibus demonstrent, qui ab eis linearum scientiam edocentur, sed triangulas, & quadrangulas, & lunares, & circulares, & mensales, aliásque his
D quas dixi multo plures. Accusent eos præterea, qui numerariam tradunt scientiam, propterea quòd numerorum alij quidem pares sunt, alij verò impares, alij paridispares, alij disparipares: & alij cubi, alij supercubi, alij cubisupercubi. Quòd si necesse est varias esse numerorum species, & varias figuras, & multiplicem fidium differentiam, & multa colorum genera, quid ita ægrè fertis quòd non omnes Crœsi, & Midæ, & Darij facti estis? Neque enim aliud vultis

qui iſtam rerum æqualitatem appetitis, quàm fame ac egeſtate rerum quæ neceſſariæ ſunt, humanum genus penitus aboleri. Quis enim velit, ſi omnes homines æquali ſint dignitate, pro commodo proximi laborem vllum ſubire? aut arare terram & ſerere, aut ſpicas metere, aut plantare, aut vuas legere, & vinum oleúmque exprimere? Quòd ſi dignitatis æqualitas alium alij ſubſeruire non ſineret, quo pacto ſibi ſufficerent ſinguli, cùm iidem eſſent, & bubulci ſimul & caprarij, & paſtores ouium & ſubulci, adhæc & textores, & ſutores, & architecti, & fabri ferrarij, & piſtores, & opſonarij, & agricolæ, & conſitores, & nauium fabri, & nautæ, & gubernatores? Harum ſiquidem cunctarum artium, multóque his plurium, mortales ſinguli indigemus. Quid itaque non laudatis optimam rerum diſtributionem, ſed ipſi hanc maximè ægrè fertis, qui & ancillas, & famulos, agricoláſque habetis quamplurimos? Agricola enim ſorte ſua contentus viuit, ſua item & famulus. Sed & manualis artifex artem ſuam amat, & labores quibus addictus eſt. Vos autem, qui deliciarum copia nauſeatis, aliiſque miniſtrantibus omni luxu diffluitis, maledictis auctorem tot bonorum inceſſitis, eiuſmodi autem verba profunditis, quòd cõſtitueritis incontinentiæ ſeruire, purgandique veſtrî occaſionem vos inueniſſe exiſtimatis. Primùm quidem, quòd nulla Dei prouidentia mundi gubernacula moueantur: tum verò, quòd ſub fati neceſſitate, non modò corpus & quæ corporis ſunt, ſed ipſa quoque animæ voluntas ſita ſit. Atqui Plato contraria docet. virtutem ſcilicet nulli domino eſſe ſubiectam, quam vt quiſque vel coluerit vel contempſerit, ita plus minuſve habiturus eſt. Et rurſus: *Culpa eſt eligentis, Deus culpæ immunis: Deus enim malorum cauſa nunquam eſt.* Socratem præterea oſtendit Plato, vel in grauiſſimis periculis conſtitutum, de prouidentia, déque metu mortis excutiendo philoſophantem. Nam hæc etiam ſuæ ipſe defenſioni inſeruit: *Sed enim, viri iudices, & vos oportet bonam ſpem de morte concipere, vnúmque hoc cogitare verum eſſe, bono videlicet viro, ſeu viuat ille, ſeu moriatur,*

A τὼ δεῖ ἰσότητα ποθοῦντες, ἢ λιμῷ καὶ ἀσθενείᾳ τῶν ἀναγκαίων ἅπαν ἀφανισθῆναι τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος. πῖς γὰρ ἂν ἐθέλοι, ἰσομοιρίας πάντων μετεχόντων, τὸν ὑπὲρ τῆς τοῦ πέλας θεραπείας ἀναδέξασθαι πόνον, ἢ ἀρόσαι γῆν καὶ σπεῖραι, καὶ τοὺς στάχυας ἀμῆσαι, ἢ φυτεῦσαι, καὶ τρυγῆσαι, καὶ ἀποθλίψαι καὶ οἶνον καὶ ἔλαιον καρπόν; ἄλλῳ δὲ ἄρχειν ἄλλον τῆς ὁμοιομοιρίας οὐ ξυγχωρούσης, πῶς ἂν ἤρκεσεν ἕκαστος, βουκόλος ὁμοῦ καὶ αἰπόλος, καὶ ῥαβδοῦχος ἅμα καὶ συβώτης γινόμενος, καὶ μάντις καὶ ὑφάντης ἅμα σκυτοτόμος, καὶ οἰκοδόμος ἅμα χαλκοτύπος, ἅμα ἀρτοποιὸς καὶ ὀψοποιός, ἅμα γεωργὸς καὶ φυτουργός, ἅμα ναυπηγὸς ἅμα ναύτης καὶ κυβερνήτης; τούτων γὰρ ἁπάντων, ἅμα ἑτέρων γε πολλαπλασίονων ἕκαστος ἐνδεής. τί δήποτε τοίνυν οὐχ ὑμνεῖτε τὴν ἀρίστην διανομήν, ἀλλ' ὑμεῖς μάλιστα χαλεπαίνετε, οἱ θεραπαινῶν καὶ οἰκετῶν καὶ μάντεων καὶ γεωργῶν ἀπολαύοντες ὅτι μάλιστα πλείστων; ὁ μὲν γὰρ γεωργὸς τέρψει τὴν πάλιν ἐλαχε, καὶ ὁ οἰκέτης ὡσαύτως. ἅμα μάντεων καὶ ὁ χειροτέχνης ἀγαπᾷ τὴν τέχνην, καὶ τοὺς πόνους οἷς συνεκλήρωται· ὑμεῖς δὲ, τρυφῶντες καὶ ὑβρίζοντες, ἅμα τῆς ἑτέρων διακονίας πανταπάσης χλιδῆς ἀπολαύοντες, λόγοις βλασφήμοις τὸν τούτων καταπτύετε χορηγόν. τούτοις δὲ τοῖς λόγοις ὠδίνετε, ἀκηδίαν μὲ δουλοῦσθαι αἰσθόμενοι, πρόφασιν δὲ ἀπολογίας εὑρίσκειν ἡδόμενοι· πρῶτον μέν, τὸ μὴ τῇ θείᾳ προνοίᾳ κινεῖσθαι τὰ ὅλων τοὺς οἰάκας· ἔπειτα δὲ, τὸ νομίζειν ὑπὸ τὴν εἱμαρμένης ἀνάγκην, οὐ μόνον τὸ σῶμα καὶ τὰ πρὸς τοῦτο τελεῖν, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν αἵρεσιν τῆς ψυχῆς. ἀλλ' ὁ Πλάτων τἀναντία διδάσκει, ὡς ἀρετὴ ἀδέσποτον· ἑκὼν μὲν τὶς καὶ ἀτιμάζων, πλέον ἢ ἔλαττον ἕξει. καὶ πάλιν· Αἰτία ἑλομένου, θεὸς ἀναίτιος. κακὸν γὰρ ὁ θεὸς οὐ ποτε αἴτιος. καὶ ἐν ἄλλοις ἐν τοῖς χαλεποῖς κινδύνοις τὸν Σωκράτην δείκνυσιν ὁ Πλάτων φιλοσοφοῦντα καὶ προνοίας πέρι, καὶ τοῦ μὴ δεδιέναι, θάνατον. καὶ ταῦτα γὰρ ἐν τῇ Ἀπολογίᾳ τέθεικεν· Ἀλλὰ χρὴ, ὦ ἄνδρες δικασταί, εὐέλπιδας εἶναι πρὸς θάνατον, καὶ ἓν τοῦτο διανοεῖσθαι ἀληθές, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀνδρὶ ἀγαθῷ κακὸν οὐδὲν, οὔτε ζῶντι, οὔτε ὃ

τελυτήσαντι, οὔτε ἀμελεῖται ὑπὸ θεοῦ τὰ τούτου πεφύκασι. Οὐκοῦν οὐ τῷ ὄντι κακὰ πενία καὶ νόσος, καὶ δουλεία, καὶ θάνατος· ἀλλὰ καλεῖται μὲν ὑπὸ τῶν ἀνοήτων κακά, ἀγαθὰ δὲ γίγνεται τοῖς δὲ καὶ καλῶς κεχρημένοις. ὅτι δ' αὔξει τῶν ἀνθρώπων τὴν πονηρίαν τὸ μὴ πιστεύειν ἰθύνεσθαι προνοίᾳ τὰ ξύμπαντα, Ἀτticὸς ὁ Πλατωνικὸς βοᾷ· Ὥστε ἕτοιμόν τι χρῆμα πρὸς ἀδικίαν ἡ τῆς προνοίας ἀπόγνωσις. καὶ Πλωτῖνος δέ, σαφηνὴς δὲ καὶ σφόδρα ἐν φιλοσόφοις ξυγγράμμασι· τόδε τὸ προοίμιον τῆς περὶ προνοίας ἐνέθηκε λόγοις. Τὸ μὲν τῆς ὑποθέσεως καὶ τύχη δοῦναι τῷδε τῷ παντὶ τὴν αἰτίαν καὶ ξύστασιν, ὡς ἄλογον καὶ ἀνόητον οὔτε νοῦν ἔστε αἴσθησιν κεκτημένου, δῆλον που καὶ πρὸ λόγου, καὶ πολλοὶ καὶ ἐκφανεῖς πρὸ τούτου καταβεβλήκασι λόγοι. εἶτα πολλοὺς τοιούτοις ἀνελίξας λόγοις, ἐπήγαγε· Οὕτω δὴ ἐξ ἑνὸς νοῦ, καὶ τοῦ ἀπ' αὐτοῦ λόγου, ἀνέφη τόδε τὸ πᾶν καὶ διέφη. Ταῦτα δὲ καὶ σφόδρα ἐκ τῶν ἱερῶν λογίων συνέλεκτο· ἤκουσε γὰρ πάντως τῆς τῶν θείων εὐαγγελίων διδασκούσης θεολογίας, ὡς διὰ τοῦ λόγου πάντα ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν· παμπόλλοις γὰρ ἔτεσιν ὕστερός γε τῶν ἀποστόλων νεώτερος. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ, ὅτε Τιβερίου Καίσαρος τὸ σωτήριον ἤφατο κηρυγμάτων. Τιβέριον δὲ διεδέξατο Γάϊος, ἐκεῖνον δὲ Κλαύδιος· εἶτα Νέρων καὶ Οὐεσπασιανός, καὶ Τίτος καὶ Δομετιανός, καὶ Νέρβας καὶ Τραϊανός, καὶ Ἀδριανός, καὶ Ἀντωνῖνος ὁ πρῶτος, καὶ Βῆρος καὶ Κόμμοδος. ὅτε τούτου δὲ Ἀμμώνιος ὁ ὀπίκλιω Σακκᾶς, τοὺς σάκκους καταλιπὼν, οἷς μετέφερε τοὺς πυροὺς, τὸν φιλόσοφον ἠσπάσατο βίον. τούτῳ φοιτῆσαι φασὶ καὶ Ὠριγένη τὸν ἡμέτερον, καὶ Πλωτῖνον τουτονί. τῆς δὲ Πλωτίνου διδασκαλίας τετύχηκεν ὁ Πορφύριος. τὸν δὲ χρόνον οὐ πάνυ ἄλλως ἀδολεσχῶν ἐπεσημηνάμην, δῆλος ὡς οὐ μόνον τὰ τῶν Ἑβραίων σοφὸς, καθάπερ ὁ Πλάτων, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν ἁλιέων, καὶ τὰ τοῦ σκυτοτόμου παιδεύτεις, μεμάθηκεν ἐκεῖθεν ὡς ἐκ νοὸς, καὶ τοῦ ἀπ' αὐτοῦ λόγου, τὰ πάντα καὶ ξυνέφη καὶ διέφη, καὶ τὴν προσηκούσης τετύχηκεν ἁρμονίας. εἶτα τῶν ἀμαθαίνειν καὶ τῆς κτίσεως μέλει

A nihil posse mali contingere, neque Deum non curare huius negotia. Itaque verè mala non sunt, mors, pauperies, seruitus, ægritudo: sed vocantur quidem à stultis mala, benè autem vtentibus bona fiunt. Augeri autem hominum iniquitatem, quod non omnia credant prouidētia gubernari, Atticus Platonicus clara voce testatur: *Est itaq; res*, inquit, *ad iniquitatem paratissima prouidentiæ desperatio.* Plotinus quoque, (est autē & hic clarissimus inter eos qui de Philosophia scripserūt,) proœmium hoc suis de prouidentia

B libris præposuit: *Casui quidem ac fortunæ huius vniuersi causam compositionémque adscribere, quàm sit procul ab ratione, quámque hominis qui nec intellectu nec sensu præditus sit, manifestum planè est, vel si à me verbum non fiat: multíque ante hunc copiosíque sermones allati sunt, qui hoc ita esse ostenderent.* Tum multis huiusmodi explicatis rationibus, hæc subiunxit: *Ita igitur ex vna mente atque ex verbo quod ab ea prodiit, omne hoc emersit secretúmque est.* Hæc verò & Plotinus de sacris oraculis compilauit. Nempè audiuit prorsus diuinorum Euangeliorum Theologiam, docentem quòd

C per Verbum omnia facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Plurimis enim hic post Apostolos annis natus est. Illi enim Tiberio regnante salutarem prædicationem aggressi sunt. Tiberio autem successit Caius, huic verò Claudius, tum Nero, deinde Vespasianus, & Titus, & Domitianus, & Nerua, & Traianus, & Hadrianus, & Antoninus primus, & Verus, & Commodus. Hoc autem regnante, Ammonius cognomento Saccas, relictis saccis in quibus frumenta circumferebat, Philosophicæ

D vitæ se tradidit. Huius auditorem fuisse aiunt & Origenem nostrum, & Plotinum hunc. Plotini verò doctrinæ auditor fuit Porphyrius. Temporis porrò rationem non temerè garriens subduxi: sed vt ostendam Plotinum, non modò Hebræorum sicut Plato, sed piscatorum quoque ac sutoris doctrina imbutum, inde nimirùm didicisse, quòd ex mente Verbóque quod ab ea exiſtit, omnia & constituta & discreta sunt, congruentémque harmoniam consecuta. Post hæc quorumdam refellit insaniam, qui

quaſdam mundi particulas reprehendere conabantur, ſic loquens, *Totum enim quoddam fecit, perpulchrum ſibique ſufficiens, amicum ſibi ſuiſque partibus, tum principalioribus, tum minoribus, tanquam ipſi maximè congruentibus. Qui ergo à partibus totum accuſet, huius ſuæ accuſationis cauſa inſulſiſſimus eſt. Nam & partes conſiderare oportet ratione totius, vtrum ſint illi conſonæ ac conformes: & qui totum conſiderat, non ad minutiores quaſdam partes reſpicere debet. hoc enim non ſit mundum reprehendentis, ſed quædam illius ſeorſum capientis: vt ſi quis ex toto animali crinem inſpiciens, imóſve pedum vngues, totum hominem, prope diuinam viſionem non curet inſpicere, vel ſi omiſſis per Iouem cæteris animantibus, quod viliſſimum eſt accipiat, vel tota ſpecie, vt puta hominum, poſthabita, Therſitem, in medium adducat. Quando igitur quod factum eſt vniuerſus eſt mundus, qui hunc contemplabitur, dicentem fortaſſe audiet, Deus me fecit: & ego inde ſum factus ex animantibus cunctis perfectus, meipſo potens, mihique ſufficiens, & rei nullius indigus: quoniam in me ſunt omnia, & plantæ, & animantia, & generum omnium natura.* Quibus ſanè verbis aliud quoque furtum ſuum patefecit. Videtur enim mihi Dauidem audiiſſe dicentem, *Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum.* Paulò autem pòſt, oſtendit etiam rerum quæ factæ ſunt differentiam. Sic enim ait: *Alia quidem hoc tantummodo habere videntur quòd ſunt: alia verò etiam quòd viuunt: alia ſunt ſenſibus prædita: alia iam rationem, alia perfectiſſimam vitam habent. Neque enim ſunt æqualiter omnia ab inæqualibus exigenda. Nam digitorum non eſt videre, ſed oculorum: & digiti, opinor, aliud eſt, digito eſſe, & ea habere quæ illius ſunt.* Participes porrò ſolius Eſſe lapides dixit, & ea quæ lapidibus ſunt ſimilia: plantas verò etiam vitæ participes eſſe: ſenſúmque ſimul ac vitam obtinere brutas animantes: ratione autem præditum eſſe genus humanum: perfectiſſimam denique vitã habere naturam corporibus carentiũ. Poſt hæc autem adiungit: *Quòd ſi ab aqua ignis extinguitur, & ab igne alia corrumpuntur, ne mireris, cùm alius illa produxerit.* De virtute quoque ac vitio in eadem diſputatione ſic diſ-

Pſalm. 18.

A πειρωμένων, διελέγχει τὴν αὐθάδειαν, λέγων ὧδέ. Ὅλον γάρ τι ἐποίησε πάγκαλον καὶ αὐτάρκες, καὶ φίλον αὑτῷ καὶ τοῖς μέρεσι τοῖς αὑτοῦ, τοῖς τε κυριωτέροις καὶ τοῖς ἐλαττόσιν, ὡς αὐτῷ προσφόρους. ὁ τοίνυν ἐκ τῶν μερῶν τὸ ὅλον αἰτιώμενος, ἄτοπος αὐτῆς τῆς αἰτίας. Χρὴ τε γὰρ μέρη πρὸς αὐτὸ τὸ ὅλον δεῖ σκοπεῖν, εἰ σύμφωνα καὶ ἁρμόττοντα ἐκείνῳ· τό τε ὅλον σκοπούμενον, μὴ πρὸς μέρη ἄττα σμικρὰ βλέπειν· τοῦτο γάρ, οὐ τὸν κόσμον αἰτιωμένου, ἀλλά τινα τῶν αὐτοῦ χρείας λαβόντος· οἷονεὶ B πρωτὸς ζώου τείχα, ἢ τῶν χαμαὶ δακτύλων, ἀμβλήσας τὸν πρώτα ἀνθρώπου, δαιμονίῳ τινὰ ὄψιν βλέπειν· ἢ, μὴ Δία, τὰ ἄλλα ζῶα ἀφείς, τὸ ἀτελέστατον λαβόντα· ἢ ὅλον τὸ γένος παρεὶς, οἷ ἀνθρώπου, Θερσίτην εἰς μέσον ἄγοι. ἐπεὶ οὖν τὸ γενόμενον ὁ κόσμος ἐστὶν ὁ ξύμπας, ὁ τοῦτον θεωρῶν, τάχα μὲν ἀκούσαι πρὸς αὐτοῦ, ὡς ἐμὲ πεποίηκεν ὁ θεός· κἀγὼ ἐκεῖθεν ἐγενόμην τέλειος ἐκ πάντων ζώων, καὶ ἱκανὸς ἐμαυτῷ καὶ αὐτάρκης, οὐδενὸς δεόμενος· ὅτι πάντα ἐν ἐμοί, καὶ τὰ φυτά, καὶ τὰ ζῶα, καὶ ξυμπάντων τῶν γε- C νῶν ἡ φύσις. Ἀφ' δὲ τούτων δεδήλωκεν ἑτέραν κλοπήν, ἣν συλήκεν. ἀκηκοέναι γάρ μοι δοκεῖ τοῦ θεσπεσίου Δαβὶδ, λέγοντος, Οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν θεοῦ· ποίησιν δὲ χειρῶν αὐτοῦ, ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα. καὶ μετ' ὀλίγα γ', δείκνυσι τὸ τῶν γενητῶν διαφέρον, καὶ φησί· Τὰ μὲν, τῷ εἶναι μετέχειν δοκεῖ μόνον· τὰ δὲ, τῷ ζῆν· τὰ δὲ, μᾶλλον ἐν τῷ αἰσθάνεσθαι· τὰ δὲ, ἤδη λόγου ἔχει. Τὰ δὲ, πᾶσαν ζωὴν· οὐδὲ γὰρ τὰ ἴσα ἀπαιτεῖν δεῖ τοὺς μὴ ἴσους· οὐδὲ γὰρ δακτύλων τὸ βλέπειν, ἀλλ' ὀφθαλμῶν τοῦτο· δακτύλου δὲ ἄλλο εἶ- D μαι, τὸ εἶναι δακτύλῳ, καὶ τὸ αὐτὸ ἔχειν. μετέχειν δὲ τοῦ εἶναι μόνον τοὺς λίθους ἔφη, καὶ τὰ προσόμοια τούτοις. Τὰ δὲ φυτὰ μεταλαχεῖν καὶ τοῦ ζῆν· αἰσθήσεως δὲ ἔχειν μὴ τοῦ ζῆν τὰ ἄλογα εἴρηκε· λόγου δὲ μετειληχέναι τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος· τελείαν δὲ ζωὴν ἔχειν τῶν ἀσωμάτων τὴν φύσιν. τούτοις δ' ἐπήγαγε· Πῦρ μὲν εἰ κατὰ ὕδατος σβέννυται, καὶ ἕτερα εἰ κατὰ πυρὸς διαφθείρεται, μὴ θαυμάσῃς· καὶ γὰρ εἷς ὁ τοῦτο ἄλλος αὐτὰ ἤγαγε. καὶ ἀρετῆς δὲ πέρι καὶ κακίας ἐν αὐτῇ διαλέξῃ τοιαῦτα

di opificio, & ſuo in eum dominatu manifeſtè oſtenſis, quod ironicè dixerat temperauit, dicens: *Numquid manducabo carnes taurorum, aut ſanguinem hircorum potabo?* Cúmque oſtendiſſet ſuperflua penitùs eſſe ſacrificia, Deóque indigna, nouum quemdam ſubiicit ſacrificij modum, quod aram cruore non inficiat, ſed lingua labiiſque peragatur: *Immola*, inquit, *Deo ſacrificium laudis, & redde Altiſſimo vota tua.* Itémque: *Inuoca me in die tribulationis tuæ, & eruam te, & glorificabis me.* Sufficit enim illi rationabilis congruáque oratio, ſuper omnes greges ouium & caprarum, ſupráque omnia boum armenta: & hanc accipiens, offerentibus rependit, opem ferens, & in tempore adiuuans, liberánſque à nocere conantibus. Hoc verò ipſum in fine melodiæ addidit: *Sacrificium laudis glorificabit me, & illic iter quo oſtendam illis ſalutare Dei.* Neque enim ſatis eſt Deum ſolis laudibus venerari, ſed viam illam incedere oportet cuius finis vera eſt ſalus. Quod in alio quoque Pſalmo Deum alloquens Propheta dixit, *Sacrificium & oblationem noluiſti, aures autem perfeciſti mihi. Holocauſta & pro peccato non poſtulaſti.* Iterùm alibi: *Laudabo enim*, inquit, *nomen Dei mei cum cantico: magnificabo eum in laude: & placebit Deo ſuper vitulum nouellum cornua producentem & vngulas.* Ne quis autem opinetur hæc ſolum Dauid ſcripſiſſe, audite, viri, qualia rurſus per Eſaiam Deus ipſe locutus eſt: *Quo mihi multitudinem victimarum veſtrarum? dicit Dominus. Plenus ſum, holocauſta arietum, & adipem agnorum, & ſanguinem taurorum aut hircorum nolo. Neque veniatis in conſpectum meum. Quis enim exquiſiuit hæc de manibus veſtris?* Apertè autem his verbis oſtendit, nequaquam hæc vt neceſſaria præcepiſſe, ſed vt ſe ad eorum imbecillitatem accommodaret. hoc enim illa ſignificant: *Quis exquiſiuit hæc de manibus veſtris?* Tum addidit, *Non adiicietis ambulare in atrio meo. Si enim offeratis mihi ſimilaginem, fruſtrà: thymiama abominatio mihi eſt. Neomenias veſtras, & ſabbata, & diem magnum non fero. Ieiunium, & vacationem, & feſtiuitates veſtras odit anima mea. Facti eſtis mihi in ſatietatem.* Sunt au-

A γάλμ. ἐπὶ τῆ δεκαοκτάτῃ σαφῶς ὑπεδείξας, σκῶμμα εἰρωνικῶς ῥηθὲν ἐθεράπευσεν, εἰπών. Μὴ φάγωμαι κρέα ταύρων, ἢ αἷμα τράγων πίωμαι; καὶ μετὰ πολλῶν ἑτέρων δείξας τὰ θύματα, ἐπὶ τῆς θείας μάλιστα φύσεως, καινὸν ἵνα θυσίας ἐπινοήσῃ τρόπον, οὐ βωμὸν αἱματούσης, ἀλλὰ γλώττῃ καὶ χείλεσι τελουμένης. Θῦσον γάρ, ἔφη, τῷ θεῷ θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἀπόδος τῷ ὑψίστῳ τὰς εὐχάς σου. καὶ, ἐπικάλεσαί με ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς σου· καὶ ἐξελοῦμαί σε, καὶ δοξάσεις με. ἀρκεῖ γὰρ αὐτῷ λόγος εὐλογήσαντι καὶ προ-
B σφορᾶς, ὑπὲρ πάντα τὰ ποίμνια, καὶ αἰπόλια, καὶ βουκόλια· καὶ τοῦτον δεχόμενος, ἀμείβεται τοὺς προσφέροντας, ἐπικουρίαν ὀρέγων, καὶ εἰς καιρὸν ἐπαμυνῶν, καὶ τοὺς λοιδοροῦντας πειρωμένους ἐλθεῖν. Ταῦτὸ δὴ τοῦτο καὶ τῷ τέλει τῆς μελῳδίας προσέθηκε· Θυσία αἰνέσεως δοξάσει με· καὶ ἐκεῖ ὁδὸς ᾗ δείξω αὐτῷ τὸ σωτήριον τοῦ θεοῦ. οὐ γὰρ ἀπόχρη τὸ μόνον τὸν δημιουργὸν ὑμνεῖν· προσήκει γὰρ καὶ τὴν ὁδὸν ἐκείνην ὁδεύειν, ἧς τέλος ἀληθὴς σωτηρία. τοῦτο καὶ ἐν ἑτέρῳ ψαλμῷ πρὸς τὸν θεὸν εἶπεν ὁ προφήτης· Θυσίαν γὰρ, ἔφη, καὶ προσφορὰν οὐκ ἐθέλησας, σῶ-
39. 7. C μα δὲ κατηρτίσω μοι· ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ ἐζήτησας. καὶ ἐν ἄλλῃ δὲ μελῳδίᾳ τοῦτο προδεδήλωκεν· Αἰνέσω γάρ, εἶπε, τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ μετ' ᾠδῆς· μεγαλυνῶ αὐτὸν ἐν
68. 32. αἰνέσει· καὶ ἀρέσει τῷ θεῷ ὑπὲρ μόσχον νέον, κέρατα ἐκφέροντα καὶ ὁπλάς. ὡς ἂν δέ τις ὑποπτεύσῃ ταῦτα μόνον τὸν Δαβὶδ λεγεφέναι, ἀκούσατε ὦ ἄνδρες, ὁποῖα καὶ δι' ἑτέρου τοῦ Ησαΐου
1. 11. φωνῆς αὐτὸς πάλιν εἴρηκεν ὁ θεός· αὐτὸς γὰρ δὴ ταῦτα ῥήματα· Τί μοι πλῆθος τῶν θυσιῶν ὑμῶν; λέγει κύριος. πλήρης εἰμὶ ὁλοκαυτωμάτων κριῶν, καὶ στέαρ ἀρνῶν, καὶ αἷμα ταύρων ἢ τράγων
D οὐ βούλομαι. ὅταν ἔρχησθε ὀφθῆναί μοι. τίς γὰρ ἐξεζήτησε ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν; αὐτάρκης δὲ διὰ τούτων δεδήλωκεν, ὡς οὐκ αἰσχρῶς ταῦτα νενομοθέτηκεν, ἀλλὰ τῇ ἐκείνων ξυγκαταβάσει ἀφειείᾳ. τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ, Τίς ἐξεζήτησε ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν; εἶτα ἐπήγαγε· Παύσασθε τοῦ λοιποῦ προσφέρειν μοι σεμίδαλιν, μάταιον θυμίαμα, βδέλυγμά μοί ἐστι. Τὰς νουμηνίας ὑμῶν καὶ τὰ σάββατα, καὶ ἡμέραν μεγάλην, οὐκ ἀνέχομαι· νηστείαν, καὶ ἀργίαν, καὶ τὰς ἑορτὰς ὑμῶν μισεῖ ἡ ψυχή μου. ἐγλυκάνθητέ μοι εἰς πλησμονήν. ἀτεχνῶς

ὃ ταῦτα τῇ Δαυιδικῇ ἔοικε μελῳδίᾳ· καθάπαξ γὰρ ὡς ἁπλοῦς, οὐ μόνον τοὺς ταύρους καὶ τοὺς τράγους ἐξέβαλεν, ἀλλὰ καὶ τὴν σεμίδαλιν, καὶ τὴν ἁρωμάτων τὴν εὐοσμίαν, καὶ τὴν μεγάλων πανηγύρεων τὴν καταλογήν. ὥσπερ γὰρ ὁ λέγει Δαυὶδ ἀπαγορεύσας τὰς τοιαύτας ἱερουργίας, τὴν τῆς αἰνέσεως θυσίαν προσφέρειν ἐκέλευσεν· οὕτω καὶ ἐνταῦθα πάντων ἕκαστον ἐκβαλὼν, τὸ τῆς ἀφθαρσίας αὐτοῖς καὶ παλιγγενεσίας ἐπιδείκνυσι βάπτισμα, καὶ φησί· Λούσασθε, καθαροὶ γένεσθε· καὶ ἵνα μὴ νομίσωσι περιττεταλέναι αὐτὸν τοῖς περιῤῥαντηρίοις τοῖς συνήθεσι χρήσασθαι, ἀναγκαίως προσέθηκεν· Ἀφέλεσθε τὰς πονηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν μου. τοῦτο γὰρ σαφῶς τοῦ τοῦ πνευματίου βαπτίσματος αἰνίττεται δωρεάν. καὶ τῶν μέσων ὃ τῆς προφητείας πάλιν ὁ τῶν προφητῶν θεὸς λέγει διὰ προφήτου φησίν· Οὐ νῦν ἐκλέξασθε, Ἰακὼβ, καὶ κοπιάσας σε ἐποίησα Ἰσραήλ, οὐκ ἠνέγκας μοι πρόβατα τῆς ὁλοκαρπώσεώς σου, οὐδὲ ἐν ταῖς θυσίαις σου ἐδόξασάς με· οὐκ ἐδούλευσάς μοι ἐν δώροις, οὐδὲ ἐκοπίασά σε ἐν λιβανωτῷ. οὐδὲ ἐκτήσω μοι ἀργυρίου θυμίαμα, οὐδὲ στέαρ τῶν θυσιῶν σου ἐπεθύμησα· ἀλλ' ἐν ταῖς ἁμαρτίαις σου, καὶ ἐν ταῖς ἀδικίαις σου προέσην σοι. οὕτω πάλιν δείξας μάτην τὰ νομικῆς ἱερουργίας τὰ εἴδη, ὑπισχνεῖται τὴν ἀμαρτημάτων τὴν ἄφεσιν· ἣν δὴ τὸ πνευματίου βαπτίσματος ἐδωρήσατο· Ἐγώ εἰμι ὁ ἐξαλείφων τὰς ἀνομίας σου ἕνεκεν ἐμοῦ, καὶ τὰς ἁμαρτίας σου οὐ μὴ μνησθήσομαι. οὐ γὰρ δὴ δι' ἔργων ἀξιεπαίνων, ἀλλὰ δι' μόνης πίστεως τῆς μυστικῆς τετυχήκαμεν ἀγαθῶν. ὡς τοι καὶ ὁ θεῖος ἀπόστολος κέκραγε· Χάριτι ἐστὲ σεσωσμένοι, καὶ τοῦτο οὐκ ἐξ ὑμῶν· θεοῦ τὸ δῶρον· ἵνα μή τις καυχήσηται. τοῦτο καὶ αὖθις δηλοῖ, ὅτι, ἕνεκεν ἐμοῦ, τέθηκε. ταῦτα δὲ διὰ Ἱερεμίου διεμαρτύρατο, λέγων· Τὰ ὁλοκαυτώματα ὑμῶν σωματίζετε μετὰ τῶν θυσιῶν ὑμῶν, καὶ φάγεσθε κρέας· ὅτι οὐκ ἐλάλησα πρὸς τοὺς πατέρας ὑμῶν, οὐδὲ ἐνετειλάμην αὐτοῖς ἐν ἡμέρᾳ ᾗ ἀνήγαγον αὐτοὺς ἐξ Αἰγύπτου, περὶ ὁλοκαυτωμάτων καὶ θυσίας. ἀλλὰ δὴ περὶ τούτων ἐν ᾧ νόμῳ προσετέταχτο, τὰ ἐκείνων ἦν ἀσθενείας, οὐ τῆς αὐτοῦ χρείας τε καὶ βουλήσεως. ταῦτα δὲ ἑτέρωθι λέγει· Τὰ ὁλοκαυτώματα ὑμῶν, οὐκ ἔστι δεκτά. καὶ αἱ θυσίαι ὑμῶν οὐχ ἥδυναί με. καὶ αὖ πάλιν βοᾷ· Ἀπόστησον ἀπ' ἐμοῦ ἦχον ᾠδῶν σου, καὶ φωνὴν ὀργάνων σου οὐκ ἀκούσομαι. καὶ ἄλλα ὅ πάμπολλα τοιαῦτα ἔστιν εὑρεῖν, δηλοῦντα σαφῶς, ὡς οὐδόμενος θυσιῶν ὁ θεὸς, οὐδὲ καπνῷ καὶ κνίσῃ

A tem hæc Dauidicæ melodiæ perſimilia. Pari enim modo hîc quoque, non ſolùm tauros, hircos, agnóſque reiecit, ſed etiam ſimilaginem, & ſuauem aromatum odorem, & magnarum ſolemnitatum catalogum. Sicut enim per os Dauidis, ſublatis huiuſmodi ſacrificiis, ſacrificium laudis offerri iuſſit: ita & hoc loco cuncta hæc eliminans, incorruptionis baptiſma regenerationiſque proponit dicens, *Lauamini, mundi eſtote.* Ne quis autem putaret de conſuetis lotionibus illum præ- Ibid. 16.
B cepiſſe, neceſſariò addidit, *Auferte mala ab animabus veſtris, à conſpectu oculorum meorum.* quæ verba manifeſtè baptiſmatis ſancti donum ſignificant. Et in medio rurſus Prophetiæ Deus Prophetæ per Prophetam ait, *Non te vocaui nunc Iacob, neque labo-* Eſa. 43. 22.
rare te feci Iſrael. Non tuliſti mihi pecudes oblationis, neque in ſacrificiis tuis glorificaſti me. Non ſeruiuiſti mihi in muneribus, neque laborioſum te feci in thure. Neque comparaſti mihi argento thymiama, neque adipem victimarum tuarum concupiui: ſed in peccatis tuis, &
C *in iniuſtitiis tuis protexi te.* Ita rurſus legales victimas inutiles eſſe oſtendens, peccatorum veniam, quæ per ſanctum baptiſma mortalibus data eſt, pollicetur. Ait enim: *Ego ſum qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum* Ibid. 25.
tuorum non recordabor. Neque enim vllis operibus noſtris, ſed per ſolam fidem myſtica bona conſequuti ſumus. Hinc & Apoſtolus exclamat, *Gratia ſalui facti eſtis, & hoc non ex vo-* Epheſ. 2. 8.
bis. Dei eſt donum, ne quis glorietur. id ipſum hoc loco ſignificans, *propter me*, poſuit. Hæc & per Hieremiam teſtatur: *Holocauſta veſtra congregate cum* Hier. 7. 21.
D *ſacrificiis veſtris: quoniam non ſum loquutus ad patres veſtros: neque in die qua eduxi vos de Aegypto, præcepi eis de holocauſtis & ſacrificio.* Quod igitur de his rebus in lege præceperat, illorum infirmitatis fuit, non indigentiæ ipſius aut voluntatis. Hæc & alibi dicit: *Holocauſta veſtra non ſunt* Hier. 6. 20.
accepta, neque veſtra me ſacrificia oblectarunt. Et rurſus: *Elonga à me* Amos. 5. 23.
ſonum canticorum tuorum, & vocem organorum tuorum non audiam. Alia quoque plurima hoc genus inuenire eſt, quæ declarant Deum nec ſacrificiis eguiſſe, nec fumo vel nidore carnis

muſiciſve inſtrumentis oblectatum, ea fieri iuſſiſſe, ſed vt illorum infirmitati conſuleret. Ne itaque vos pro accuſatione veſtrorum ſacrificiorum hanc defenſionem habere putetis, quòd accuſationi accuſationem, & exemplo exemplum opponitis. Quæ enim latæ legis mens fuerit, ipſe qui legem tulit, per Prophetas Deus oſtendit. Quæ cùm diligenter Porphyrius perlegiſſet, (plurimum namque temporis in eis contriuit, dum ſua in Chriſtianos volumina meditatur,) aliena is quoque à vera pietate ſacrificia eſſe oſtendit. Qua in re contigiſſe illi videtur, quod contingere ſimiis ſolet. Sicut enim illi humanos quidem geſtus imitantur, in humanam tamen naturam non tranſeunt, ſed ſimij permanent: ita & hic, è ſacris litteris ſuffuratus, & nonnullis inde ſententiis in ſua monumenta tranſlatis, veritatem perdiſcere noluit, ſed ſimius permanſit, vel graculus potiùs alienis plumis excultus. Hic cùm de abſtinentia ab animatis libros aliquot ſcriberet, Theophraſtum induxit dicentem priſcos homines neque thus, neque vllas victimas ſolitos offerre, ſed pauxillum fœni, tanquam genitabilis naturæ lanuginem, manibus altè ſublatum, flammis imponere, & hoc ſacrificio apparentes cæleſtes Deos excepiſſe. Tum plurima in hanc ſententiam perſequutus, *Cùm autem ſacrorum*, inquit, *primitiæ ad multam iniquitatem hominibus proceſſiſſent, exſecrabilis paulatim vſus victimarum inductus eſt, crudelitatis pleniſſimus: ita vt quæ olim contra nos imprecationes ſuſceptæ ſunt, nunc videantur euentum conſecutæ, mactantibus hominibus, & aras Deorum cruore conſpergentibus.* Tum & poſt alia plurima, *Deos* dicit *nullo pacto habendos eos eſſe, qui animalium victimis gaudeant. eſſe enim iniuſtum, impium, ac ſceleſtum ſacrificare animalia: ideóque nec Diis gratum eſſe.* Addit inſuper, *Meritò Theophraſtus animata immolare eos prohibet, qui veram pietatem colere ſtudeant, multis eiuſmodi vtens rationibus.* Deinde oſtendit quænam immolari conueniat. *Ea*, inquit, *decet immolari, quibus immolandis neminem leſerimus. Nihil enim æquè omnibus innoxium eſſe debet ac ſacrificium.* Rur-

Α καὶ τοῖς μουσικοῖς ὀργάνοις ὑπιτερπόμενος, ταῦτα τελεῖσθαι προσέταξεν, ἀλλὰ τῆς ἐκείνων προμηθούμενος ἰατρείας. μὴ τοίνυν τῆς τῶν ὑμετέρων θυμάτων κατηγορίας ἀπολογίαν τὴν δυτικατηγορίαν ἔχειν νομίζητε. δῆλον γάρ τοι τὸν τοῦ νόμου σκοπὸν διὰ τῶν προφητῶν ὁ νομοθέτης πεποίηκε. τούτοις ἀκριβῶς ἐντυχὼν ὁ Πορφύριος· μάλα γὰρ αὐτοῖς ἐνδιέτριψε, τὴν καθ' ἡμῶν τυραννίδα γραφῶν, ἀλλότριον δυσέβειας καὶ αὐτὸς ἀποφαίνῃ τὸ θύειν· παραπλήσιόν τι τοῖς πίθηκοις

Β καὶ δρᾶν καὶ πάσχων. καθάπερ γὰρ ἐκεῖνοι μιμοῦνται μὲν τὰ τῶν ἀνθρώπων ὑπιτηδεύματα, εἰς δὲ γε τὴν τῶν ἀνθρώπων οὐ μεταβάλλονται φύσιν, ἀλλὰ μένουσι πίθηκοι. οὕτως οὗτος, τὰ θεῖα λόγια κεκλοφὼς, καὶ ὀνίων τὴν δέρριναν τοῖς ξυγγράμμασιν ἐντεθηκὼς τοῖς οἰκείοις, μεταμαθεῖν οὐκ ἠθέλησε τὴν ἀλήθειαν, ἀλλὰ μεμένηκε πίθηκος, μᾶλλον δὲ κολοιὸς, ἀλλοτρίοις πτίλοις καλλωπόμενος. ὅτε γοῦν περὶ τοῦ δεῖν ἐμψύχων ἀπέχεσθαι πολλοὺς λόγους ξυγγεγραφὼς, εἰσήγαγε τὸν Θεόφραστον λέγοντα, ὅτι οἱ πάλαι ἄνθρωποι, οὔ

C τε λιβανωτὸν, οὔτε ἄλλο θῦμα προσέφερον· ἀλλὰ χλόης οἷόν τινα τῆς γονίμου φύσεως χοῦν ταῖς χερσὶν ἀρθέντες κατέχαιον, ταύτῃ τοὺς φαινομένους ἐρημίους θεοὺς δεξιούμενοι τῇ θυσίᾳ. εἶτα πολλὰ τοιαῦτα ἄττα διεξελθὼν, ἐπήγαγε· Πόρρω δὲ τῶν περὶ τὰς θυσίας ἀπεχῶν τοῖς ἀνθρώποις προϊούσων ἀνομίας, καὶ τῶν δυνατῶν θυμάτων ἀφαίρεσις ἐπεφήμισται, ὠμότητος πλήρης· ὡς δοκεῖν τὰς πρότερον λεχθείσας καθ' ἡμῶν φράς, νῦν τέλος εἰληφέναι, σφαξάντων τῶν ἀνθρώπων, καὶ τοῖς βωμοῖς αἱμαξάντων. εἶτα πολλοῖς λόγοις διεξελθὼν, ἔφη

D μὴ χρῆναι θεοῖς ἐπολαμβάνειν τοὺς τῶν ἀφ' ζώων θυσίαις χαίρειν. εἰ γὰρ ἀδικώτατον τὸ ζωοθυτεῖν, καὶ ἀνόσιον, καὶ μυσαρὸν, καὶ βλασφεμεῖν, καὶ ἀφ' τοῦτο μηδὲ θεοῖς προσφιλές. προσέθηκε δὲ καὶ ταῦτα· Εἰκότως ὁ Θεόφραστος ἀπαγορεύει τὸ θύειν τὰ ἔμψυχα τοῖς τῷ ὄντι εὐσεβεῖν ἐθέλουσιν, χρώμενος καὶ τοιαύταις ἄλλαις αἰτίαις. εἶτα δείκνυσι ἅτινα θύειν προσήκει, καὶ φησί· καὶ μόνα θύειν δεῖ ἐκεῖνα, ἃ θύοντες σῶμα πημανοῦμεν. σῶμα γὰρ ὡς τὸ θύειν ἀβλαβὲς εἶναι χρὴ πᾶσι. καὶ αὖ πάλιν.

λιν. Ἀφεκτέον ἄρα τῶν ζώων ἐν ταῖς θυσίαις. ἀναμιμνήσκῃ ὁ λόγος τῶν πάλαι πολεμηθέντων αὐτοῖς ἀνθρωποκτονιῶν. Ἐθύετο γάρ, φησὶν, ἐν Ῥόδῳ μηνὶ Μεταγειτνιῶνι, ἕκτῃ ἱσταμένου, ἄνθρωπος ὑπὲρ Κρόνου. ὁ δὲ ὑπὸ πολὺ κρατήσας, εἰς ἔθος μετεβλήθη. ἕνα γὰρ τῶν ὑπὸ θανάτου δημοσίᾳ καταχριθέντων μέχρι τῶν Κρονίων σωτηρίαν. Εἶτα λέγει ὡς ἐν Σαλαμῖνι τῇ Κύπρου, ἄνθρωπος ἐθύετο τῇ Ἀγραύλῳ τῇ Κέκροπος· καὶ ἐν Ἡλιουπόλει τῆς Αἰγύπτου, ἄνθρωποι κατεσφάζοντο τρεῖς καθ' ἑκάστην ἡμέραν. Ἐν Λακεδαιμονίοις ὃ φασὶ τῷ Ἄρει θύειν ἄνθρωπον· ἐν Λαοδικείᾳ δὲ τῆς Συρίας, ἐν Καρχηδόνι τῆς Λιβύης, τοιαύτας πάλαι θυσίας προσενεχθῆναι. ἐν τοῖς Ἕλλησιν εἰς πόλεμον ἐξιόντας ἀνθρωποθυτεῖν. καὶ ἄλλα δὲ πάμπολλα τοιαῦτα διέξεισι. καὶ Φίλων δέ γε ὁ ἱστοριογράφος φησὶν, Ἀριστομένη τὸν Μεσσήνιον τῷ Ἰθωμήτῃ Διὶ τριακοσίους ἀποσφάξαι. ἐν ὁ Πλούταρχος ὃ ξυνῳδὰ τούτοις ἱστόρησε. καὶ ἕτεροι ξυνεγράψαντο πολλὰ τοιαῦτα ξυνέγραμμα· καὶ τραγῳδοποιοὶ τοιάδε ξυμφορὰς ἐτραγῴδησαν, Μενοικέως μὲν ἐν Θήβαις, Κόδρου δὲ ἐν Ἀθήναις, καὶ τῶν Λεωκορίων. καὶ ῥᾴδιον ἐντυχεῖν τῷ βουλομένῳ ταῖς παλαιαῖς ἱστορίαις, καὶ γνῶναι ὡς τῶν καλουμένων θεῶν ταῦτα κελευόντων ἐθύετο. ὁ δέγε ποιητὴς καὶ δεισιδαιμονίαν τοιαύτην θρησκείαν κατηγορεῖ· ἐν ᾄσματι Δαυὶδ μὲν βοᾷ· Καὶ ἔθυσαν τοὺς υἱοὺς αὐτῶν καὶ τὰς θυγατέρας αὐτῶν τοῖς δαιμονίοις· καὶ ἐξέχεαν αἷμα ἄθῷον, αἷμα υἱῶν αὐτῶν καὶ θυγατέρων, ὧν ἔθυσαν τοῖς γλυπτοῖς Χαναάν. Ἀλλὰ ὁ τῶν προφήτου Ἰεζεκιὴλ πάλιν ὑπεμεμφόμενος λέγει· Καὶ ἔλαβες τοὺς υἱούς σου καὶ τὰς θυγατέρας σου ἃς ἐγέννησάς μοι, καὶ προσήγαγες αὐτοὺς τοῖς ἐρασταῖς σου. τοῦτο ἦν πᾶσαν τὴν πορνείαν σου. ταῦτα μὲν οὖν πάλαι παρ' Ἕλλησιν, καὶ Ῥωμαίοις, καὶ Αἰγυπτίοις, καὶ μυθικοὶ καὶ Ἑβραίων, καὶ τῶν ἄλλων ἐτολμῶντο βαρβάρων. μετὰ δὲ τὴν τοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν ὑπεφάνειαν, ἐκεῖνα μὲν ἔσβεσται ἅπαντα, οἱ δὲ θεῖοι τῶν Εὐαγγελίων πολιτεύονται νόμοι. ἐκείνας τραγῳδῶν τὰς μιαφονίας Σοφοκλῆς ὁ Ἀθηναῖος, ἄριστα μὲν ἐθεολόγησεν, ἄγαν δὲ σοφῶς ἐκωμῴδησε τὰ τῶν δαιμονίων ἀγάλματα, καὶ τῶν θυσιῶν τὰς ἀνομους σφαγάς· λέγει δὲ οὕτως·

A sùsque: *Abstinendum est itaque animalibus in sacrificiis.* Reuocat præterea in memoriam antiquas hominum cædes: *Mactabatur*, inquit, *die sexta Metagitnionis homo apud Rhodios in honorem Saturni: quòd cùm diu seruatum fuisset, in consuetudinem abiit. Vnum enim ex iis qui capitis damnati essent, ad Saturnalia vsque asseruabant.* Tum & apud Cypriam Salamina immolari ait solitum hominẽ Agraulo Cecropis filiæ: tres itẽ homines apud Ægyptiam Heliopolin singulis diebus mactari: quin & Lacedęmonios immolare hominẽ Marti, & in Laodicea Syriæ Libyæque Carthagine, similes olim victimas offerri solitas. Ipsos etiam Græcos, cùm ad bella procederẽt, hominem immolasse: aliáque id genus permulta narrat. Scribit & Philo Historicus, Aristomenem Messenium trecentos homines Ioui Ithometæ mactasse. Plutarchus quoque consona his testatur, aliique complures Historici talia memoriæ prodiderunt: quin & Tragici Poëtæ huiusmodi cædes decantarunt, Menœcei apud Thebanos, Codri ac Lei filiarũ Athenis. Facile autem est volenti, veteres historias euoluere, exiisq; cognoscere, hæc Deorum quos vocabant iussu immolata fuisse. At mundi Conditor ac Dominus hanc iniquitatem vbique detestatur, ac per os quidem Dauidicum exclamat, *Et sacrificarunt filios suos & filias suas dæmoniis, & effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum & filiarum suarum, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaan.* Per Ezechielem verò rursus conquerens ait, *Et accepisti filios tuos & filias, quas genuisti mihi, & adduxisti eos amatoribus tuis: hoc super omnem fornicationem tuam.* Hæc itaque passim olim Græci, Romani, Ægyptij, Hebræi, gentésque aliæ perpetrabant. Post Dei verò seruatoris nostri aduentum, illa quidẽ prorsus extincta sunt omnia, & diuinæ Euãgeliorum leges vigent. Cruentas illas cædes tragicè describens Sophocles Athenienſis, optimè de Deo loquutus est, scitéque admodum infectatus Dæmonum simulacra, & iniustas victimarum mactationes. Sic autem ait,

Psal. 105. 37.

Ezech. 16. 20.

Vnus profectò solus est, vnus Deus,
Qui machinam cæli solíque condidit,
Pontíque fluctus, & sonora flumina.
Sed nos sopore corde mortales vagi,
Statuimus hoc solatium mentis leue,
Simulacra diuûm ex ære, nitido aut marmore,
Elephantinóve ex ebore, aut fulgido.
Eisque sacra facimus & festos dies,
His dedicantes, esse dicimus pios.

Quare non soli nos, sed vestri quoque Poëtæ, & Historici, ac Philosophi, hæc deridentque diuina existimatis. Ego autem puto & Socratē Sophronisci, immolari gallum iussisse, vt illatum crimē refelleret: quippè quem Anytus ac Melitus, vt Deos negantem detulerant. Quòd enim Deum sciret re nulla indigere, apertè aliis in locis declarauit. Nam & eius quoq; ista sunt, siquidem illius dogmata Plato litteris mandauit: *Nullius enim necessitatis suæ causa, Deus mundū fecit, vt honores videlicet ab hominibus, & à diis aliis ac dæmonibus referret, quasi prouentū quemdam pro rerū generatione percipiens, à nobis quidē vapores, à diis verò ac dæmonibus propria cuiusque ministeria.* Manifestè autem his verbis ostendit, nullius quidem rei Deum indigum esse, nihilque habere huiusmodi hostias præter fumum, ac fumum tetro odore plenum. His igitur & à præceptoribus quoque vestris edocti, & ex sacris monumentis, vnde illi plurima compilarunt, doctrinam confirmantes, cauponibus laniisque conuenientia sacrificia detestamini, sacrificium verò laudis creatori Deo offerte. Vobis verò vt ita faciatis persuadeant, non principum leges, neque suppliciorum metus, sed veritatis potentia, quæ iam maris ac terræ incolis omnibus est notissima.

Εἷς τοῖς ἀληθείαισιν εἷς ἔστιν ὁ θεός,
Ὃς οὐρανόν τ' ἔτευξε, καὶ γαῖαν μακρὴν,
Πόντου τε χθρωπὸν οἶδμα, καὶ νέμων βίας,
Θνητοὶ δὲ πολλοὶ καρδίαν πλανώμενοι,
Ἱδρυσάμεθα πνημάτων ἄψυχον,
Θεὸν ἀγάλματ' ἐκ λίθων, ἢ χαλκέων,
Ἢ χρυσοτεύκτων, ἢ ἐλεφαντίνων τύπους·
Θυσίας τε τούτοις καὶ καλὰς πανηγύρεις
Στέφοντες, οὕτως εὐσεβεῖν νομίζομεν.

τοιγάρτοι οὐ μόνον ἡμεῖς, ἀλλὰ καὶ οἱ ὑμέτεροι, καὶ ποιηταὶ, καὶ ξυγγραφεῖς, καὶ φιλόσοφοι, ταῦτα γελῶσιν, ἃ θεῖα νομίζετε. ἐγὼ δὲ οἶμαι καὶ Σωκράτην τὸν Σωφρονίσκου, τὸν ἀλεκτρυόνα θῦσαι κελεῦσαι, ἵνα τὴν κατ' αὐτοῦ γεγενημένην διελέγξῃ γραφήν. ἐγράφατο γὰρ αὐτὸν Ἄνυτός τε καὶ Μέλιτος, ὡς εἰς θεοὺς οὐ νομίζοντα. ὅτι γὰρ ἀνενδεὴς ὂν θεῖον ἥπίσατο, σαφῶς ἐν ἑτέροις δεδήλωκεν. αὐτοῦ γὰρ δὴ καὶ ταῦτα, εἴτ' οὖν δὴ ἄρα ὁ Πλάτων τὰ ἐκείνου ξυνέγραψε δόγματα· Οὐ γὰρ χρείας ἕνεκεν ὁ θεὸς ἐποίησε τὸν κόσμον, ἵνα ὑμᾶς τε παρὰ ἀνθρώπων, καὶ παρὰ θεῶν ἄλλων καὶ δαιμόνων καρπῶται, εἰς παρόδον ἴνα ἀπὸ τῆς ὑλαίστεως ἀχνύμενος· παρὰ μὲν ἡμῶν, καπνούς· παρὰ δὲ θεῶν καὶ δαιμόνων, οἰκείας λειτουργίας. αὐτήκοος δὲ ἀφ' ἑαυτῶν δεδήλωκεν, ὡς οὐδενὸς μὲν δεῖται θεῖον, καπνοῦ δὲ πλέον οὐδὲν ἔχουσιν αἱ τοιαῦται θυσίαι, καὶ καπνοῦ δυσοσμίας μεστόν. ταῦτα δὴ οὖν καὶ παρά τ' ὑμετέρων διδασκάλων μεμαθηκότες, καὶ παρὰ τῶν θείων λογίων, ἀφ' ὧν ταῦτα σεσύληται, τὴν διδασκαλίαν κρατυνάμενοι, τὰ μὲν ὀψοποιοῖς καὶ κρεοπώλαις ἁρμόττοντα μισήσατε θύματα, τὴν δ' ἀληθείας θυσίαν τῷ ποιητῇ προσενέγκατε. πεῖθέτω δ' ὑμᾶς τοῦτο ποιεῖν, μὴ τῶν βασιλευόντων οἱ νόμοι, μηδὲ τὴν λιμφείας ὁ δέος, ἀλλὰ τὴν ἀληθείας ἰσχύος, ἣ πάσῃ γῇ καὶ θαλάττῃ μεγίστη γνώριμον.

A

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΩΝ ΜΑΡΤΥΡΩΝ ὑμῆς. Η'.

ΠΥΘΑΓΟΡΑΝ ἐκεῖνον, ὃν κλεὸς οὗρυ πᾶ ὑμῖν, εἰρηκέναι φασὶν οἱ τὰ ἐκείνυ ξυγγεγραφότες, ὡς χρὴ τὸν Σφρῶνα προτιθέναι τὰς Μύσας. ἐγὼ δ', εἰ μὲν ἁπλοῖς ἐκείνοις καὶ ἀγαφανέσιν εἰώθει χρῆσθαι λόγοις, ὥσπερ δή τινες ἄλλοι τῶν φιλοσόφων φασίν, ἔφην ἂν αὐτὸν ὡς ἡδίω τὴν τῶν Μυσῶν προσηκειρικέναι φωνήν· ὅπως δ' αἰνιγματώδεις οἱ ἐκείνυ λόγοι καὶ ὕφυλοι· συμβολικῶς γάρ τοι τὰς πράξεις προσέφερεν· τοιοῦτο γὰρ δή ἐστι, Μαχαίραν πῦρ μὴ σκαλεύειν, καὶ, Ἐπὶ χοίνικος μὴ καθῆσθαι, καὶ, Μυελὸν μὴ ἐσθίειν, καὶ, Ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν, καὶ ἄλλα τὰ τούτοις ξυγγενῆ λόγια· οἶμαι αὐτὸν Σφῆσι μὲν ἀπεικάσαι τοὺς κεκομψευμένους καὶ κατηγλωττισμένους λόγους· Μούσαις δ', τοῖς ἐπείσακτον μὲν οὐδὲν ἔχουσι, γυμνὸν δὲ τὸ ἀληθείας τὸ κάλλος ἐπιδεικνύουσιν. ὅσῳ γὰρ ἡ παρὰ τὸ φύσεως ὥρα τοῦ ὑπὸ κομμωτικῆς τέχνης διεσκευασμένης ἀμείνων, τοσούτῳ κρείττων τῶν λόγων εὐπρέπειά τε καὶ δεινότης ἡ τῆς ἀληθείας εὐπρέπεια. πιστευτέον οὖν ἄρα, ὦ ἄνδρες, εἰ καὶ μὴ δόξῃ, τῷ γε πολυθρυλλήτῳ φιλοσόφῳ ταῦτα νομοθετοῦντι, καὶ τὰ θεῖα λόγια μὴ προπετέα νομίζειν, ὅτι δὴ τῷ περιττῷ τῶν λόγων κεκαλλωπίσθαι φύσει, ἀλλὰ γυμνὸν ἡμῖν προσφέρεσι καὶ ἀποστίλβον τὸ ἀληθείας κάλλος. εὐπετὲς μὲν γὰρ ἦν καὶ μᾶλλον ῥᾴδιον τῇ τῆς σοφίας πηγῇ, ἣ καὶ δυσσεβέσιν ἀνθρώποις τὴν κεκραμένην εὐσεμνίαν δεδώρηται, καὶ Πλάτωνος εὐγλωττοτέρους, καὶ δεινοτέρους Δημοσθένους, καὶ ὀξυτέρους τὸν Ὅλορον καὶ Κρύσιππον τοῖς τῶν ξυλλογισμῶν δήγμασιν ἢ δυσλύτοις δεσμοῖς, ἀποφῆναι τὰ ἀληθείας ἰσχυρώτερα κήρυκας. ἀλλ' ὃν ἐβουλήθη πέντε, ἢ δέκα, ἢ πεντεκαίδεκα, ἢ ἑκατόν, ἢ δὶς τοσούτους, τῶν ὠφελείων ἀπολαῦσαι ναμάτων. ἀλλὰ πάντας ἀνθρώπους, καὶ Ἕλληνας καὶ βαρβάρους, καὶ τοῖς λόγοις ἐντεθραμμένους, καὶ τοὺς λόγων ἀγραμμάτους, καὶ σκυτέας, καὶ ὑφάντας, καὶ χαλκοτύπους, καὶ τοὺς ἄλλους ὅσοι τὰς τέχνας μεταχειρίζουσι· καὶ πρὸς τούτοις καὶ οἰκέτας, καὶ θεραπαίνας, καὶ πτωχούς, καὶ ἀλλοκότους, καὶ γυναῖκας ὡσαύτως, τάς τε πλούτῳ

DE MARTYRIBVS. SERMO VIII.

PYTHAGORAM illum, cuius apud vos celebris laus est, dixisse aiunt qui illius vitam scripserunt, Musas Sirenibus esse præferendas. Ego autem, si mos illi fuisset, perspicuo sermone vti, quemadmodum B aliis quibusdam Philosophis, affirmarem illum, Musarum vocem vt suauiorem prætulisse. Quia verò œnigmatica sunt illius dicta, & abstrusa, (per symbola enim sua ille monita proponebat, qualia sunt, *Gladio ignem ne fodias, Modio ne insideas, Melanurum ne comedas, Stateram ne transilias*, & quæ sunt generis eiusdem,) puto illum comptos lepidósque sermones Sirenibus comparasse, Musis verò eos, qui nihil inducti decoris præferentes, nudam veritatis formam ostendunt. Quanto enim C natiua pulchritudo potior est ea quam fucus artis adfinxit, tanto est melior simplex veritatis decor acri concinnáque oratione. Habenda est itaque fides, ô viri, si non aliis, at celeberrimo saltem Philosopho, qui hæc ita decreuit. Nec sacræ vobis litteræ contemnendæ sunt, quòd superfluo sermonis apparatu non vtantur, sed nudam & emicantem veritatis pulcritudinem nobis proponant. Pronum siquidem fuit & facillimum sapientiæ fonti, qui impiis quoque hominibus eloquentiam dedit, & Platone facundiores, D & acriores Demosthene, & grauiores Thucydide, & Aristotele aut Chrysippo cudendis insolubilibus syllogismis acutiores reddere veritatis præcones. Ceterùm noluit ille quinque solùm, decémve, aut quindecim, centúmve aut ducentos homines aquis salutaribus recreari, sed gentes vniuersas, tum Græcos tum barbaros, & litterarum studiis innutritos, & sutores, & textores, & fabros ferrarios, & ceteros manuales artifices, & cum his seruos etiam, & mendicos, & agricolas, & lignatores, feminas quoque, tum diuitiis

affluentes, tum labori addictas, manuúmque opere victitantes. Eámque ob rem, piſcatorum, publicanorúmque, ac ſutoris miniſterio vſus, ſalutarem diuinámque doctrinam hominibus protulit, linguis, quas ab initio ſortiti fuerant haudquaquam immutatis, ſed per eaſdem ſapientiæ riuos effundens: non aliter, quàm ſi quis vinum odoris ſaporíſque ſuauiſſimi conuiuis apponens, phialis poculiſque minùs eleganter exculptis infundat. Qui enim ſitiunt largiùs bibunt, non pocula conſiderantes, ſed vinum admirantes. Id ipſum homines omnes facere non ceſſant. Sacræ enim doctrinæ riuos cùm hauriunt, non modò Apoſtolorum linguas non irridentſed valdè potiùs admirantur, quòd eloquentiæ prorſus expertes, alij à pueris piſcationem edocti, alij publicanorum menſis aſſiſtere, alij ſutoriam exercere ſoliti, diuinorum eloquiorum illico miniſtri, cæleſtiúmque bonorum diſpenſatores prodierint, & ſalutiferi malorum depulſores, claráque luminaria, non vnam modò gentem, ſed quocumque ſol hic quem cernimus radios fundit, illuſtrantia. Admirantur autem & ſuſpiciunt præcipuè vniuerſi, quòd iam mortui ea nunc quoque peragant, quæ viuentes facere ſolebant. Immò verò longè maiora ſunt, & clariora, quæ ab illis, poſtquàm hinc abiere, geſta ſunt. Cùm enim corpora induti inter homines verſabantur, modò ad hos, modò ad illos populos accedebant, & nunc Romanos, nunc Hiſpanos aut Celtas alloquebantur. Poſtquam verò ad illum ſe receperunt à quo miſſi fuerant, omnes illis continuè perfruuntur: non ſolùm Romani, quíque Romanorum iugum amant, & ab illis gubernantur, ſed & Perſæ, & Scythæ, & Maſſagetæ, & Sarmatæ, & Indi, & Æthiopes, atque, vt ſemel dicam, omnes fines terræ. Horum namque ſcripta ſimplicia illa, Græcique nitoris expertia, tum pauca numero & exigua, cunctis hominibus cariſſima ſunt, vobis exceptis, & ſi quis eadem qua & vos incredulitatis nebula offuſus, veritatis iubar inſpicere nolit. Non ſolùm autem Græcæ facundiæ orna-

A ἀειῤῥεομένους, ἐκ τοῦ πόνου ξυνεζευγμένους, καὶ οὐκ ἀβρὸν βιοτεύειν ἀναγκαζομένους. τούτου δὴ εἵνεκα, ἁλιεῦσι καὶ τελώναις ἐκ σκυτοτόμων χρησάμενος ὑπουργοῖς, παρεσκεύαζε τοῖς ἀνθρώποις τὰ σωτήρια καὶ θεῖα μαθήματα· τοὺς μὲν γλώττας αὐτῶν ἃς ἐξ ἀρχῆς ἔλαχον οὐκ ἀμείψας, τὰ δὲ παρ' ἐκείνων δεξάμενος καὶ διαυγῆ τῆς σοφίας νάματα ἀφ' ἑαυτοῦ παρέχεις· πολλαπλάσιον ποιῶν, ὥσπερ ἄν εἴ τις ἑστιάτωρ οἶνον εὐωδίαν καὶ ἡδονὴν καὶ ἄλυσιν προσενέγκῃ τοῖς διψῶσι, κύλιξι καὶ φιάλαις ἐγχέας οὐκ ἀσκημούσαις εἰς κάλλος. ἀλλ' οἱ γε πίνοντες

B ἐπεμφορούμενοι τοῦ νάματος, οὐκ εἰς τὰς κύλικας ἀφορῶντες, ἀλλὰ τὸν οἶνον θαυμάζοντες. τοῦτο πάντες αὐθέκαστοι δρῶντες διατελοῦσι· καὶ τῶν θείων ἀπολαύοντες ῥείθρων, οὐ μόνον οὐ καταγελῶσι τῶν ἀποστόλων τὰς γλώττας, ἀλλὰ καὶ ἄγαν θαυμάζουσιν, ὅτι δὴ λόγων τοσούτων ὄντες ἀμύητοι, καὶ οἱ μὲν ἁλιεύειν παιδόθεν μεμαθηκότες, οἱ δὲ τελωνικοῖς ἐργαστηρίοις προσηρθρωκότες, ἄλλοι δὲ σκυτοτομικῷ μεταχειρισάμενοι τέχνῃ, ἀποφαίνουσιν ἐξαίφνης θείων λογίων διδάσκαλοι, καὶ δωρεαὶ ἐπουρανίων διανομῆς, καὶ σωτῆρες ἀλεξίκακοι, καὶ

C φωστῆρες φαεσιμώτατοι, οὐχ ἑνὸς ἔθνους φωτίζοντες, ἀλλ' ὅσαπερ ὁ ὁρῶμενος ἥλιος. ἀγνοῶ δ' ὅ τι διαφερόντως ἅπαντες καὶ θαυμάζουσιν, ὅτι δὴ καὶ τελοῦσιν ἐπιτελοῦσι, ἅπερ δὴ καὶ πρὸ τοσούτων εἰώθεσαν ἐργάζεσθαι· μᾶλλον δὲ πολλῷ μείζονα καὶ λαμπροτέρα τὰ μυστήρια ἐκδημίας πρὸς ἐκείνων τελούμενα. ἰώμενα μὲν γὰρ μὴ τῶν σωμάτων ἐπολιτεύοντο, νεκροὺς μὲν ἀνίστη τοὺς, νεκροὺς δὲ πρὸ ἐκείνων ἐφοίτων, καὶ ἄλλοτε μὲν Ῥωμαίοις, ἄλλοτε δὲ Ἰσπανοῖς ἢ Κελτοῖς διελέγοντο· ὅπερ δὲ πρὸς ἐκείνων ἐξεδήμησαν ὑφ' ὧν κατεπέμφθησαν, ἅπαντες αὐτὸ

D ἐκτελεσῶς ἀπολαύουσιν, οὐ μόνον Ῥωμαῖοι, καὶ ὅσοι γε τούτων ἀγαπῶσι ζυγόν, καὶ ὑπὸ τούτων ἰθύνονται· ἀλλὰ καὶ Πέρσαι, καὶ Σκύθαι, καὶ Μασσαγέται, καὶ Σαυρομάται, καὶ Ἰνδοὶ, καὶ Αἰθίοπες, καὶ ξυλλήβδην εἰπεῖν, ἅπαντα τῆς οἰκουμένης τὰ τέρματα. τὰ γὰρ δὴ τούτων ξυγγράμματα, ἁπλᾶ γε ὄντα, καὶ τῆς Ἑλληνικῆς γεγυμνωμένα λαμπρότητος, καὶ μὴ δὴ καὶ σμικρὰ καὶ ὀλίγα, πᾶσιν ἀνθρώποις ὅσιν ἀξιέραστα, πλὴν ὑμῶν, καὶ εἴ τις πολυπλησίως τῷ τῆς ἀπιστίας κατακεχυμένῳ ἔχων ἀχλὺν, ἰδεῖν οὐκ ἐθέλοι τῆς ἀληθείας τὸ αἴγλιον. οὐ μόνον δὲ Ἑλληνικῆς ταῦτα κομ-

λείας γεγόμνωται, ἀλλὰ καὶ τῶν πραγμάτων ὧν διδάσκει, τὴν φύσιν οὐ σεμνὴν ἵνα ἔχῃ καὶ περιφανῆ καὶ περίβλεπτον. οὐ γὰρ ὁρωμένῳ τινὰ τοῖς θαυμάζουσιν ὑπιδείκνυσι βασιλείαν, ἀλουργίδι κοσμουμένῳ, καὶ στέμματι λαμπρυνομένῳ, καὶ ταῖς τῶν ἀσπιδοφόρων καὶ δορυφόρων καὶ πλήθει καὶ μεγέθει σεμνυνομένῳ, καὶ τὸν ἔχοντα στρατιὰν, καὶ στρατηγοὺς ἀρίστευσιν ἐν πολέμοις δεδιδαγμένους, καὶ τὰ ἄλλα, ὅσα πολυθρυλλήτους τοὺς κεκτημένους ποιεῖ· ἀλλὰ σπήλαιον, καὶ φάτνῃ, καὶ παρθένον χερνῆτιν, καὶ βρέφος ὑπελέσι σπαργάνοις ἐνειλημένον, καὶ ἐπὶ ἐκείνης ἐρριμμένον τῆς φάτνης, καὶ χωρίον ἄδοξον καὶ σμικρὸν, ἐν ᾧ ταῦτα ἐγένετο· καὶ αὖ πάλιν πενίαν ἀναξηνθέντος τοῦ βρέφους, καὶ πεῖναν καὶ δίψος, καὶ τὸν ἐξ ὁδοιπορείας πόνον. καὶ μετὰ ταῦτα δὲ καὶ παθῶν ἀδόμενον πάθος, ταῖς ὑπὸ κόρης πληγαῖς, ταῖς ὑπὸ νώτου μάστιξι, τὸ ἱκρίον, τοὺς ἥλους, τὸν χολὸν, τὸ ὄξος, τὸν θάνατον. ἀλλ' ὅμως ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα διηγούμενα τὰ τῶν ἀποστόλων ξυγγράμματα, ἔπεισαν ἅπαντας αὐθέντην, ὅτι υἱὸς τοῦ θεοῦ, καὶ θεὸς προαιώνιος, καὶ τῶν ἁπάντων ποιητὴς καὶ δημιουργὸς, ὁ τὴν ἀνθρωπείαν ὑποδὺς φύσιν, καὶ δι' αὐτῆς τὴν τῶν ἀνθρώπων σωτηρίαν κατεργασάμενος. καὶ οὐχ ἁπλῶς ἔπεισαν, ἀλλὰ τοσαύτην γε πίστιν τοῖς πλείοσιν ἐνέθηκεν, ὡς ἥδιστα τὸν ὑπὲρ τῆσδε τῆς δογμάτων καταδέξασθαι θάνατον, καὶ τοῖς δρησὶ θηρσὶ κελεύουσιν, ἥκιστα μὲν προέσθαι τὰς γλώττας, προτεῖναι δὲ τὰ νῶτα τοῖς ἑλκύουσι μάστιξιν, καὶ λαμπάσι καὶ ὄνυξι τὰς πλευρὰς, καὶ τοὺς αὐχένας ὑποδῆναι τοῖς ξίφεσι, καὶ ἀποτυμπανισθῆναι προθύμως, καὶ ἀνασκολοπισθῆναι, καὶ μύσαι καὶ ἐμπρησθῆναι, καὶ θηρσὶ ἀγρίοις ἰδεῖν βοινωμένους τὰ σώματα. τοσοῦτον δὲ ἄσβεστον αὐτοῖς ὁ ἀγωνοθέτης ἐδωρήσατο κλέος, καὶ μνήμην νικῶσαν τὸν χρόνου τὴν φύσιν. μοῖραι γὰρ δὴ σῶν ἅπαντα πεφύκασι, τὴν τούτων ἄμοιρον διετήρησε δόξαν. καὶ αἱ μὲν ψυχαὶ τῶν νικηφόρων ψυχαὶ περιπολοῦσι τὸν οὐρανὸν, τοῖς ἀσωμάτοις χορεῖς συγχορεύουσαι. τὰ δὲ σώματα, οὐχ εἷς ἑνὸς καταφυλάττει τάφος ἑκάστου· ἀλλὰ πόλεις καὶ κῶμαι ταῦτα διανέμονται, σωτῆρας καὶ ψυχῶν καὶ σωμάτων, καὶ ἰατροὺς ὀνομάζοντες, καὶ ὡς πολιούχους ἥ-

tu carent illa, sed & rerum quas docent ea est conditio, vt magnificum & illustre nihil habeant. Nec enim visibile aliquod regnum sectatoribus suis proponunt, purpura ornatum, & corona refulgens, scutatorúmque ac stipatorum numero & magnitudine circumseptum, & copiosum habens exercitum, ac duces fortiter in bello se gerentes, alia denique omnia quæ fama illustres possessores suos efficiant: sed speluncam & præsepe, & pauperculam Virginem, & tenui fascia obuolutum infantulum illo in præsepi reclinatum, & oppidum in quo hęc gesta sunt, pusillum & ignobile. Crescentis adhæc infantis paupertatem, & famem, & sitim, & languorem de via. & post hæc passionem ab omnibus decantatam, alapas in maxillam incussas, terga flagris discissa, crucem, clauos, fel, acetum, mortem. Et tamen, cùm hæc & his similia narrent Apostolorum scripta, fidem fecerũt cunctis hominibus, Dei filium, Deúmque ante sæcula genitum, & factorem rerum omnium atque opificem esse, qui humanam assumpsit naturam, per eámque humani generis salutem operatus est. Neque verò simpliciter fidem fecerunt, sed tantam fidem plurimis infixerunt, vt mortem pro his dogmatis libentissimè oppeterent, eáque inficiari iubentibus linguas minimè proderent, sed flagris humeros cedere volentibus, & lampadibus vnguisque latera, & ceruices gladiis supponerent, & tympanis ac fidiculis extenderentur, & palis infigerentur, & flammis exurerentur, & ab immanibus feris laniari corpora sua conspicerent. Qua de causa & immortalem illis gloriam contulit certaminis præses, memoriámque nullo tempore finiendam. Nam cùm cætera omnia corrũpere tempus soleat, horum tamẽ gloriam incorruptam seruauit. Ac generosæ quidem animæ triumphatorum cælum nunc obambulant, & Angelorũ choris intersunt: eorũ verò corpora non singula cuiusque condunt monumenta: sed vrbes & vici hæc inter se partiti, animarum illos seruatores corporúmque medicos appellant, venerantúrq; tanquam vrbium præ-

Martyrum Reliquiæ.

sides atque custodes. & horum apud Deum vniuersorum interuentu diuina per eos munera consequuntur. Sectis eorum corporibus, integra & indiuisa gratia perseuerat. & tenues illæ ac tantillæ reliquiæ integro nullásque in partes dissecto Martyri parem habent virtutem. Quæ enim adstat gratia dona distribuit, & fide supplicantium liberalitatẽ metitur. Vos autem ne hæc quidem adducunt, vt horum Deum laudetis, sed deridetis ac ludibrio habetis honorem qui his passim ab omnibus defertur, & abominandum scelus ducitis ad eorum busta propiùs accedere. Verùm etsi mortales omnes his rebus offenderentur, Græcos certè his succensere non decuit: quorum nempe sunt libamina, & expiationes, & heroes, & semidei, & homines in Deos relati. Herculem namque hominem natum, Alcmenæ & Amphitryonis filium, Deum, vt ipsis visum est, renunciarunt, Diisque aliis adnumerarunt. Quòd autem & Plato illum Amphitryonis filium fuisse nouerit, non Iouis, ipsummet audite in Theæteto sic loquentem: *Quinetiam quando quis stirpem quinque & viginti maiorum dinumerat, & in Amphitryonis filium Herculem originem refert, indigna memoratu res illi videtur. Quòd enim ille iam inde ab Hercule quintus & vigesimus talis est, cùm talem fortuna fecerit, etiamsi quinquagesimus ab eo sit ridet, tanquam eos, qui reputare & abigere insanæ mentis vanitatem non possint.* Rhetor quoque Isocrates sic ait: *Iupiter enim, cùm Herculem ac Tantalum genuisset, vt est in fabulis, passímque ab omnibus creditur.* Hoc pacto irridebant, qui perspicere poterant qualia essent quæ alij fabulis commendabant. Et tamen homo ille cùm esset, atque Eurystheo seruire cogeretur, & templa illi & aras excitarunt, & sacrificia obtulerunt, & dies festos dicarunt, non Spartiatæ soli & Athenienses, sed Græcia vniuersa, & Europæ pars plurima. Sed & in Asiam quoque penetrauit erroris huius pestilentia. Nam & apud Tyrum, & aliis in vrbibus, plurima & maxima Herculi templa condiderunt, nec annuos solùm conuentus instituerunt, sed triennalibus etiam certaminibus ho-

A μῶσι δὲ φύλακας· καὶ χρώμενοι προσβυτῶν τοὺς τῶν ὅλων διακόπτω, ἀφ' τούτων ταῖς θείας κομίζονται δωρέας· καὶ μεμιαθέντος τοῦ σώματος, ἀμέτοχος ἡ χάρις μεμένηκε. δὲ ὅ σμικρὸν ἐκεῖνο δὲ βραχύτατον λείψανον, τῷ ἴσην ἔχει δύναμιν τοῖς μηδαμῆ μηδαμῶς ἀφανισθέντι μάρτυσι. ἡ γὰρ ἐπιδοθεῖσα χάρις ἀφανίζει τὰ δῶρα, τῇ πίστει τῶν προσιόντων τῷ φιλοτιμίᾳ μέτρουσα. ὑμᾶς δὲ οὐδὲ ταῦτα πείθει τὸν τούτων ὑμνῆσαι θεόν· ἀλλὰ γελᾶτε καὶ κωμῳδεῖτε τὸ τούτοις παρὰ

B πάντων προσφερόμενον γέρας, καὶ μῦσος ὑπολαμβάνετε τὸ πελάζειν τοῖς τάφοις. Εἰ δὲ καὶ πάντες ἄθεοι τούτοις προσέπαιζον, ἀλλ' οὐκ Ἕλλησι μόνοις νεμεσᾶν τοῖς οὕτω δρωμένοις ἔδει· τούτων γάρ τοι αἱ χοαί, καὶ τὰ ἐναγίσματα, δὲ οἱ ἥρωες, καὶ οἱ ἡμίθεοι, δὲ οἱ θεοποιούμενοι ἄθεοι. δὲ γὰρ τὸν Ἡρακλέα, ἄθεον γεγονότα, καὶ Ἀλκμήνης παῖδα δὲ Ἀμφιτρύωνος, δὲ θεὸν ἀπέφηναν ὡς ἐνόμισαν, δὲ τοῖς ἄλλοις θεοῖς ξυνηρίθμησαν. ὅτι δὲ δὲ ὁ Πλάτων Ἀμφιτρύωνος

C αὐτὸν οἶδεν υἱόν, δὲ οὐ τοῦ Διός, ἀκούσατε δὴ αὐτοῦ ἐν τῷ Θεαιτήτῳ λέγοντος· Ἀλλ' ὅτι πέντε εἴκοσι καταλόγῳ προγόνων ἐμνημονεύθων, καὶ ἀναφερόντων εἰς Ἡρακλέα τὸν Ἀμφιτρύωνος, ἄτοπα αὐτῷ καταφαίνεται τῆς σμικρολογίας· ὅτι δὲ ὁ ἀπ' Ἀμφιτρύωνος εἰς τὸ αὖθις πέμπτος καὶ εἰκοστὸς ἰὼν, οἷα ξυνέβαινεν αὐτῷ τύχη, δὲ ὁ πεντηκοστὸς ἀπ' αὐτοῦ γελᾷ, οὐ δυναμένων λογίζεσθαί τε δὲ χαυνότητα ἀνοήτου ψυχῆς ἀπαλλάττειν. καὶ

D Ἰσοκράτης δὲ ὁ ῥήτωρ ὧδε φησί. Ζεὺς γὰρ Ἡρακλέα καὶ Ταντάλον γεννήσας, ὡς οἱ μῦθοι λέγουσι, καὶ πάντες πιστεύουσι. οὕτως ἐλέγχων οἱ ξυνορᾶν ἱκανοὶ τὰ παρ' αὐτῶν μυθολογούμενα. Ἀλλ' ὅμως ἀθέσπιν γε ὄντι, δὲ Εὐρυσθεῖ δουλεύειν ἠναγκασμένῳ, καὶ νεὼς ἐδείμαντο, δὲ βωμοὶ ἐδομήσαντο, δὲ θυσίαις ἐτίμησαν, καὶ ἑορτὰς ἀπεκλήρωσαν, οὐ Σπαρτιάται μόνοι, δὲ Ἀθηναῖοι, ἀλλὰ δὲ ξύμπασα ἡ Ἑλλὰς, δὲ τῆς Εὐρώπης τὰ πλέω. διέβη δὲ καὶ εἰς τὴν Ἀσίαν ἡ ἐξαπάτης δαίμων· καὶ γὰρ καὶ ἐν Τύρῳ, καὶ ἐν ἄλλαις πόλεσι, παμπόλλοις καὶ μεγίστοις αὐτῷ σηκοὶ ᾠκοδόμηνται. καὶ οὐ μόνον ἐτησίους ἀπέφηναν πανηγύρεις, ἀλλὰ δὲ πενταετηρικοῖς ἀγῶσιν ἐπι-

μησμν. Ϛ ταῦτα γε, ἄνδρα εἰδότες, Ϛ ἄνδρα οὐ σώφρονα, οὐδὲ φιλοσοφίαν ἠγαπηκότα, ἀλλ' ἀκολασίας καὶ λαγνείας ζωγρηκότα. ἵνα γὰρ τἄλλα ἅπαντα μηδὲν ἀκριβολογῶμαι παρῶ, φασὶν αὐτὸν ἐν μιᾷ νυκτὶ πεντήκοντα παρθένοις, τὸν τεῖτον καὶ δέκατον ἴσως ἀγωνισάμενον ἆθλον. ἀπέχρη δὲ καὶ τοῦτο δηλῶσαι πᾶσιν τὸν τοῦ βίου προαίρεσιν. Ϛ μὴν καὶ τοῦ βίου ὁ τέλος ἐφ' τοιαύτῃ ἀκρασίᾳ περὶ τῆς ὥρας ἐπέμεινεν. ὁμόζυγα γὰρ ἔχων τὴν Δηϊάνειραν, ἐρασθεὶς μὲν ἄλλης δ' ἔρωτα, ὑπὸ δὲ τῆς προτέρας πρὸς γάμον ἐπεβουλεύθη. ἐρωτικὸν γὰρ αὐτῇ καταβρυάσασα φάρμακον, ᾧ χρίσασα τὸν ἀνδρὸς τὸν χιτῶνα, πέπομφεν ἠτιμότη· καὶ ἤλπισέ γε ἀγρεύσειν πρὸς ἑαυτὴν, διημάρτε ὧν ἤλπισεν. ἐκθερμαίνων γὰρ ὁ φάρμακον τὸν Ἡρακλέους ὁ σῶμα, παγχαλέπῳ περιέβαλε νόσῳ. ὁ δὲ ἀλγυνόμενος, καὶ μὴ φέρων τὸ πάθος, πυρὰν ἅψας, καὶ ἑαυτὸν γε καθεὶς, τοῦ βίου τὸ τέλος ἐδέξατο· ἀξιά γε· οὐ γὰρ τῆς ποιητοῦ τὰ τοῦ πρὸς ὑμῶν ποιηθέντος ἐπιτηδεύματα. ἀλλ' ὅμως καὶ ταῦτα εἰδότες ταῦτα γὰρ τὰ παλαιὰ διδάσκει ξυγγράμματα· οὐδὲν ἧττον κἀκεῖνον σωτῆρα καὶ ἀλεξίκακον προσηγόρευον, Ϛ ὁ Ἡρακλῆς ἄναξ τοῖς λόγοις προέκειτον. καὶ ὑμεῖς δὲ ὡσαύτως τοῖς τοιούτοις σεμνύεσθε λόγοις, ἀποχρῶν εἰς παιδείας ἡγούμενοι προφάνειαν, ὁ τὰ τοιαῦτα ἐπιλέγειν ῥηματίσκια. καὶ τὸν Ἀσκληπιὸν δὲ φησὶν Ἀπολλόδωρος, τοῦ μὲν εἶναι Ἀρσινόης εἶναι υἱὸν, τοῦ δὲ ἄλλοις Κορωνίδος, λάθρᾳ μὲν Ἀπόλλωνι ξυελθεῖν βιαθείσης, κυησάσης δὲ τὸ τεκούσης, καὶ ἐκθεμένης ὁ βρέφος. τοῦτο ἱκνευμένας εἶναι ἀνεύρεσιν ὑπὸ κυνὸς προφόμενον, λαβεῖν, Ϛ κομίσαι λέγει Χείρωνι τῷ Κενταύρῳ· εἶτα ἐκεῖ τραφῆναί τε τὸ ἀσκηθῆναι τὸ ἰατρικὸ ἐπιτήμιον. ὃν Τρίκκη δὲ πρῶτον Ϛ Ἐπιδαύρῳ δοῦναι πεῖραν τῆς τέχνης. οὕτω δὲ ἄκρως, φησὶν, ἐπαιδεύθη, τὸ μάλα γε σπουδαίως, ὡς μὴ μόνοις τοῖς ἀῤῥωστοῦσιν ἰᾶσθαι, ἀλλὰ Ϛ τινας τῶν τελευτηκότων ἐγείρειν πειρᾶσθαι. διὸ δὴ τὸν τερπικέραυνον χαλεπήναντα, πρηστῆρι βαλεῖν, τὸ ἐξαγαγεῖν τοῦ ζωῆς. τοιγαροῦν τὸ ὅδε ἀνθρωπος ἰὼν, ὅ τοῖς ἀγ-

A norarunt, tametsi mortalem fuisse hominem scirent, & hominem, nec temperatum, nec sapientiæ amatorem, sed qui vitam in lasciuia & libidine transegisset. Vt enim cetera illius flagitia omittam, ferũt illum nocte vna quinquaginta virginibus stuprum intulisse, ac tertiumdecimum fortasse hoc certamen obiisse. Satis autem vel hoc sufficit ad totam eius vitam moréque testandos. Adde quòd ex hac incontinentia finem sibi vitæ ante tempus aduocauit. Vxorem enim cùm haberet Deianiram, B alterius captus amoribus, insidias à priore præter eius animi sententiam pertulit. Nam cùm hæc amatorium pharmacũ parauisset, eóq; viri tunicam perunxisset, posceuti hanc viro transmisit, & eũ sic ad se pelliciendũ fata, spe sua excidit. Corpus enim Herculis concalefaciens venenum, grauissimo illum morbo implicuit. Is autem dolore correptus, ac cruciatus impatiens, in extructam pyram se ipsum coniecit, dignúmque anteacta vita finem inuenit. Neque enim ea fuerunt eius studia, quibus à vestris Deus fieri mereretur. At tamen licèt hæc illi non ignorarent, C (vt quæ antiquis monumentis sunt prodita,) nihilo seciùs Herculem seruatorem, ac depulsorem malorum appellabant, & *Hercules rex* interloquendum exclamabant, & vos similiter istiusmodi verbis gloriamini, ad eruditionis specimen sufficere existimantes, si crebrò eiusmodi verbula vsurpetis. Sed & Æsculapium tradit Apollodorus, iuxta quosdam filium esse Arsinoes, aliorum verò sententia Coronidis, quæ clandestino violentóque Apollinis congressu prægnans effecta, editum infantem exposuisse dicitur. Hunc verò venatores, casu repertum, raptúmque D ab altricis canis vberibus, ad Chironem Centaurum detulisse: ibíque enutritum, & arte medica institutum, apud Triccam & Epidaurum primum artis specimen edidisse. Tãta verò diligentia, tantóque studio edoctum dicit, vt non ægrotos solùm, sed quosdam etiam à mortuis excitare conatus sit, eóque indignatum Iouem, fulmine traiectum de medio sustuliisse. Fuit igitur hic quoque mortalis homo, & si non more

cæterorum hominum educatus, sed à cane primùm altus, venatorúmque misericordia seruatus, non diuina sapientia docente medendi peritiam adeptus, sed à Chirone Centauro eruditus. Idem verò Chiron Achillis quoque præceptor fuit. Vnde constat ambos iisdem temporibus floruisse, aut paulo maiorem Achille hunc fuisse: quippè qui cum Argonautis nauigarit, cuiúsque filius Machaon cum Achille militarit. Porrò & fulmen illud & combustio morti obnoxiam naturam demonstrant. Et tamen sic natum hominẽ, vt dictum est, seruatúmq;, & sic enutritum, & combustum, Diis aliis aggregarunt, & delubra dedicarunt, & aras consecrarunt, ac libaminibus, & victimarum nidore vos, olim quidẽ palàm & apertè, nunc fortasse in occulto clàm colitis, eiúsque simulacra honore diuino digna censetis: & implicitum illum draconem demiramini, medicæq; artis symbolum id esse affirmatis, quòd sicut serpens senium deponit, sic ægros morbis medicina liberat. Quòd autem Homeri tempestate nondum relatus in Deos ille fuerit, poëta ipse testatur, qui Martis vulnerum curatorem, non Æsculapium, sed Pæonem inducit. decuit enim eius generis Deos, & vulnera habere, & Medicos. Machaonem quoque nec Dei filium esse dicit, nec semidei, sed Medici. Sic enim ait:

Hæc homini pater est Æsculapius, arte medendi
Clarus.

Dionysum præterea & Homerus, & Euripides, & alij plurimi Semele natum affirmant. Semele autem Cadmi fuit filia. Et tamen hic quoque diuino honore affectus est, quamquam mollis, & effeminatus, & semiuir. Quippe qui opem laturis mercedem pollicitus est, non aurum, vel argentum, sed corporis sui contumeliam: atque execrandi promissi tam certus fuit exhibitor, vt iis qui auxilio fuerãt vita functis priusquam probrosam illam mercedẽ reciperent, aliam implẽdæ fidei rationem excogitarit. Taceo ficulnũ pudendũ, quæque circa illud peragebãtur. Pudet enim ea referre, quorũ causa solemnes à Græcis conuentus

A λοις ἀνθρώποις ὁμοπλησίως τραφεὶς, ἀλλὰ καὶ ὑπό κυνὸς τῆς ἀγρίας ἀπολαύσας ἀναιρέσεως, καὶ τῶν θηρευόντων οἴκτου ἀμοιρήσας, καὶ οὐκ ἐκ θείας σοφίας καὶ ἐπιστήμης τὸ ἰατρεύειν ἔχων, ἀλλὰ παρὰ Χείρωνος τοῦδε τοῦ τέχνῃ ἐκπαιδευθείς. ἦν δὲ ὁ Χείρων καὶ Ἀχιλλέως ἐκθρέπτης παιδευτής. ὅθεν δηλονότι κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἐγεγόνει, ἢ μικρῷ νεώτερος ἦν τοῦ Ἀχιλλέως πρεσβύτερος, ἐπειδὴ καὶ τοῖς Ἀργοναύταις ξυνέπλευσε· καὶ ὁ τούτου γε παῖς ὁ Μαχάων, ξυνεπολέμησεν Ἀχιλλεῖ. καὶ ὁ κεραυνὸς δὲ, καὶ ὁ θρόμβος ἐμπρησμὸς, δηλοῖ τῆς φύσεως τὸ ὑπήκοον. ἀλλὰ καὶ οὕτω γε φωτὰ ὡς εἴρηται, καὶ σωθέντα γε καὶ τραφέντα καὶ ἐμπρησθέντα, τοῖς ἄλλοις θεοῖς κατελέξαν, καὶ τεμένη δὲ καθιδρύσαμεν, καὶ καθιέρωσαν βωμοὺς, καὶ λοιβῇ καὶ κνίσῃ, πάλαι μὲ τοιφανῶς, νεωὶ δὲ ἴσως ὑπὸ τοῦδε τοῦτο γεγάρετε, καὶ τὰ τούτου ἀγάλματα θείας ἠξιώσατε τιμῆς, καὶ τὸν ὀφειλημένον αὐτῷ θαυμάζετε δράκοντα, καὶ ξύμβολον εἶναι τῆς ἰατρικῆς φατέ· ὅτι καθάπερ ὄφις ἀποδύεται τὸ γῆρας, οὕτως ἡ ἰατρικὴ τὰ νόσων ἐλευθεροῖ. ὅτι δὲ τὴν Ὁμήρου χρόνων οὐδέπω οὔπω τῆς θεοποιΐας τετυχήκει, μάρτυς ὁ ποιητὴς, οὐ τὸν Ἀσκληπιὸν, ἀλλὰ τὸν Παιήονα, δείξας τὰ τῷ Ἄρεος θεραπεύσαντα τραύματα. δεῖ γὰρ τοιούτοις τοὺς θεοὺς καὶ τραύματα ἔχειν καὶ ἰατροὺς. καὶ τὸν Μαχάονα δὲ, οὐ θεοῦ λέγει υἱὸν, οὐδὲ ἡμιθέου, ἀλλ' ἰατροῦ. ἔφη γὰρ,

Φῶτ' Ἀσκληπιοῦ υἱὸν ἀμύμονος ἰητῆρος.

καὶ τὸν Διόνυσον δὲ Σεμέλης υἱὸν γεγωνῆσθαι, καὶ Ὅμηρος ἔφη, καὶ Εὐριπίδης, καὶ ἄλλοι πλῆθοι. Σεμέλη δὲ Κάδμου θυγάτηρ. ἀλλ' ὅμως καὶ οὗτος θείας ἠξιώθη τιμῆς· καὶ ταῦτα μαλακὸς ὢν, καὶ θηλυδρίας, καὶ ἀνδρόγυνος. καὶ γὰρ τοῖς ὑπισχνουμένοις μισθὸν ἐπῆγετο δώσειν, οὐ χρυσὸν, ἢ ἄργυρον, ἀλλὰ τὴν ὕβριν τοῦ σώματος· καὶ οὕτως ἐπὶ τὴν βδελυρὰν ἐκείνην ἐπῳάσεσιν ἐλκύετο φιλαλήθης, ὡς τοὺς βεβοηθηκότων τετελευτηκότων πρὶν ἢ δέξασθαι τὸν πολυθρύλλητον ἐκφυγεῖν μισθὸν, ἑτέρους ὑπενοήσας τοὺς ἐπαγγελίας ἐκπλήρωσιν. ἐπιστῶ δὲ σύκινον πέος, καὶ τὰ ὑπὲ τούτου τελούμενα. αἰσχύνομαι γὰρ λέγειν, ἐφ' οἷς ἐπάνηγύριζον Ελ-